A. Gellii Noctium atticarum libri XX / ex recensione et cum apparatu critico Martini Hertz

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Aulu-Gelle (0123?-0180?). A. Gellii Noctium atticarum libri XX / ex recensione et cum apparatu critico Martini Hertz. 1883-1885.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

8° Z 2523 (2)


Berolini
1885

Aulu-Gelle

Noctium atticarum libri xx


Tome 2

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France



Symbole applicable
pour tout, ou partie
des documents microfilmés


Original illisible



Symbole applicable
pour tout, ou partie
des documents microfilmés

Texte détérioré — reliure défectueuse

NF Z 43-120-11



A. GELLII

NOCTIVM ATTICARVM

LIBRI XX

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

103,669

MARTINI HERTZ.

VOLVMEN POSTERIVS.

BEROLINI
IMPENSIS WILH. HERTZ (LIBRARIAE BESSERIANAE)
MDCCCLXXXV.

PRAEFATIO.

Auli Gellii Noctium Atticarum libros primum anno huius saeculi quinquagesimo tertio inter bibliothecae auctorum classicorum Teubnerianae volumina edenti,*) id consilium stricte servandum mihi esse videbatur, ut librorum manuscriptorum imaginem, ubicumque aliquatenus saltem liceret, exprimerem.**) Cum autem secundum bibliothecae illius rationes eo certe tempore firmiter servatas adnotationem criticam uberiorem ibi adicere non liceret, equidem hominum eruditorum commodis ita me optime prospecturum esse arbitrabar, ut in praefatione varietatem lectionis longe optimae Gronovianae ex ed. Gronoviorum novissima a. 1706 adicerem ita adornatam, ut primo obtutu discerni posset, quid secundum librorum testimonia, quid secundum coniecturas sive alienas sive meas novatum esset, per ipsum autem verborum ordinem notis quibusdam adhibitis et locos desperatos significarem et quae citra codicum fidem a me addita essent et quae in iis servata delenda esse mihi viderentur.***) Ipsius vero apparatus critici notitiam cum viris doctis mox communicaturum me esse

*) Gellio edendo me intentum esse, ut hoc addere liceat, iam decem annis ante significaveram in censura libelli Rostochii a. 1843 editi 'Auli Gellii quae ad ius pertinent. Recognovit commentarioque critico instruxit D. Iwan de Gloeden. Series prima tres priores Gellii libros continens' inserta annalibus inscriptis Jahrb. f. wissenschaftl. Kritik a. 1843 II 60. 473 sqq.

**) V. praef. illius ed. vol. I p. IIII, unde haec verba hic quoque, ut in huius ed. vol. I p. VII, describere mihi liceat.

***) Cf. illic p. VI.

tum sperabam in editione harum Noctium uberiore, omnibus instrumentis et ad emendationem et ad interpretationem pertinentibus instructa. Ibi etiam in textu, ut hoc vocabulum technicis usitatum cum aliis similibus adhibere liceat, constituendo, cum lectores variam lectionem ipsi inspicere possent, liberaliore et minus anxia atque angusta ratione usurus eram quam tum mihi licere putabam. Quibus vicissitudinibus factum sit, ut hoc consilium numquam omnino omissum per tam longum temporis spatium tamen non perfecerim, id enarrare longum est; id unum hic afferre liceat praeter ea, quae ad personam meam atque ad res meas pertinent, materiam ad interpretationem scriptoris omnes fere antiquitatis partes quadamtenus amplectentis aut certe stringentis congerendam esse amplissimam. Iam nunc senex isque ante hos quattuor fere annos praeter spem in reliquos vitae dies, quotquot erunt, paulo invalidior redditus, tandem, quod dudum intellegere debebam, intellexi, me, muneris publici satis negotiosi officiis praeterea implicatum, totum hoc pensum vix absoluturum esse. Omisso igitur commentario exegetico, quamvis per aliquot libros plane elaborato,*) iam nunc in una recensione et emendatione me continui. Ut autem hoc certe opus, etsi illo minus, tamen per se satis amplum ac difficile ad finem perducerem, ne omnes quidem quaestiones, quae huc pertinent, me persequi posse censebam; haud pauca restant, quae, imprimis apparatui critico concinnando et textui ad libros mss., virorum doctorum meique ipsius curas constituendo intentus, adumbravi magis quam penitus absolvere studui, ne, si fieri modo posset, diem supremum obirem, antequam operis in me olim susceptI et per quattuor decennia etiamsi non sine maioribus intervallis continuati gravissimam certe partem absolvissem.

*) Specimen huius commentarii et ad Noctium Atticarum praefationem et ad lib. IV c. 1—4 propositum est in prooemiis ind. schol. univ. Vrat. aestiv. a. 1877 et 1878, huius ipsius editionis specimen (III 3) ibidem a. 1883.

Quam ob rem etiam volumini priori brevem tantum codicum tabulam praeposui, huic alteri accuratiorem eorum descriptionem una cum universa Noctium Atticarum historia critica reservans. Ad eam iam nunc omnium librorum recensione et emendatione pro viribus absoluta accedo, non omnia quidem, ut ex iis quae antea dixi patet, aeque studiose plenaque ad finem perducturus, sed sat multa indicans magis quam exhauriens. Nam, ut hoc ingenue fatear, hoc in votis est, ut ipse oculis meis totum hoc opus absolutum videam, quare nunc non nimis diu huic praefationi ad quam concinnandam per totum illud fere tempus materiam congessi absolvendae immoraturus sum.

Ad Gellii igitur memoriam investigandam si accedimus, Apuleius. iam a scriptore fere aequali, Apuleio, lectitatum eum esse videmus: nam nemo fere iam dubitat, quin libelli Apuleiani de mundo capita 13 sq. ex notissimo illo capite Gelliano de ventis II 22 originem ducant.*) Probabile igitur inde fit ab eodem Apuleio de mag. c. 9 Valerium Aedituum, Porcium Licinum, Q. Lutatium Catulum poetas ex ipso Gellio (XIX 9) eodem ordine, quo apud illum nomina atque epigrammata eorum adferuntur, nominari,**) atque id eo fulcitur quod paulo post (c. 10) amatoria quaedam Platonis carmina profert

*) Cf. modo post alios AGoldbacher act. gymn. Austr. a. 1873 p. 684 sq.; HBecker studia Apuleiana (Berol. 1879) p. 80 sq.; 89 sq. Libelli istius auctorem non Apuleium esse, sed ignotum quendam scriptorem atque incertum saeculo tertio p. C. n. Romae versantem nuper demonstrare posse sibi visus est idem Beckerus l. l. p. 54 sqq., probantibus cum ante editum libellum magistro HJordan krit. Beiträge z. Gesch. d. lat. Sprache p. 325 sq., tum Ion. Hoffmann act. sem. Erlang. II (a. 1881) p. 213, 1. Cf. tamen Goldbacherus l. l. a. 1880 p. 609 sqq.; accuratius vero adversus Beckerum mox, quod sciam, disputaturus est Io. Piechotta, qui Beckeri adversarius exstitit in thesium diss. suae (curae Apuleianae Vratisl. 1882) annexarum prima; equidem cum his me facere non infitiabor neque aliter LSchwabium iudicare video RLG[4] § 367, 6.

**) Dubitavit HUsener mus. phil. 20, 150 sq., num ipso Gellio usus sit Apuleius an uterque anthologia aliqua erotica.

Apuleius, eiusdem distichon eroticum uno capite interiecto Gellius.*)

Frequentissima vero Gellii memoria, eo usque quod sciamus fere intermortua, fit per saeculum p. C. n. quartum in universum reliquiis veteris eruditionis perquirendis et in usum suum convertendis satis intentum. Nam ad eum certe iam paulo post eius saeculi initium respexit Flavius Vopiscus in ipso vitae Probi initio his verbis**): 'Certum est, quod Sallustius Crispus quodque M. Cato et Gellius ('agellius' aut 'a gellius' *Bamb. m. alt.*) historici sententiae modo in litteras rettulerunt, omnes omnium virtutes tantas esse, quantas videre eas valuerint eorum ingenia,***) qui uniuscuiusque facta descripserint'. Nam haec cum ad Sallustii Catilinae c. 8, 4 ('ita eorum qui fecere virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia') spectant, tum autem me quidem iudice sine dubio ad Catonis originum fragmentum de Q. Caedicii tr. mil. virtute a G. N. A. lib. III c. 7 servatum ibique ad § 19 'Sed idem benefactum, quo in loco ponas, nimium interest. Leonides Laco, qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decoravere monumentis ....; at tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat atque rem servaverat'.

Fl. Vopiscus.

*) Huic sententiae non obstat, quod Gellius XIX 11, 2 narrat, versibus illi prolatis Platonem lusisse, cum tragoediis quoque eodem tempore faciendis praeluderet. Apuleius vero l. l. dicit, nulla eius carmina exstare nisi amatoria, cum tragici illi conatus perierint. Cf. modo CStein-hart Platon's Leben p. 73 sqq.

**) V. HJordan et HBrunner ll. in adn. ad G. III 7, 19 ll.: *ad Cn. Gellium annalium scriptorem post alios rettulerat* CXipperdey philol. 6, 133 (= opusc. p. 401); 'Caelius' pro 'Gellius' ab Aem. Baehrens propositum est l. in adn. illa indicato; dubitanter HPeterus etiam in ed. HRF min., ubi Cn. Gellii fragmentis iterum h. l. inserit (fr. I p. 93); cf. tamen adnot. p. XIII.

***) Sic haec legenda esse censeo cf. Peteri adn. ad h. l., qui iam nunc (HRF ed. min. l. l. et Ser. HA² coniecit 'quantas dicere eas valuerint eorum ingenia'; 'quantas (= *P corr.*; 'enantas, enatas, cuadas' *al.*) videri eas voluerint eorum ingenia' libri.

Epitome inst. div. Lactantii.

Eodem fere pertinet, si revera epitome illa ab ipso Lactantio confecta est,*) institutionum divinarum Lactantii epitomes c. 29, ubi 'A. Gellius**) in libris Noctium Atticarum' adhibetur. Profert ibi auctor initium libri septimi (§ 1—6), quod in omnibus codicibus superstitibus initio caret: hoc usque ad § 1 fere extremam (ad voce. se. 'quem propter') ab illo uno ibi traditur; in sqq. saepius a constanti codd. Gellii scriptura ex arbitrio recedit, semel ('istis' § 2 lin. 10) cum libris recc. iustam lectionem adversus *VP* tuetur, aliquotiens cum parte illorum deteriorem lectionem contra *VP* ceterosque codd. ς obtinet; *VP*ς scripturam 'adverso quaeque' num recte receperim contra 'aduersoque' ex Lact. et ς hauriendum (§ 3 lin. 13) iam dubito.

Nonius.

Quodsi hanc Gellii memoriam pertennem esse nemo negabit, eo crebrior largiorque pervagatur inde ab aevo Constantiniano, cui fere summa cum probabilitate Nonium Marcellum 'peripateticum Thubuniscensem' assignandum esse inscriptione aliqua ante paucos hos annos Thubursici Numidarum inventa edocti sumus, quam post Masqueraium publici iuris fecit Th. Mommsenius cum Herm. 13, 559, tum C. I. L. VIII 4878. Qua ratione parum sane subtili ille homo Gellio numquam nominato***) hortos suos ex eo irrigaverit Ios. imprimis Mercero praeeunte expositum est ann. phil. 85, 705—726 et 779—799; 872. Pauci Noctium Atticarum loci in codicibus hodie superstitibus manci ex Nonio suppleri possunt,

*) Cf. *modo* Ebert hist. litt. christ. Lat. I 82, 2.

**) agellius *cod. Taur.*

***) Ad hunc enim Gellium certe non pertinet Agellius (*sic libri fere omnes* Aulugelius *Q ap. Quich.*) historiarum lib. I a Nonio s. v. bubo p. 194, 3 M. allatus, sive alterum quendam A. Gellium historicum intellegas (cf. HPeter VHRR p. CCXXXVIII sq.; 175) sive Cn. Gellium annalium scriptorem (cf. Merceri ad h. l. adn., quod et Nipperdeius probavit l. cum maxime l. et ego probandum esse censeo) sive Asellionis nomen cum AAugustino (OMeltzero ann. phil. 105, 431 sq.; Quicheratio) restituendum esse putes: in ed. HRF minore h. l. et Cn. Gellii (atque huius quidem uncis inclusum) Peterus iam et Asellionis fragmentis inseruit (G. fr. 34 p. 97; As. fr. 2[b] p. 109 cf. adn. p. XIII sq.).

veluti V 4, 5; XVII 2, 4; XX 1, 29 et fort. VI 9, 17, pauca quaedam ex libro octavo hodie deperdito fluxerunt, ut non sine fructu adhibeatur; ipsius Gellii verba raro affert, multo frequentius brevissimis lemmatum indicibus praepositis reliquias poetarum scriptorumque ex Gellio sublatas easque sat saepe mutilatas: usus est Nonius textu eo, qui in melioribus libris nostris servatus est, aliquotiens, ut significatum est, paulo uberiore, in universum vero simili, sed non ita accurate, ut ad fragmenta illa instauranda in locis dubiis certam firmamque operam praestet. Quamobrem vix iudicium paulo subtilius de textus ab eo in usum vocati cum libris hodie superstitibus necessitudine ferri poterit. Quo accedit, quod ne id quidem quod Nonius scripsit diligenter a librariis propagatum est: omnes enim codices Noniani, ne optimis quidem exceptis, vitiis scatent, ne id quoque addam, excepto fere Harleiano, cuius satis accuratam collationem nuper publici iuris fecit HHOnions,*) meliorum fere codicum Nonianorum plenis fidisque collationibus nos adhuc carere**).

Ammianus Marcellinus.

Gellii 'imitatorem studiosissimum' fuisse Ammianum Marcellinum et Iac. Pricaeus dixit ad Apul. t. III p. 352a Oud. et exemplis aliquot allatis illustrarunt alii Herm. 8, 275, 2 nominati. Totam hanc quaestionem mira studiorum Ammiani

(Donatus.)

*) Anecdota Oxoniensia. Class. scr. I 2 Oxon. 1882 cf. Luc. Müller berl. philol. Wochenschr. 1884, 8, 232 sqq.

**) Si Oiselium ad G. II 13, 1 audimus, hunc locum: 'Antiqui oratores historiaeque aut carminum scriptores etiam unum filium filiamve liberos multitudinis numero appellarunt' totidem fere verbis expressit Donatus in Terenti Heautontimorumenon: 'constat', sic enim ait ille teste Oiselio 'antiquos oratores historiaeque aut carminum scriptores etiam unicum filium filiamque liberos multitudinis nomine appellasse'. Hoc recte se non habere, eo patet, quod Donati ad Heautontimorumenon commentarius omnino non superstes est: ad eum vero huius comoediae locum, cui uni talis adnotatio apta esset (I 1, 99 v. 151 Fl.), nullam adnotationem praebet Eugraphius, Calphurnius rem quidem tangit, sed omnino aliis verbis utitur. Sic etiam ipse Donatus, ubi de eadem re loquitur (ad Hec. II 1, 15 v. 212 Fl.), cuius loci Chziatzko me admonet, a G. omnino non pendet, ut nesciam, quo Oiselii illa adnotatio spectet.

in litteris vetustioribus positorum ratione illustratam ibidem exposui p. 275—302 cf. p. 257—274 et 488.*)

Vt Nonius, sic etiam Ammianus Gellium, quamvis uterque frequentissime eum expilaverit, nusquam nominatim appellavit eandemque reticentiam adhibuit eodem saeculo exeunte Macrobius**), quamvis tantopere a Gellio dependens, ut simia eius a Iano Meursio vocatus sit. Nam non modo, quod a nemine ignoratur, singula argumenta ex Noctibus Atticis in Saturnaliorum libros transtulit, sed universum eorum instituendorum consilium ipsumque titulum inde mutuatus est. Illorum locorum tabulam satis plenam proposuit Lud. de Ian in ind. auct. ad calcem Macrobii a se editi II 655ª, quibus nonnulla ab aliis addita sunt cf. Herm. 8, p. 275, 1; GWissowa de Macr. Sat. fontibus capp. tria p. 3, 1***), hoc autem coll. G. XVIII 2, 1 sqq. (cf. Macr. S. I 5, 12) et 13, 1 sqq. probavit idem Ianius l. l. I proleg. p. XV sq. Macrobius.

Nec minus Gellio usus est Macrobius in libello de differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi, quod agnoscitur in excerptis superstitibus ex disputatione de verbis compositis a syllaba au ordientibus ex Gell. XV 3 desumpta. Monstratum id est (cf. adn. ad G. l. l.) adscripto loco hoc Gelliano et ab Eichenfeldio et ab Henrico Keilio ad excerpta eius libelli Parisina (GL V - a. 1868 - p. 600, 17 sqq.), quibuscum componenda et ab eo composita sunt exc. Bobiens. p. 632, 6 sqq.;

*) Amm. XIV 11, 31 cum G. verbis III 3, 14 'ob quaerendum victum' componendam add. Wölfflin Archiv f. lat. Lexikogr. u. Gramm. I 169; aliud exemplum satis memorabile (cf. infra) addere posse mihi videor 'geometrica ratio' Amm. XX 3, 2 coll. G. XVIII 15, 2 'ratione quadam geometrica'.

**) Sat. III 17, 3 enim non ad Gellii NA II 24, 2 sq., sed ad Cn. Gellium annalium scriptorem (et I 8, 1 et annalium libro quinto decimo I 16, 21 a Macrobio l.) spectat cf. τ r. Chronol.² p. 128 sq.; 141 (= Cn. Gell. fr. 27 p. 173, p. 96 ed. min. HP.).

***) Satis incerta coniectura Ritschelius parerg. p. 122 n. ** Sat. II 1, 11 ad G. III 3, 3 rettulerat; ad G. XIII 27, 1 sq. non recte Sat. V 17, 18 refert Wissowa.

637, 19 sqq., tum expositum a GSchoemanno GFn. in diss. Macrobiana (Gryph. a. 1871) p. 39 sq. (cf. etiam adn. ad G. XV 13,9).

In universum et Ammianus et Macrobius codicibus usi sunt a melioribus libris hodie superstitibus haud longe diversis:*) ad crisin faciendam perraro certum auxilium ex iis

---

*) Cum Macrobius satis licenter plerumque Gelliana in usum suum convertat, non satis tuto de textu Gelliano ab eo adhibito iudicare licet; uno tantum loco Macrobii lectiones cum cod. Gelliano *A* comparare licet, Sat. VI 7, 5 extr. — 8 fere med. = Gell., II 6, 3 extr. — 5 fere med.; atque ibi sane in uno utroque congruit; vitium scil. a rell. libris propter proxime (lin. 31 sq.) insequens 'procul dubio inclinatum est', ne vel propius praecedens 'inclinatum' (lin. 28) afferam, commissum (lin. 28 sq.) 'vi atque motu procul dubio inclinatum est' vitantes, 'vastiore est' (*Macr. P; deficit B*) s. 'vastiorest' (*A*) recte exhibent, tum etiam proxime sequens 'qui' a *VPRY*ς om., a *P m. rec.* ex coniectura certe restitutum cum uno *T*, si silentio meo fides h. l. habenda est, servant; at eodem loco (lin. 27) non tantum 'iam vis' Macrobius cum rell. libris praebet, 'vis iam' *A*, sed etiam voc. 'rapsatur' (lin. 29) in hoc uno invenitur, 'raptatur' in rell. libris Gellianis et in libris certe Macrobianis supersitibus omnibus; ipsum eius codicem ab *A* certo diversum fuisse iam eo apparet, quod Graeca huic desunt, leguntur in Gellianis ab eo excerptis apud Macrobium atque, ut id addam, etiam XIX 2, 5, ubi in nonnullis tantum ex libris Gellii melioribus (*ΠΝ* ac partim in *O*) leguntur, absunt a reliquis codd. vetustioribus, ubi verba quaedam Aristotelica (lin. 31; 37) ab his omissa et ipse omittit, τοιοῦτα lin. 27 a libris Arist. om. cum Gellianis addit, lin. 33 sq. ab utrisque omnino recedentia praebet. Unice eius *P* l. supra l. Sat. VI 7, 12 in Graeco versu ex G. II 6, 9 deprompto verba γὰρ καὶ μορίῳ recte servavit v. ibi adn. Quibus ut alia nonnulla addam, voc. πέτρακς in loco Pindarico Pyth. 1, 23 et a G. XVII 10, 9 et a Macr. (cod. sc. *P*) S. V 17, 9 omissum ad ipsum fort. Gellium pertinet, ibidem v. 26 Macr. *P* cum nonnullis Pind. codd. recte ΠΑΡΕΟΝΤΩΝ, quod ap. G. in uno tantum alterove ς pro v. l. invenitur (rell. codd. Pindarici παρεόντων), Gelliani, qui Graeca h. l. continent, fere omnes ΠΑΡΕΝΤΩΝ; XV 2, 3 ex Macr. Sat. II 8, 4, recepi 'ignitabulum', ubi 'incitabulum' libri G. praebent, XVII 8, 12 'calefactandis' ubi Macrobio unus Gellianus *T* secundum collationem meam accedit (cf. ibi adn.); XIX 11, 3 v. 28, ubi 'foret' scribendum esse patet, libri Gelliani 'moueret' praebent, 'tieret' ex 'tierem' versus sq. corruptum, sed propius certe ad verum accedentes exhibent Macr. II 2, 17 *PB* cum altera manu cod. Gell. X, ex ipso Macr. l. correcta; ibid. in duobus versibus sqq. cum vitiosa librorum Gellianorum scriptura congruunt; III 2, quo usus est Macr. Sat. I 3, 2 sqq., omissis praeter alia iis quae citra libros mutavisse Macrobius censendus

afferri potest, quod neuter accurate Gellium exscripsit, sed uterque verba eius pro consilio arbitrioue suo saepe mutavit.*)

Nominatim contra eodem saeculo quarto exeunte Gellium attulit Servius ad Verg. Aen. V 738 (Gell. III 2**); in Servio q. d. amplificato eiusdem (VI 20, 1: X 11, 5 sq.) mentio fit ad Aen. VII 740 (cf. Philarg. ad Georg. II 225) et ad Georg. I 260. De aliis vestigiis plus minusve certis Gellii a scholiaste Vergiliano et genuino et amplificato in usum vocati, quae hic persequi longum est, cf. *k* 28 sq.; GThilo quaestt. Serv. p. 12 sqq. Servius.

Ad saeculi quidem quinti fere initium pertinent libri S. Augustini de civitate dei, ab a. fere 413 usque ad 426 p. C. n. conscripti et particulatim editi. Ibi (lib. IX c. 4) haud ita breviter, sed omnino non artius ad ipsa Gellii verba sese adplicans,***) enarrat Gellii caput lib. XIX primum Augustinus de C. D.

---

est, libri *BP* Macrobiani § 3 'nascitur' cum *Rs* exhibent ('nascatur' *VPs*), recte 'post eam' cum *s*, quod in his coniectura facile restitui poterat ('postea' *VPR*), § 4 'diei nomine' recte cum *Rs* ('die in homine' vulgari errore *VP*), § 10 cum omnibus libris Gellianis post 'agendum' omittit 'eum' a Puteano (et *a*) restitutum: ibidem voc. praecedente ex arbitrio suo mutato exhibet 'solem agunt (= 'alii libri' teste *a*)' ubi varias corruptelas ('solem agnum' *PR*, 'sole magnum' *V*, 'sole magno' *s*) praebent libri Gelliani, atque 'et' ante 'eodem' in *VPR* repetitum, in *s* in 'ex' mutatum recte omittit; contra § 12 eum *s* recte exhibet 'Q.' ante 'quoque' a *VPR* omissum. Librario cod. *R* eiusve archetypi Macrobium non ignotum fuisse, docent verba ibi pro paragraphis 3—9 lib. III c. 10 ab eo codice omissis adscripta (v. ibi adn. § 3 lin. 10) 'multa dimitto dicta a Macrobio'.

*) Ipsi verborum contextui praeter ipsos locos ex G. depromptos nihil fere quod sciam ex dictione eius immiscuit Macrobius; semel tantum in Sat. I 11, 44, qui l. ex G. II 18, 10 translatus est, coll. eodem II 19 pro 'de Epicteto autem philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria quam ut possit inter oblitterata n e s c i r i' inferendum esse coniecci (ann. phil. 95, 317 sq.) 'r e s c i r i' ('quam ut scribi quasi oblitteratum debuerit' G. l. l.); neque hoc pro certo venditem.

**) Hic enim locus respicitur, non XIII 12, 9.

***) Brevius eadem enarrat in quaest. in Heptateuchum l. in adn. ad lib. XIX c. 1 init. l., ubi 'Agellius (*sic codd. opt.*)' ait 'commemorat in libris Noctium Atticarum' .... 'Sed considerandum est, quemadmodum hoc dicat Agellius et diligenter inserendum (disserendum *al.*)'.

sic orsus: 'In libris, quibus titulus est Noctium Atticarum, scribit A. Gellius*), vir elegantissimi eloquii et multae ac facundae**) scientiae, se navigasse aliquando cum quodam philosopho nobili Stoico. Is philosophus, sicut latius et uberius, quod ego breviter attingam, narrat A. Gellius' etc., simul igitur, quod ex usu Gellii satis frequenti, quem per aetatem proxime praecedentem institutum esse videmus, concludi poterat, expressis verbis demonstrans, non tantum propter argumentum atque materiam, sed etiam propter dicendi genus magni eum aestimatum esse.

Haud multo minus centum annis post hos Augustini libros Gellii mentionem aliquoties iniei videmus a Prisciano. Qui quin ipsum norit, non dubitandum mihi esse videtur: 'Noctium Atticarum' titulum enim de genetivo voc. 'nox' disputans pro exemplo affert lib. VII § 80 p. 773 P. indeque fere evincitur, quod et a Lipsio epistol. quaest. V 8 olim adnotatum est, eiusdem libri auctorem pro istius aetatis more significari lib. IV § 31, ubi inter denominativa affertur 'agellus agelli Agellius', quam nominis formam per medium quod vocatur aevum cum in codicibus Noctium Atticarum tum alibi saepe Gellio tribui notum est.***) Praeterea his locos ex his

---

*) Sic vg., librorum scripturam praesto non habeo.

**) multe eunde *codd. Dombart.*[2] *AF (B add. ed. pr.); nil nisi* multae *exscripsit Io. Sarisb. Policrat.* VII 3; *fort.* multimodae *Dombartius; num* multae et facundae?

A. Gellius an Agellius?

***) Sic quos affert Fabricius bibl. Lat. III 3 sq. Ern. Galfridus de Vino Salvo (v. infra) et poetae cuiusdam versus, quo GFaërnus teste Hub. Giphanio (Mureti epp. I 78 p. 119 Fr.) ad hanc nominis formam prohandam maxime commotus sit, 'ut *doctus Agellius inquit*'. Equidem quaestionem de nomine Gellii ad nauseam usque pertractatam persequi nolo: cum in libris vetustissimis saepe punctum post praenominis notam omittatur, non est quod utriusque scripturae exempla ex codd. proponas; sed Gellius me certe iudice Noctium Atticarum auctor vocatur apud Vopiscum l. l., Aulus Gellius apud alios Prisciano priores, quod sane et ipsum ex perversa scripturae traditae interpretatione oriri poterat. De gente Agellia perse dubitari non licet: schol. quidem Iuv. XIII 119 AGELLI librariorum errore pro VAGELLI scriptum est, at novimus Agellium Redditum ex basi Barberiniana a. 205 p. C. n. CIL VI 1056, (2)[a]. 33; A. autem praenomen a

Noctibus petitos affert lib. VI § 61 p. 705 P., ubi fragmentum libri VIII (VIIII *codd. plerique*) traditur, et ibid. § 75 p. 713 P., ubi lib. V (VI *codd.*) 14, 18 exhibet cum notabili quadam v. l.: 'solo medio inquit et arido et flagranti' (rapido *libri Gelliani et Io. Sarisb. Polier.* V 17)*). Qui loci num ab eo ipso additi an aliunde desumpti sint, in transcursu decernere non ausim.**)

Eadem fere aetate, ut videtur, incipit directa, ut ita dicam, traditio Gelliana.***) Nam eo fere pertinent folia rescripta Gelliana codicis palimpsesti Palatino-Vaticani XXIV, nunc foliorum formae octonariae 176. Quem codicem Tobiae, Iudithae, Iobi, Estheris librorum versionem Latinam continentem cum m. Maio a. 1772 Romae degens examinaret Paulus Iacobus Bruns, 'statim animadvertit, ut ipsius verbis utar†), sub libris in eo contentis antiquiorem latere scripturam'; mox edidit inde libri Liviani XCI fragmentum††). Iterum codicem,

A

---

gente Gellia olim non afuisse docet saec. VII u. exeuntis inscriptio CIL I n. 877 (PLME XIII 54), ubi equidem cum Mommseno A. GELI legendum esse censeo. Agellium s. A. Gellium historiarum q. f. auctorem (v. p. VII) sciens in censum non voco. Nihil quoque ad rem, quod Αὖλος ὁ Ῥωμαίων λόγιος vocatur a Th. Gaza de mensibus ap. D. Petavium Uranolog. ed. Paris. a. 1630 p. 310b, N. A. III 2, 4 excerpente ('Aulus Gellius Latinus autor' vertit ibi Ioannes Perrellus).

*) Ex Prisciano h. l. repetitur ap. artigraphum Bernensem p. 102, 25 *Hag.*

**) Ipsius G. locum VI (olim VII) 9, 16 sq. 'in oculis et mente Prisciani fuisse' X § 24 p. 899 P. eadem exempla ex Accio et Ennio petita proferentis, contendit, sed non probat i adn. ad G. l. l. 26.

***) De codd. Gellianis in universum breviter egi, ne annales Berolinenses a. 1843 p. III allatos iterum afferam, nunt. menstr. acad. Berol. a. 1847 d. 4 m. Nov. (p. 403 sqq.) et ed. Gell. Lips. I p. III sqq.; quod ibi p. IIII sq. de cod., qui ferebatur, Herculanensi adnotatum est nolo repetere.

†) In epist. ad Beni. Kennicott editioni fragmenti ex lib. XCI historiarum T. Livii Patavini ex illo cod. ab eo eruti (Hamburgi a. 1773 fol.) praemissa.

††) Etiam Ciceronis orationum reliquias codici inesse et Brunsius animadvertisse se dicit l. l. et animadverterunt alii cf. Niebuhrii notitiae cum maxime nominandae p. 9 sq.; quarum specimen in ed. Neapolitana

cum primum ei legato regni Borussici Romam misso aditus ad bibliothecam Vaticanam pateret, m. Nov. a. 1816*) diligentius excussit BGNiebuhr atque inde quattuor annis post Romae edidit M. Tullii Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro CRabirio fragmenta, T. Livii lib. XCI fragmentum plenius et emendatius, L. Senecae fragmenta, 'fragmentum de rebus Thebarum mythologicis' (cf. MSchmidt Hygini fabul. ed. p. XXII) praemissa p. 9—26 'notitia codicis Palatini XXIV. bibliothecae pontificiae Vaticanae', spretis fere (p. 26) reliquiis Gellianis, cum nec sperare liceret aliqua ex octavo libro iis interposita delitescere nec in iis quae contulisset bonarum lectionum quicquam invenisset et Graeca vacuo relicto spatio omissa essent; quorum trium argumentorum primum et tertium sane iustum erat, alterum haud ita. Iam tum addere poterat, praeter primi libri particulas solas a se agnitas ab Angelo Maio, bibliothecae Vaticanae tum praefecto, nonnulla libri secundi tertiique folia inventa esse; duobus vero annis post (in adn. ad Cic. de rep. III 21, 32 locum scil. a G. I 22, 8 allatum) idem non modo indicavit fragmenta lib. I. II. III. IV. 'non sine multa varietate lectionum' ibi servari, sed etiam quaedam librorum Gellianorum summaria tum non tantum a Forcellinio, quem affert Maius, sed etiam ab aliis vv. dd. immerito pro spuriis habita. Accuratius vero haec Gelliana primus examinavit Alb. Dressel, ex cuius schedis de iis egi in commentatiuncula 'Ueber die vaticanische rescribirte Handschrift des Gellius' act. antiq. a. 1846 n. 87 sq. col. 693—698 inserta: paulo post eadem folia adhibito liquore ammoniaci hydrosulphurati mihi ipsi retractare licuit. In universum Dresselium hoc quidem labore satis accurate functum esse vidi; nonnulla tamen hic quoque emendare ac supplere mihi licuit**). Continentur vero

---

fragmenti Liviani ex ed. Romana Glovenazzii et Brunsii eius anni eo ipso anno repetita adlitum esse a Cuiet. Migliore indicat illius editionis titulus (v. Schweiger Handbuch der class. Bibliographie II 543a).

*) Cf. Lebensnachrichten über BGNiebuhr II 254 coll. p. 250.

**) Cf. nunt. menstr. acad. Berol. 1847 p. 410 sq.

Gelliana illa foliis 98; horum 97 numeris 80—176 signata sunt, quibus accedit unum folium post f. 128 olim non, nunc 128*b* signatum, plicaturis, ut ita dicam, duodecim, quarum tertia est quinio, reliquae omnes sunt quaterniones. Ex his vacua sunt fol. 96^{c}—105^{a}; 99^{a}—102^{c}; 106^{c}—113^{a}; 112^{a}, cui inesse debebat locus Menandreus II 23, 20; 114^{c}—121^{a}; 131^{c}—134^{a}; 132^{a}—133^{c}; 145^{c}—152^{a}; 147^{c}—150^{a}; 153^{c}—160^{a}; 156^{a}—157^{c}; 161^{c}—168^{a}; 172^{a}—173^{c}; Ciceroniana insunt f. 81 et 86 et 100 sq. atque universo quaternioni 122—128*b*; Gelliana autem ibi leguntur haec*): lemm. lib. I 15 sq. (fol. 131^{a} 134^{c}): XVII 21 et XVIII 1 sq. (132^{c} 133^{a}): lib. I 2, 13—3, 7 (166—163; 169—176); ibid. § 16—5, 2 (147^{a}—150^{c}; 95—88; 91—92; 146—151; 98—103; 97—104; 148—149; 90—93; 94—89; 152^{c}—145^{a}; 153^{a}—160^{c}; 154—159); 6, 1—7, 2 (174—171; 84—83; 82—85; 170—175); 7, 4—9 (155—158; 156^{c}—157^{a}): 9, 12—10, 1 (106^{a}—113^{c}); 12, 5—7 (121^{c}—114^{a}); 22, 7 extr.—13 (117—118; 111—108): II 6, 3 extr.—5 (130—135): 7, 8—13 (129—136): 8, 6—9, 5 (137—144: 140—141): 22, 22—25 (80—87): 23, 20 sq. (107—112); 24, 4—7 (109—110); 25, 8 extr.—26, 2 (164—165); ibid. 13—19 (162—167); 27, 2 (99^{c}—102^{a}); ibid. 4 extr.—28, 1 (116—119): 29, 8—11 (115—120); ibid. 15—17 (96^{a}—105^{c}); III 13, 2—5 (173^{a}—172^{c}); 16, 4 (161^{a}—168^{c}); IV 1, 7—13 (138—143; 139—142). Veteris numerationis vestigia comparent in aliquot paginis vacuis: q XI f. 134^{a}; q XIIII f. 152^{a}; q XVI f. 121^{a}; q XXXIII f. 105^{a}, quorum foliorum paginae aversae deinceps I 15 sq. lemm. et locos ad capita I 4; I 12; II 29 pertinentes continent; in ligatura f. 172^{a} et 173^{c} cum nonnullae litterae comparere viderentur, ligamine dissoluto paginisque explicitis legere fere mihi videbar

COTT*R** (s. *) SCRIBSIT

ex quibus litterae punctis suppositis in altero vocabulo notatae non satis tuto dignosci poterant. Totum hoc verbum posterius

*) Ipsa verba, a quibus singuli loci ordinantur et in quae desinunt, cf. in adnott. ad ll. hic indicatos.

priore tenuius scriptum et postea fort. additum est; sed ne prius quidem ab eo qui reliqua scripsit scriptore profectum, sed multo recentius esse praeter scripturae genus iam ipsa nominis forma demonstrat*). Ipse scriptor utitur litteris satis moleste, ut cum Niebuhrio loquar, ex quadrata forma detortis**), compendia scripturae adhibet fere nulla; praeter hyphen et ligaturas nonnullas litterarum AV, VA, NT, TA, VE, VM, VN, VNT, VR, VT, et E$\tilde{}$ = en, O$\tilde{}$ = on, V$\tilde{}$ = un, notis nullis utitur nisi his: B. = bus, Q. = que (semel ILLVTQ. i. e. 'illutquae' pro 'illutque' I 22, 13), N$\tilde{}$ = non et fort. (cf. adn.) I 6, 3 D' pro 'de.

Satis certum de aetate eius iudicium pronuntiare vix licet: quod de superiore codicis scriptura disputans dicit Niebuhrius (l. l. p. 12), se probe scire, quam lubrica sit fallaxque haec tota de aetate antiquissimorum codicum ratio, id etiamnunc valere, me admonet Guilelmus Wattenbach, rei palaeographicae, quod nemo nescit, peritissimus, a me de difficili hac quaestione consultus, ac pertinere hoc ait ad omnes codices huius generis, 'aus der Zeit', ut ipsa verba viri illustris amicitiaeque iuvenilis vinculo mecum coniuncti afferam, 'wo die alten Kalligraphen ihr Gewerbe noch trieben'. Tum pergit 'Die Schrift erinnert sehr an den Pariser Prudentius saec. VI, sowohl in der Form der Buchstaben als in dem so stark wechselnden Druck; für höheres Alter die schmalen Columnen und wenigen Abkürzungen. Doch möchte ich nicht über jene Restaurationsperiode der Symmacher an Theodorichs Hof hinaufgehen'.

Graeca omittit A, locis ad explendum vacuis relictis, ut etiam aliquot foliorum supra enumeratorum initia praecedentibus verbis Graecis in locis ibi allatis vacua manserint. Singulae paginae scriptae sunt binis columnis ternorum denorum 'haud amplius', ut Niebuhrius ait, versuum; singulae lineae continent litteras plerumque inde a novem usque ad tredecim. Lemmata

*) Num in reliquis ligaturis glutine obtectis alia scripturae vestigia laterent, perquirere mihi non licuit.

**) Scripturae specimen proposuit in tabula adiecta num. 5 notatum.

uno tenore eo loco conscripta fuisse, ante libri sc. primi initium, quem in libris vetustioribus hodie obtinent, cum eo sequitur, quod primorum tantum librorum reliquiae his foliis continentur, tum eo quod inter lemmata lib. XVII cap. 21 et lib. XVIII cap. 1 spatium trium versuum relinquitur, quorum in primo num quid scriptum olim fuerit dispicere non potui, in reliquis autem duobus iteratis curis haec denique legere mihi videbar XX.*) HAECIN [S]VNT. De ipsa hac libros numerandi ratione et de orthographicis palimpsesti rationibus infra dicendum erit.

Exemplum Eustochii et C. Aurelii Romuli.

Paulo vetustius fortasse id exemplum fuit, cui hoc epigramma inscriptum erat, quod in plerisque codicibus post librum nonum legitur inscriptum**) C. Aurelii Romuli:

Cecropias noctes, doctorum exempla virorum,
Donat habere mihi nobilis Eustochius;
Vivat et aeternum laetus bona tempora ducat,
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.***)

Nec quis C. ille Aurelius Romulus fuerit constat nec de Eustochii possessoris ac donatoris codicis illius Gelliani

---

*) An XXI.? Non satis dignoscere poteram, utrum lineola extrema ad scripturam antiquiorem an ad recentiorem pertineret, collatis tamen reli. codd. vetustiorum in fine lib. XVII subscriptionibus vix dubito, quin XX. ibi legendum sit.

**) Ex melioribus partis posterioris codicibus praeter *X*, qui omnino lib. IX extr. non continet, uni *Q* deest; post IX 8 exhibent *TY* in fine excerptorum ex libro nono desumptorum.

***) Eodem loco exhibent *e* (haud igitur ex Viet. Giselini demum cod. Gelliani fragmento protraxit ILipsius epist. quaest. V 8); tum PPithoeus recepit inter epigr. et poem. vetera Paris. a. 1590 p. 151 (Lugd. a. 1596 p. 126) atque in anth. Latinam certatim illatum est a Burmanno (lib. II n. CCXXXVI), Meyero (n. 544), Riesio (n. 904), Baehrensio PLM V n. XCVII p. 407. Varietas lectionis fere nulla, nisi 'michi', 'letus' et sim. afferre velis: *inscriptione carent TYς part. e* agellii versus *inscr. ς nonnulli*, Versus *in mg. rubricator S. Germ.* 643 C. *om. ZBO* ; aureli *ZB*, *versus ipsos sine interpunctione et sine intervallo continuantes* . *v.* 1 cecropas *Z* ; *v.* 2 *init. D om. rubricator in Z* ; eustothius *B* ; *v.* 4 ni (*Q a rubric. om.*) *Z* Cui *II* fruenda *Buechelerus ap. Ries.*

persona*); noti sunt complures eius nominis homines per saecula imprimis tertium et quartum p. C. n., quorum nonnulli litteris etiam operam dederunt sane Graecis**), ita ut paulo certior coniectura ne de hoc quidem homine proferri possit. Sane, cum versus quoque illi vegetae certe Latinae linguae senectutis nullum prae se ferant indicium, exemplum illud Eustochianum, ex quo epigramma illud loco quidem satis miro (cf. infra) in codices nostros transiit, eidem fere aetati non sine aliqua probabilitate adsignabimus.

Gallus Avienus q. f. (cod. Schegkianus).

Quodsi non multum ad Noctium Atticarum fata cognoscenda ex hoc Eustochii, tum Aurelii exemplari lucramur, multo minus prodest notitia a Iacobo Schegkio, Iacobi professoris olim Tubingensis († a. 1587) nepote, observationum et emendationum praemessae viris amicis et doctis oblatae (Francof. 1590. 4 = Grut. lamp. IV 888 sqq.) epist. VI (cum HStephano communicata p. 16 sq.). Narrat ibi Schegkius, manuscriptum codicem, quamvis vix ante ducentos annos exaratum, tamen optimae notae, ut fere minima maxima a doctis editarum observationum fideliter exhibeat, in frontispicio gerere novam ac miram libri inscriptionem 'Agellii P. Noctium Atticarum lib. XIX, qui supersunt cum argumentis Gallus Avienus VC. RC.' Initio primi libri eundem codicem incipere dicit 'Agellii P. noctium Att. lib. I, cum argumentis incipit feliciter' et decimi libri 'Agell. lib. d. sine argumentis'***). Unde Schegkius colligit, Gallum illum Avienum, hominem praeterea ignotum, recensuisse Noctes Atticas. Equidem iam a. 1851 Olahnii dubitationes in praeclara de subscriptionibus in scriptorum Romanorum codicibus commentatione (nunt. soc. sc. Sax. cl. ph. hist. a. 1851 p. 364) de genuina huius inscriptionis alibi nusquam

*) 'Criticum seu emendatorem Gellii' eum fuisse, quae Burmanni l. l. est sententia, ex hoc epigrammate concludi nequit.

**) v. modo *h* comm. academicae p. XIII l. p. 409; cognomines alios affert Pape-Benseler lex. nom. propr. Gr. s. v.

***) Cum hae subscriptiones ceterum litteris cursivis apud Schegkium exhibeantur, 'Agell.' voc. litteris rectis scriptum est; videtur tamen subscriptioni lib. X addendum esse.

repertae origine prolatas auxi atque etiamnunc non minus mihi suspecta est*).

'Herr Dr. Hertz', l. l. scripsit Iahnius, 'an den ich mich um Auskunft wandte, hat diese Notiz in keiner Handschrift gefunden und meine Zweifel an der Authenticität bedeutend verstärkt. Das P hinter 'Gellii' ist so auffallend als das RC am Schluss, das sich auch in der apokryphen Subscription [des Virgil] von C. Barth fand (s. p. 330), auch der Titel 'libri 19 [XIX] qui supersunt' ist höchst bedenklich. Dazu kommt, dass in den älteren Handschriften nicht der ganze Gellius, sondern die sieben ersten oder zwölf letzten Bücher sich finden und vor dem Anfange des fünfzehnten Jahrhunderts, wie Hertz mir mittheilt, die Zusammensetzung der losgerissenen Theile nicht geschehen ist. Es wäre ebenso merkwürdig, dass Schegkius in Tübingen zu einer so ausserordentlichen Handschrift gelangt wäre, als dass späterhin jede Spur davon verschwunden sein sollte. Vorläufig wird daher diese Subscription nicht als beglaubigt angesehen werden können'.

Quodsi etiamnunc eandem sententiam, ut modo dixi, amplector, huic tamen argumento haud multum tribuendum esse fateor: nam cum expressis verbis dicat Schegkius a. 1590 codicem illum 'vix ante ducentos annos exaratum' esse, id ad prima sane saec. XV decennia referri potest, quibus tales libri revera exstiterunt. Sed quod iam tum dici debebat, praeter ea, quae ab Iahnio adnotata sunt, id imprimis animadvertendum est, ea, quae de variis huius libri lectionibus affert Schegkius, ita comparata esse, ut vix fidem iis tribuas: II 29, 5 'concesserat', quod sane facillime cum 'congesserat' commutari poterat, tamen in nullo quod sciam codice exstat, paucis tamen annis ante (a. 1583) a. Rob. Titio erat propositum: in paragrapho praecedente 'habet' nullus alius liber pro 'habitat' praebet; V 1, 6 nullus 'ostitas' unde 'obstitas' coni. Schegkius,

*) Multo minus apocryphum hunc Gallum Avienum auctorem lemmatum Gellianorum habere licet, quod olim a viris quibusdam doctis fortasse, sed certe non prudentibus factum esse dicitur.

pro 'obstipidas' (debebat 'obstupidos'*)) nec veterem ed. equidem novi, quam secum facere dicit; VI 2, 9 'de me hortatur' in versu Enniano libri fere omnes, § 5 'dehortatur', atque ita utrobique vett. edd.; quodsi Schegkius suum cod. cum Nonio in Ennii versu 'de me hortatur' legere dicit, hoc etiamsi non satis accurate dictum videretur, per se sane suspicionem non moveret; sed X 3, 17 sqq., ubi 'suum perpetuo 'Brettiani' Graeco more' praebere dicit, omnes Bruttiani'; XV 1, 6 nullus 'albumine', ille in mg. ms. 'alii quidam legunt 'albumine'' addi narrat, quod ex Plinio substitutum dicit; denique nec ibidem c. 21 extr. ullus cod. praebet additamentum libri illius, si dis placet, 'atque Thesea'. Ex his igitur sex locis a Schegkio tractatis unus tantum ita comparatus est, ut non eandem suspicionem moveat, quam movent subscriptiones illae aperte et ipsae ficticiae**).

Vt vero de fide eius iudicium proferri posset, etiam varias lectiones ex codicibus 'suis' in illo opusculo ab eo ad alios quosdam auctores allatas examinavi. Pertinent autem im-

---

*) Per totam fere hanc disputationem male in 'as' vocabula vitio typographi aut ipsius auctoris exeunt, quae in 'os' exire debebant.

**) Si Iahnius miratur, quod codex ille singularis Tubingae Schegkio obtingere potuerit, certe homo accuratissimus et in hac quoque litterarum nostrarum parte versatissimus Iacobum hunc, Davidis f. Iacobi n., Schegkium non commutavit, quod fieri solet, cum Iacobo avo; quaerendum tamen esse putavi, num illo tempore Tubingae ille commoratus esset, ac Ludovicum Schwabium, amicum et hospitem iucundissimum, precibus adii, ut ea de re certiorem me faceret: atque is, qua est erga me benevolentia, quae de Schegkio hoc nepote Tubingae erui poterant diligentissime conquisivit. Quae omnia proferre huius loci eo minus est, quod certius quam vel operosis curis illis compertum est, ex ipso opusculo postea demum toto a me perlecto patet, recte Iahnium codicem, si dis placet, illum Tubingae assignasse; nam epistula quinta ad Martinum Crusium inde ab a. 1559 per dimidium fere saeculum professorem Tubingensem data his verbis orditur 'Si quando Schola nostra humanitatis studiis floruit, nunc maxime floret'. Iam igitur non tanta mole opus erat ad Schegkii huius nepotis et universae gentis Schegkianae fata ex tenebris suscitanda: tamen operam illam non cassam fuisse quaeque inde expedita sunt philologis et ICtis — nam ICtus Iacobus ille nepos fuit — propositum iri spero.

primis ad Valerium Maximum (ep. IV), Iuvenalem (ep. V), ad quem duos codd. adhibuisse se dicit, Solinum (ep. XI), tum etiam singulis locis ad Accium ap. Macrobium (Sat. I 7, 36: ep. VIII p. 22), Persium (III 106: ep. X p. 28), Venantium Fortunatum (carm. III 9, 29: ep. XIV p. 36), Livium (XXXVII 54, 19) ap. Prisc. (XVII § 165: ep. XV p. 37). Unde hos codices nactus sit, non affert, nisi in uno Macrobiano, quem sibi commodatum esse dicit a Leonh. Engelhardo, quem professorem philosophiae Tubingensem fuisse scimus; vix credemus, de ipso hoc cod. eum mentitum esse: 'imque diem' tamen quod inde profert pro 'eumque diem' nusquam alias inventum est, ut nec 'capite obnupto' pro 'capite induto' apud Persium, nec 'qua quaeque civitas ausit a suis' apud Priscianum, dum 'myrta' apud Venantium omnium fere librorum mss. consensu ('mirta' unus ap. Leonem) commendatur. Nec minus credibilia et commendabilia apud ceteros illos auctores incredibilibus et pravis miscentur: sic apud Val. Max. IV 6, 4 praeter 'abiicere' (pro 'eiicere') 'coacta est', quod per se sane non incredibile tamen alibi non invenitur, aliam lectionem 'abacta est' exstare narrat in ora manuscripti, sic ambos suos 'tanti anquirendi est' praebere contendit Iuv. VI 501, sic alterutrum - 'liber' ait 'quem laudo' - 'pede nudo' pro 'pytismate' etc., 'scriptura', ut addit, 'nova, non visa, non lecta hactenus', ibid. XI 175, sic eundem 'rutisse' pro 'grunnisse' XV 22. Cum praeter Tubingensem universitatem etiam Marburgensem*) et Heidelbergensem adierit, lectiones ex Solino a Schegkio prolatas cum varietate cod. Heidelbergensis saec. XI**) a Mommsenio prolatas contuli, sed per sex locos ab illo tractatos nusquam plane cum eo congruit; quod autem ad ipsas lectiones illas attinet, praeter alia, quae suspicionem non movent, 1, 75

*) Universitatis utriusque bibliothecae certe tum non plures codd. Latinos ad auctores classicos pertinentes possidebant quam nunc: nunc vero exstant utrobique paucissimi atque omnino huc non pertinentes cf. de bibliotheca Marburg. CFHermann catal. codd. Marburg. init. (A 1—3), de Tubingensi Kluepfelius Serap. IV (1843) p. 189 sqq.; 205 sqq.

**) cf. de hoc cod. Th. Mommsen ad Solinum praef. p. LXXIX sq.

p. 22, 9 M. 'auctiorem', quam 'veriorem' quoque dicit, lectionem affert 'Tritannum armatura Samnitium, gladiatorem natura fuisse'; 5, 19 p. 57, 9 'Astas' quod per 'Assas' explicat pro 'vascas' (sc. tibias); 42, 2 p. 190, 10 'exinde' pro 'usque adhuc'. Haec fere omnia tam arbitraria et nullo alio horum scriptorum exemplari fulta sunt, ut, etiamsi non negaverim, quod ex aliis a Schegkio prolatis fere sequitur, unum alterumve codicem ei ad manus fuisse*), tamen in lectionibus inde afferendis satis sublestam eius fidem esse, vix infitiandum sit. De Gallo igitur Avieno res fere acta est. Quod vero ad ipsum illum codicem Gellianum attinet, suspicio de eo concepta aliquantum augetur iis, quae paucis annis post opusculum illud emissum Io. Wowerius, ipse Gellio edendo intentus, ad Ianum Gruterum m. Nov. a. 1595 scribit (ep. I 14, epp. centur. II Hamburgi CIↃ IↃ CIX - immo XIX - p. 28sq.) '& vero Scegkius gloriatur in Praemess. de MS. Gellio, qui utiñam extrahi posset, aut saltim inde transscriberet lectiones variantes'.

Gregorius Turonensis.

Ad alteram saeculi sexti partem satis tennis Gellii memoria apud Gregorium Turonensem (c. a. 540—594) pertinet. Exstat in praefatione libri inscripti 'vita patrum' p. 1143 sq. ed. Ruinart. Ibi Gregorius 'et quaeritur' ait 'a quibusdam, utrum 'vitam sanctorum' an 'vitas' dicere debeamus. Agellius**) *(sic libri mss.)* autem et complures alii philosophorum 'vitas' dicere voluerunt'. Nam Plinius auctor in tertio artis 'grammaticae ait 'vitas antiqui cuiuscumque

*) Manuscriptos fere ubique expressis verbis nominat.

**) G. I 3, 1 'in libris eorum, qui vitas resque gestas clarorum hominum memoriae mandaverunt'; XIII 2, 1 'quibus otium et studium fuit, vitas atque aetates doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere'. Haud igitur recte FHaasius, amicus olim et collega praestantissimus, qui l. huius Gregoriani mentionem fecit in scholis de gramm. Lat. habitis (I ed. Eckst. p. 143), l. a Gregorio indicatum iamnunc apud G. non exstare opinabatur. (Idem tamen Gellius XVII 21, 1 'ne in sermonibus forte inconspectum aliquid super aetate atque vita clariorum hominum temere diceremus' cf. etiam XIV 3, 1 'qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere').

nostrum dixerunt, sed grammatici pluralem non putant habere vitam' *).

Num notitiae Gellii studiorumque in eo positorum ampliora vestigia per proxima saecula inveniantur, nescio**); vix tamen negari poterit, cum inde a saeculo decimo codices Gelliani non tantum commemorentur, sed etiam ad nos propagati sint, etiam per haec saecula Noctes Atticas non omnino tenebris redditas esse, cum vel libri vetustissimi praeter palimpsesti illius folia hodie servata ab exemplaribus litteris minusculis conscriptis originem ducant (v. infra). Praeterea autem ad hoc tempus pertinere videntur initia iteratorum illorum studiorum lexicographicorum et glossographicorum, quae per totius fere medii aevi decursum continuata notitiam ac lectionem Gellianam satis frequenter prodere solent.

Eorum qui huc pertinent agmen ducat, quamvis de aetate eius certum iudicium ferre non liceat, pseudonymus ille Petronius Arbiter de verborum significatione (s. de antiquis dictionibus), qui ex noviciis saec. XV codicibus post CBeck (a. 1860) editus est et ab AReifferscheid mus. phil. 16, 1 sqq. et in appendice opp. AMaii postuma (a. 1871) p. 68 sqq.***) Recte Reifferscheidius docuit, eum Isidoro posteriorem esse; paulo certius eius aetatem definire liceret, si sciremus, inde a quo tempore Gellius dimidiatus sit: constat enim, quod neminem fugere potest, satis magna pars earum glossarum ex excerptis Gellianis secundum librorum capitumque

Petronius Arbiter q.f.

*) His verbis non probari et Gellii et Plinii opera Gregorium in manibus habuisse facile concedemus WArndtio praef. ed. Greg. hist. Franc. p. 7, 1, cum praeter unam Ciceronis mentionem 'sine dubio ex Hieronymo' nullum studiorum in litteris antiquis praeter Vergilium et Sallustium positorum vestigium apud Gregorium inveniatur cf. Arndt l. l. p. 6 sq. quemque affert GKurthium rec. des quest. hist. XXIV 586 sqq.

**) Isidori, Aldhelmi, Bedae, Alcuini, Hrabani Mauri scripta etsi non omnia perlegi, tamen ita perquisivi, ut vix credam, directam aliquam Gellii mentionem oculos meos effugisse.

***) Cf. praeterea FBücheler Petron. ed. mai. praef. p. XII; GLoewe prodr. p. 164.

ordinem ordinatis: at incipiunt ea excerpta a libro demum Gelliano decimo*). Earum ad verba Gellii recensenda et emendanda nullum usum esse, recte admonuit Reifferscheidius l. l. p. 3; quae a verborum contextu in libris optimis tradito recedunt aut corrupta sunt aut ad arbitrium immutata.

Glossae Agelli et Marcelli.

Nil sane nisi nomen Gellii aetate supra indicata fortasse vetustius, certe haud multo recentius affert glossarium cod. bibl. publ. Leid. XVIII N. 67 F. saec. VIII aut IX, fol. 'INCIPIVNT GLOSAS AGELLI ET MARCELLI'**) inscriptum, quamvis ad unum Nonium Marcellum pertineat***); praeterea tamen recte inde LMüller concludere videtur, 'dass man', ut ipsius verbis utar, 'schon im Mittelalter erkannte, wozu freilich kein besonderer Scharfsinn gehört, dass Nonius stark aus Gellius geschöpft hat'. Vt lexicographica haec uno obtutu comprehendam, inter fontes suos Gellium non nominat

Papias.

Papias (paulo post s. XI med.), tamen eo utitur s. v. bidens†), quem l. olim afferre solebant ad quaestionem de Gellii nomine diiudicandam; nec minus ab

Hugutio.

Hugutione episc. Ferrariensi (s. XIII ineunt.) in usum vocatur teste FHaasio in praestantissima de studiis medii aevi philologicis disputatione (p. 33)††); num etiam

Ioannes de Ianua.

Ioannes de Ianua in Catholico a. 1286 ad finem perducto Gellio usus sit, diligentius quaerere eo securius omisi, quod praeter Papiam†††) ex Hugutione fere pendet.

---

*) Deinceps ex libris X—XVII desumpta sunt adiectis duobus additamentis ex lib. XIII petitis.

**) Martelli *LMüller*.

***) Cf. de eo τ gramm. Lat. IV 277; LMüller ann. phil. 93, 389 sq., Lucil. p. XXXVI; GLoewe comment. sem. phil. Lips. p. 244 sqq. (= gloss. nom. p. 233 sqq.) coll. prodr. gloss. p. 170 sqq.

†) 'De bidēte' ibi ait 'ap. An. Gel. lib. XV ca. VI. (sic in ed. Ven. a. 1485) Bidentes p. nigidius' *etc.* (cf. adn. ad G. l. l., lib. XVI c. 6 scil.).

††) De Hugutione cf. GLoewe prodr. p. 240 sqq.; SBerger de glossariis et compend. exeg. quibusdam med. aevi (Paris. 1879) p. 15 sqq., tamen ut neutrius disputatio h. l. propius ad nos pertineat.

†††) s. v. Bidens Ioannes Gellii mentionem non inicit (fol. 98ᶜ non num. col. a ed. Koburgerian. Norimb. a. 1483).

Vsus porro est Gellio inter alios scriptores auctor glossarii Vergiliani primum a CBarthio advers. XXXVII 5 editi, de quo ad GLoewium prodr. gloss. p. 164 ablegasse sufficiat; idem p. X sq. coll. p. 169 sq. inter IAFabricii schedas in academiae Havniensis bibliothecam delatas commemorat glossarium Gellianum. Glossarium Barthianum et Havniense.

Sed ut iam ad saeculum nonum redeamus, duoviri inter homines eius aetatis litteratos locum insignem obtinentes hic commemorandi sunt, Servatum Lupum abbatem Ferrariensem dico et Einhardum.

Quorum ille, qui vixit ab anno fere 805 — paulo post a. 862, adulescens in ipso monasterio Ferrariensi educatus ab Aldrico praeceptore suo, eius monasterii abbate, tum inde ab a. 829 episcopo Senonico, sive, ut ipsius Lupi verbis utar,*) 'a sancto metropolitano episcopo Aldrico', 'delegatus' est ad Einhardum, eo tempore iam Mulinhemii (Seligenstadii) commorantem. In epistula cummaxime allata ab eo postulat Lupus, ut quosdam libros sibi commodet. 'Sunt autem', ait**), 'hi: Tullii de rhetorica liber ... Item eiusdem auctoris de rhetorica tres libri in disputatione ac dialogo de oratore. Quos vos habere arbitror, propterea quod in brevi voluminum vestrorum post commemorationem libri ad Herennium interpositis quibusdam aliis scriptum reperi: Ciceronis de rhetorica. Item Explanatio in libros Ciceronis. Praeterea A. Gellii Noctium Atticarum. Sed et alii plures in praedicto brevi, quos, si deus apud vos mihi gratiam dederit, istis remissis accipiens describendos mihi, dum hic sum, avidissime curare cupio'. Quos ut videtur omnes, certissime vero Gellium accepit: nam ipso fere reditus in patriam (a. 836) tempore Einhardo haec scripsit***): 'A. Gellium misissem, nisi rursus illum abbas Servatus Lupus.

*) Ep. I ad Einhardum p. 2 opp. Lupi ed. Baluz. a. 1710.

**) l. l. p. 4.

***) ep. V p. 23 cf. *Monum. Carolin.* ed. Iaffé p. 493, 6. Vtrumque locum cum aliis Servati similibus bibliothecarum catalogis antiquis a se collectis (Bonnae a. 1885) inseruit GBecker (25, 1; 2 p. 56). In ipsis catalogis bibliothecarum saec. XIII vetustioribus Gellium neque ipse inveneram neque

retinuisset, questus necdum sibi eum esse descriptum. Scripturum se tamen vobis dixit, quod praefatum librum vi mihi extorserit. Verum et illum et omnes ceteros, quibus vestra liberalitate fruor, per me, si deus vult, vobis ipse restituet'. G. autem a Lupo lectum esse, demonstrat locus aliquis vitae S. Wigberti ab eo conscriptae (c. 21 p. 306 Bal.) 'videres lignorum simplicem materiam nec prorsus alumine oblitam velut amoliri a se ignis potentiam' *etc.*, quem ad G. XV 1 spectare iam Herm. 8, 278, 2 adnotavi.

Einhardus. Neque apud ipsum Einhardum vestigia notitiae Gellianae deesse nuper probatum ivit MManitius in comm. de eius operibus ac stilo (N. Archiv d. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtskunde VII, 1882, 517 sqq.) p. 543 singula quaedam verba ab Einhardo usurpata afferens, quae ei ex G. originem ducere videbantur. Atque etiamsi haec: 'aliorsum', 'focdifragus', quod ipse G. ex Laevio affert, 'laetabundus', 'obnubilare' non apud unum G. leguntur*), tamen satis rara haec verba apud Einhardum, cui Noctium Atticarum codex, ut cummaxime vidimus, ad manus erat, ex hoc fonte fluxisse haud sane improbabile est.

Inde a saeculo decimo fere incunte constantem librorum mss. Gellii hodie superstitum, de quibus infra accuratius agetur, seriem incipere, h. l. iterum breviter adnoto, alia studii Gelliani per saeculum decimum indicia proferre nequeo. Nec fere melius per saeculum XI anquirenti mihi res cessit.

Petrus Damianus. Sane Petrus Damianus inter sat multos alios scriptores Gellii quoque nomen affert. Quod cum accuratiore notitia non addita in AWamberae dissertatione de Damiano Vratislaviae a. 1875 emissa significatum invenissem**), ipsum auctorem

---

apud Beckerum invenio; in catalogo bibl. ecclesiae Christi Cantuariensis saec. XIII extr. aut XIV ineuntis (Becker l. l. 180 p. 289) ap. Edwards memoirs of libraries I 183 (cod. CCCXXXIII) post Ambrosium et Livii primam et secundam partem 'Gellium noctium Atticarum' inveniri me edocuit RFörster.

*) Cf. ne longus sim Georgesii lex.', fidissimum ducem, s. vv. ll.

**) D. heilige Petrus Damianus *etc.* Theil I p. 7, 1.

precibus adii, ut me de iis locis in operibus cardinalis illius atque episcopi Ostiensis certiorem faceret, quae ad G. spectarent. Ille autem vir doctus officiose precibus meis obtemperans unum tantum eiusmodi locum sibi innotuisse indicavit*), opusculi scil. tricesimi tertii de bono suffragiorum et variis miraculis, praesertim B. Virginis, cap. I (III 573 sq. P. Damiani opp. ed. CCaietanus, Bassan. 1783), ubi haec leguntur: 'Hic ad memoriam redit, quod, sicut Gellius ait, Alexander somniavit, ne somniis crederet. Vbi quidquid eligat Alexander, hoc disceptatio fine concluditur: ut illi, quod viderat, somnio non credatur. Nam si somniis iure creditur, somnium illud, quod asserit, non credendum esse mentitur. Quod si nequaquam debet somniis credi, consequitur etiam, ut nec illis debeat fides adhiberi'. Quod ad Auli Gellii Noctes Atticas non spectare scio, quo spectet, unde Damianus hauserit et ipse nescio et ex aliis, quos prae ceteris scire posse opinabar, frustra quaesivi.

Cum igitur ipsum Damianum Gellii quamvis ab eo nominati notitia caruisse pateat, perperam Benzoni episcopo Albensi obtruditur. Nam in his versibus, qui leguntur in libro eius ad Heinricum IV (mon. Germ. script. XI 599) (Benzo.)

Maro vates Mantuanus, Lucanus et Statius,
Pindarus seu**) Homerus et noster Horatius,
Grillius, Quintilianus, comicus Terentius
Formidassent regis opus, quo nil excellentius,

Grillii nomen recte se habere et male olim ab HIArntzenio, nuper a CPertzio Gellii mentionem ibi quaesitam esse demonstravit MHaupt Herm. 1, 46 (opusc. III 339 sq.).

Ampliora Gellii vestigia persequi possumus per saeculum XII, quo haec studia per gentes fere cultiores satis vigebant. Sic haud exiguum auctorum Romanorum numerum in usum suum convertit Ioannes Sarisberiensis († a. 1180). Quod iam Ioannes Sarisberiensis.

*) Neque a me neque ab adulescente aliquo docto in usum meum Damiani opera perlustrante alii inventi sunt.

**) 'f. sive' *Hauptius.*

antea haud ignotum luculentissime exposuit Carolus Schaarschmidt cum in commentatione museo philologico (14, 200 sqq.) anno 1859 inserta, tum in libro maiore de eodem Ioanne tribus annis post Lipsiae emisso p. 81 sqq. Brevissime ibi, quod, si universum eius institutum spectas, vituperare non licet, defungitur A. Gellio, quem uno exemplo prolato largum modo fontem eruditionis a Sarisberiense adhibitae vocat.*) Et satis sane frequenter Noctes Atticas ille expilavit, iam in ipso Polieratici sui limine tacite praefationis Gellianae initio usus**), tum deinceps per eiusdem operis libros a quarto usque ad sextum***) libris Gellianis I—V et IX—XIII†). Atque id quidem ita, ut partim quidem fontis indicium omnino omitteret, partim Gellium nominatim afferret††), semel (VII 3 prine.) Noctium Atticarum titulo addito, partim solum hunc

*) 'Eine reiche Fundgrube von Citaten' mus. l. l. p. 206, op. l. p. 91.

**) Cf. ibi adnotationem.

***) Lib. IV c. 6—8; 11; V 6 sq.; 10; 12; 15; 17; VI 12; 23; 26.

†) G. I 8 (Io. Sar. Polier. lib. VI c. 23); 13 (VI 12); 14 (V 7); 17 (V 10; VI 26); 26 (IV 8); II 2 (IV 7); III 6 (V 6); 8 (V 7); V 10 (V 12); 14 (V 17); IX 3 (IV 6); X 8 (VI 12); 10 (ibid.); XI 9 (V 10); XII 7 (IV 11); 12 (V 15); XIII 8, 3 sq. (IV 6), si nihil a me praetermissum est. (VIII 10 extr. Io. Sarisb. non G. I 10 adhibuit, sed Macr. Sat. I 5, 1 sq.; VI 19 non G. V 5, sed Macr. II 2, 1 sqq.: etiam VIII 7 p. 239 G. non ex G. XIII 11, 6 sq. eum pendere arbitror, sed ex Macr. II 8, 2 sq., qui Gellio usus erat. Hunc locum etiam HLinke quaestt. de Macr. Sat. fontibus, Vratisl. a. 1880, inter locos Macrobianos a Sarisberiense usurpatos enumerat, p. 16 sqq. adn. 3, cui illi duo addendi sunt. Similiter VII 3, quamvis G. Noctium Atticarum titulo prolato - cf. supra -, non ex G. XIX 1 hausit, sed ex Augustino de civ. dei IX 4). Singuli loci ex ipso G. excerpti ad capitum Gellianorum initia indicata sunt potiore lectionis varietate, quantum mihi innotuit, inter adnotationes recepta.

††) V 12 et saepius VII 3. In edd. quibus utor Lugd. Bat. a 1639 et ed. Giles vol. III et IV Oxon. 1848, sive A. Gellius sive Aulus Gellius scribitur, in illa VII 3 ad mg. bis adnotatur, 'al Agellius'. Ita a Sarisb. Gellium appellari H. H. dicit Schaarschmidtius, quod tum demum accuratius enotesceat, si editio Polieratici vere critica exstiterit (cf. FEyssenhardt mus. phil. 16. 619 sqq.).

titulum nominaret*), alibi vero pro ipso Gellio auctores ab eo adhibitos, id quod non fugit Schaarschmidtium. Praeter exemplum ab illo allatum V 7, ubi Iulium Hyginum pro G. I 14 affert, alterum in eodem Policratici capite exstat, ubi paulo post Claudii Quadrigarii notitiam fonte non patefacto ex G. III 8 hausit Ioannes; tum IV 11 Valerii Maximi testimonium arcessivit ex G. XII 7; V 6 Aristotelis in septimo problematorum et Plutarchi in octavo memorabilium (immo 'symposiacorum') ex G. III 6; V 17 Apionis ex G. V 14; VI 12 eiusdem ex G. X 10; VI 26 Varronis ex G. I 17. Quod vero peius est VI 12 pro eodem Gellio X 8 Plinium atque ibidem paulo post pro G. I 13 Frontinum producit, indeque Sempronium Asellionem et plerosque alios historiae Romanae scriptores testes exeitat a G. l. l. prolatos. Quod vero ad libros Gellianos ab eo adhibitos attinet, ab initio aeque atque hodie mancos fuisse patet coll. Policratici initio; in universum vero tanta licentia in verbis Gellianis reddendis utitur Ioannes, ne id urgeam, ne contextum quidem q. v. eius, ut modo dictum est, ad libros mss. iuste constitutum esse, ut certum iudicium de codicibus illis vix proferre possis: ut nunc res se habet, quantum omnino iudicare licet, saepe sane a libris melioribus pendere videtur, nonnumquam tamen etiam cum libris deterioribus congruit.**) Semel etiam in Metalogico

*) IV 6 'in Atticis Noctibus (voluminibus v. l. a Gilesio allata, ms. Cantabrig. ab eo collati, ut vid.) legi memini'.

**) Veluti Polier. V 12 dicit historiam ibi de Pythagora narratam ad Protagoram a Gellio referri, apud quem V 10 sic recte in *VR* eius nomen traditur, dum inde a § 6 certe Pythagorae nomen in *P* invenitur; cum iisdem ibid. c. 14 § 21 'porrigere' exhibet ('pergere' *P*), c. 10 § 6 contra 'primum' ponit = *P* (primo *VR*); cum *P* ibid. § 11 in ed. utraque a me usurpata 'opto' legitur, 'potui' = *Rs* pro v. l. adnotatur in ed. Lugd. (om *V*); cum eodem *P* etiam § 16 lectio ap. Sar. recepta 'versutae et excogitatae' fere conspirat; § 12 tamen cum s 'magis' et 'praeludium' ('maius' et 'prolubium' *VPR*) apud Sar. invenitur; VI 12 in loco Gelliano X 8, 2 'declinantis' exhibet cum *QNYo* ('declinatis' *ZBXOΠT*; ibid. 'a' cum rell. praebet om. a *Q*; IV 11 apud G. XII 12, 2 exhibet 'tacite' cum s (tacitae *q* tacita *recte Q rell.*); ibid. § 4 ab inimicis' recte cum *XOΠN* ('ab amicis' *QZB*^{u}) *etc.*

(III 10 p. 151 G.) Gellii mentionem fieri video: 'Si vero planum sit' ait 'et simplex quod interrogatur, aut sic, aut non respondendum. Vt enim est apud Agellium, 'qui in talibus plus vel minus respondet quam quaeratur ab eo, lineam recte disputandi ignorat aut dissimulat'', quem l. ad N. A. XVI 2, 1 spectare perspexit OGorges.

Valerius ad Rufinum (W. Map).

Gelliana quaedam vestigia in Valerii illa ad Rufinum epistula, quae S. Hieronymi operibus insiticiis inseritur, invenire sibi visi sunt et Th. Wright l. mox afferendo et Luc. Müller ann. phil. 95, 790. Vulgo haec epistula saeculi fere sexti p. C. n. initio adsignari solet; ad alteram potius saeculi XII partem pertinet, si revera a Waltero Map (s. Mahap, vg. Mapes), quem a. 1196 archidiaconum Oxoniensem factum esse constat, profecta est. Is scilicet in opere a se per varia vitae suae tempora composito*), quod 'de nugis curialibus' inscribitur**), contendit (distinct. IV c. II p. 142), se hanc epistulam amico cuidam 'qui uxoria tendebat' scripsisse, 'mutatis', ut ait, 'nominibus nostris, me qui Walterus sum Valerium vocans, ipsum qui Iohannes est et rufus Rufinum. Praetitulavi epistulam sic: 'Dissuasio Valerii ad Rufinum philosophum, ne uxorem ducat''. Iam sequitur (c. III—V init.) ipsa illa epistula in libris manuscriptis sat multis praeterea seorsum servata. Atque ibi quidem (c. III p. 149) narrantur haec***):

*) v. Wright l. cum maxime afferendo p. IX sq.

**) Ed. ex unico cod. Bodleiano 851 a. 1850 impensis societatis Camdenianae Th. Wright.

***) Exscripsi ea interpunctione ubi opus videbatur mutata ex ed. Wrigthii, qui praeter Bodleianum illum codicem ad hanc epistulam recensendam adhibuit duos mus. Brit. codd., Arundel. 14 saec. XIII et Barnei. 360 saec. XV; equidem addidi potiorem varietatem cod. Lugd. Bat. Voss. F 7 s. XIV (= Gellii Z), unde anno 1846, cum Lugduni Bat. morarer, hanc epistulam mihi describendam curavi, et cod. Vratislav. Rehdigerani 130 (olim 42) = q, cuius ea certe pars, quae huc pertinet, recte eidem saeculo ab Alb. Waehler (Thomas Rehdiger etc. p. 56) assignari mihi videtur. (His demum conscriptis Luc. Müller mecum communicavit huius epistulae editionem mihi ignotam ad eundem illum cod. Vossianum a se insertam loco sane satis recondito, annalibus scil.

XXXI

'Metellus Mario respondit, cuius filiam dote divitem, forma nobilem, genere claram, fama felicem ducere noluit, 'Malo meus esse quam suus'. Cui Marius 'Immo erit tua'. At ille 'Immo virum oportet uxoris esse, logicum enim est: talia erunt praedicata qualia subiecta permiserint'. Sic facetia verbi Metelli divertit ab oneribus dorsum eius'. Tum paucis interiectis 'Lais Corinthia praerogativa pulchritudinis insignis tantum modo regum et principum dignabatur amplexus; conata est tamen Demostheni philosopho participare thorum, ut notae castitatis eius miraculo soluto videretur ipsa specie sua lapides movisse, ut Amphion cithara, attractumque blanditiis attrectat suaviter. Cumque iam Demosthenes emolliretur ad thalamos, petivit ab eo Lais centum talenta pro consensu. At ille in coelum suspiciens ait 'Non emo tanti poenitere'*). Quae quamvis priore certe loco longe distent ab iis, quae apud Gellium I 6 leguntur de Metelli Numidici (Macedonici secundum alios) oratione ad populum de ducendis uxoribus habita, tamen cum quae altero loco narrantur aperte cum argumento capitis Gelliani uno tantum capite interiecto ab illo separati (I 8) consentiant, revera ad G. memoriam spectare cum vv. illis doctis arbitror**). Vtrum ipse haec ex G. hauserit auctor ac de suo ita immutarit, an aliunde dicere nequeo***); auctor

---

inscriptis Tijdschrift voor de Nederlandsche Gymnasiën en Hoogere Burgerschoolen a. 1861—1865 p. 179—212.)

*) 2 clarum *Z* ‖ 3 Immo ipa tua erit *Z* ‖ 4 est enim *ϱ* ‖ 5 'other copies have 'subiecta qualia praedicata' *Wr.* ‖ qualia erunt subiecta permiserint *Z* ‖ subiecta esse pmiserūt *ϱ* ‖ 6 ab omnibus *Z* ‖ 7 Lays *ϱ* Thais *Z* ‖ 9 tū *ϱ* ‖ demostenis philosophi *Z* ‖ notae] uoce *ϱ* ‖ 10 soluto miraculo *ϱ* ‖ *f.* ipsos *LMüller* ‖ sue laudis monisse *ϱ* ‖ 12 iam] *om.* *ϱ* ‖ 13 petiit *Z* peciit *ϱ* ‖ lays *ϱ* thais *Z* ‖ At (*ex* Ac *aut in* Ac *corr., quod satis dignosci non poterat*) ille illum suspitiens *Z* ‖

**) Paulo ante p. 148 'Pacuvius flens ait Arrio vicino suo' *etc.*, tum 'Cui Arrius' LMüller in adn. ms. exemplari ed. suae mihi transmisso adscripta seite emendat 'Attio' et 'Attius', utriusque poetae nomen ex G. XIII 2 petitum esse coniciens.

***) In catal. gen. biblioth. Galliae departemental. II 325 auctor epistulae dicitur partim ex Hieronymi adv. Iovin. I hausisse: equidem

vero ille num revera sit Walterus Map, quaeritur. Dubitaverunt sane aequales; sic enim pergit Walterus ad calcem epistulae (p. 152 sq.): 'Scimus hanc placuisse multis, avide rapitur, transcribitur intente, plena iocunditate legitur. Meam tamen esse quidam, sed de plebe, negant. Epistolae enim invident, decorem suum ei violenter auferunt et auctorem. Hoc solum deliqui, quod vivo. Verumtamen hoc morte mea corrigere consilium non habeo. Nomina nostra nominibus mortuorum in titulo mutavi. Sciebam enim, hoc placere. Sin autem, abiecissent illam, ut me. Volens igitur huic insulsae providere pagiunlae, ne mittatur in coenum a fago, latere mecum eam iubebo' *etc.* Norant igitur epistulam seorsum editam, ut etiam postea seorsum descripta est: sed equidem vix crediderim, h. l. iocari Mapium, sed ab eo ipso antea publici iuris factam esse opinor*). Vniversum certe genus sentiendi et dicendi

in argumento simillimo pauca tantum inveni, quae eo referenda sunt: Hier. l. l. I 42 p. 309 Vallars. 'Speusippus *etc.* Perictionem matrem Platonis phantasmate Apollinis oppressam ferunt', quae et ipsa satis licenter mutata, nomine Perictiones in libris certe misere depravato, iterat epistulae auctor p. 150 sq. '÷ Periccero (ieco *post* 3—4 *litt. lac. Z* Sicero ϱ; adnotandum tamen est totum h. l. in Bodl. omitti, ut fort. nisi librarii negiegentia subest, ad προέκθεσιν tantum pertinuerit; Lycia *v. l. ap. Hieron.*) virgo vergens in senium et fama castitatis privilegiata constanter, tandem Apollinis oppressa phantasmate concepit peperitque Platonem'; II. I 47 p. 313 'Fertur aureolus Theophrasti liber de nuptiis, in quo quaerit, an vir sapiens ducat uxorem': ep. p. 152 'lege Aureolum Theophrasti et Medeam Nasonis (*Arund.*, *Z*: Iasonis ϱ *et ex Wrightii sil. Bodl. Burn.*)'. Haec ex ipso Hieronymo, opinor, non ex Seneca, quem inter fontes suos nominat (c. 49 p. 318 cf. FHaase L. Sen. III 428 sqq.; Aem. Luebeck Hier. quos noverit scriptores etc. p. 205 sqq.; coll. p. 51 sq.; 87 sqq.; 91 sqq.) hausit Walterus; Ovidii Medeam facile de suo addere poterat. Sed tota haec quaestio peculiari disquisitione eget. Catonis dictum, quod Augustinus serm. CXCIV (AMai bibl. patr. nov. I 454), ex quo uno nobis certe innotuit, ad 'magnum' Catonem refert (M. Cat. q. e. p. 111 Iord. cf. eund. krit. Beitr. p. 309; MHaupt Herm. 4, 159; 8, 236 = opusc. III 469 cum adn. p. 470), ad Catonem Vticensem transfert ep. p. 149.

*) Cf. G. Phillips nunt. acad. Vindob. cl. ph. hist. X a. 1853 p. 361 sq. (= Verm. Schr. III Vind. 1860 p. 156 sq.); ad Walterum hanc epistulam etiam a Guil. de Giesebrecht relatam video Allg. Monatsschrift f. Wissenschaft u. Lit. a. 1853 m. Apr. p. 377.

a toto opere de nugis curialibus non alienum, ipsum argumentum ea aetate satis frequens*), totum eruditionis et genuinae et fucatae**), quamvis paulo spissius in epistula coacervatae, genus idem, codex denique, quod sciam, nullus exstat saeculo XIII vetustior***).

Neque in iis quae ad Walterum fere referri solent carminibus, eiusdem societatis impensis novem annis ante ab eodem Wrightio editis, deest vestigium aliquod lectionis Carmina WMap q. f.

*) Io. Sarisb. Polier. VIII 11 et 'Goliae' carmen de uxore non ducenda (the latin poems attributed commonly to Walter Mapes ed. Wright p. 77 sqq.) affert Phillips l. l.

**) Praeter Augustinum, Hieronymum, Gellium in epistula adhibentur Horatius et Vergilius: utroque poeta etiam W. Map utitur, praeterea partim nominatim, partim tacite Terentio, Ovidio, Iuvenale, Claudiano; semel etiam Macrobium, sane in somn. Scip. (I 10), affert (V 7 p. 238).

***) Praeter codd. supra allatos saec. XIII—XV alii afferuntur sat multi; veluti, ut pauca tantum delibem, quae praesto mihi sunt, ad saec. XIII referuntur cod. coll. Merton. Oxon. CCXLIX (HOCoxe catal. codd. Oxon. I coll. Mert. p. 98) et cod. Trecensis 787 (catal. gén. des bibl. des dép. II 325); ad saec. XIII—XIV cod. coll. univ. Oxon. LXI (Coxe I coll. univ. p. 18); ad saec. XIV cod. bibl. publ. Aurelian. (ASeptier Mss. de la biblioth. d'Orléans Aurel. 1820 p. 63 sq.; Haenel catal. lib. mss. p. 271); cod. univ. Cantabrig. 1350 (catal. Cantabr. II a. 1857 p. 516); 2144 (l. l. IV a. 1861 p. 15); ad saec. XIV extr. cod. Duacensis 694 (bibl. des dép. VI 417 sq.); saec. XV ineunt. esse dicitur cod. coll. Lincoln. Oxon. LXXXI (Coxe I coll. Lincoln. p. 42); saec. XV olim vidi cod. Vat. 5594; eodem pertinent cod. Cantabrig. 2279 (l. l. IV 112) codd. Vindobonenses duo, Florentinus unus Valerii Maximi nomine insigniti, quos affert CKempf Val. Max. p. 7, 1 (idem nomen etiam cod. Mertonensi a m. sec. inscriptum est cf. etiam Fabricius Bl. ed. Ern. II 64; Labbei tamen l. ibi l. equidem invenire non potui); aetatis indicio caret mentio duorum codd., qui Valeriani nomine inscribuntur, apud eundem Fabricium BMetIL VI 571 ed. Flor. a. 1859 s. v. Valeriani allatorum. Nec obstat huic sententiae, quod Nic. Trivet et Ioan. Guallensis hanc ep. commentati sunt (cf. HLelandus comm. de script. Britann. Oxon. 1709 II p. 306 sq. et 326 sqq.; Fabricius l. l. III 103 sqq.; V 127); Triveti comm. exstat in cod. Lincoln. supra l. nec certe ab initio eius diversum initium comm. anonymi in cod. coll. univ. Oxon.; Io. Ridewas (Ridevall) comm. inest cod. Cant. 1350, comm. quidam anonymus cod. Cant. 2279. Sed etiam haec quaestio accuratiore indagatione eget.

Gellianae, sane haud omnino certum. In metamorphosi enim, quae dicitur, Goliae episcopi ex codice quodam Harleiano p. 21 sqq. ibi edita versus legitur (162) 'Mars Nerinae coniugis ignibus torretur'. Quem aut ad Plautum (Trucul. II 6, 34, v. 515 Sch.) spectare aut ad G. de 'Neriene' locum, XIII 23, ubi etiam v. ille Plautinus 'Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam' affertur (§ 11), non fugit Wrightium*), ex utro hanc notitiam auctor hauserit et num directo an aliunde eam acceperit in incerto relinquendum est; si revera W. Map carminis huius auctor est et ex ipso G. haec deprompsit, sententia nostra, qua ad eum Valerii illam ad Rufinum epistulam referendam esse censuimus, novo aliquo praesidio fulcitur.

Adam Parvipontanus.

Ioannis Sarisberiensis conterraneus, ut verbo hoc castrensi cum Plinio utar, fuit Adam quidam Balsamiensis**), cuius epistulam ad Anselmum quendam***) a se in cod. aliquo universitatis Lipsiensis (*L*) saec. XIII inventam primus edidit Mauricius Haupt in act. soc. reg. Saxon. cl. ph. hist. a. 1849 p. 276 sqq.†) Quattuor annis post eadem ex cod. quodam Wallrafiano Coloniensi (*C*) tamquam ignota Neowidae edita est ab Hoffmanno Fallerslebensi. Is in praefatione eius libelli coniecturam protulit, non tantum popularem, sed etiam aequalem et familiarem Ioannis fuisse epistulae huius auctorem, Adamum scilicet illum 'magistrum' (metal. II 10), qui identidem ab eo commemoratur.††) Hunc autem neminem alium esse quam Adamum de parvo ponte s. Parvipontanum elucet ex eiusdem enthetico v. 49 (coll. v. 45 sqq.)†††). Hoffmanni

*) 'Probably from both' Wrigthius.

**) Anglus sc. regionis Cantabrigiensis cf. Hauptius l. mox afferendo p. 277.

***) Adae magister audit in cod. Brugensi cf. Scheler l. infra l. p. 120.

†) Cod. alicuius Parisini saec. XIV mentionem praeterea inicit Hauptius l. l. p. 276.

††) 'Anglus peripateticus' audit (metal. III 3), 'Anglicus noster Adam' ibid. IV 3.

†††) 'Incola sum modici pontis' etc. cf. Petersenium ed. enthet. (Hamburgi a. 1843) p. 79 sq., quamquam haec verba non ad ipsum Adamum, sed ad discipulos quosdam eius spectare patet (v. Schaarschmidt Ioh.

autem coniecturam recte se habere edocti sumus tertia, si dis placet, editione principe illius epistulae*) additis glossis Francogallicis in Aug. Scheleri libello 'lexicographie Latine du XII^e et du XIII^e siècle' (Lips. 1867) p. 119 sqq. ex cod. quodam Brugensi (*B*), qui varia opuscula continet et in catalogo typis expresso ad saec. XIII et XIV pertinere dicitur (v. Scheler l. c. p. 17). Hic enim liber glossam marginalem continet a Schelero p. 120 propositam, quae expl. 'Titulus talis est: Incipit epistola magistri Ade Parvipontani de utensilibus ad domum regendam pertinentibus ad magistrum suum Anselmum', quocum, ut id etiam addam, plane congruit quod in ipsa epistula paulo post initium legitur 'domum igitur, quam in Angliam a Gallia rediens adire optabam, qualiter adierim et qualem invenerim, ecce tibi ex condicto rescribo'**).

Fontem eruditionis ibi propositae primarium esse Isidorum, passim autem praeterea Paulum Diaconum, Gellium, Nonium, Priscianum ab Ada ad partes vocatos esse pronuntiavit ac singulis locis additis probavit Hauptius. Ex Gellio imprimis tum armorum vocabula ex catalogo X 25 composita excerpta sunt (p. 281, 13 sqq. H.), tum quae XX 2, 2 de siticinibus et liticinibus proferuntur (p. 280, 21 sqq. H.);

Saresberiensis p. 78, 6), qua in re falsus est CPrantl Gesch. d. Logik im Abendlande II 212, 443. 'Parvipontis incola' ipse audit Adam in metamorphosi Goliae episcopi v. 194 (the lat. poems commonly attributed to Walpes p. 28 ed. Wright). 'Pontilianum' quoque eundem esse ibid. v. 206 l. scite LFHerbst et IBernays coniecerunt non refragante Petersenio l. l. p. 91 cf. etiam Schaarschmidt l. l. et p. 13, 2; de Ada hoc Parvipontano cf. praeterea hist. litt. de la France XIV 189 sq.; Th. Wright biographia Brit. lit. Anglo-saxon period (Lond. 1846) p. 245 sq.; Schaarschmidt l. l. p. 12 sq.; 78 sq. Parvipontanus (du petit pont) homo hic Anglus dicitur, quod Lutetiae Parisiorum scholam prope regionem sic dictam aperuit, ubi trivium docuit; de philosophis eius rationibus cf. Prantelius II 104; 211 sqq. coll. Schaarschmidtio l. l. p. 305.

*) 'Des trois traités annoncés', (Ioannis sc. Garlandi, Alex. Neckami et Adae Parvipont.) 'le troisième seul est, à ma connaissance, inédit, voire même inconnu'. Scheler l. l. p. 2.

**) igitur] *om. CL* ‖ anglia *L* ‖ tibi] *om. B* ‖ conscribo ex condicto *L* ‖ conscribo *C* ‖

ex eodem et X 23, 2 'lora, passum, murrina' (p. 280, 2 H.) desumpta sunt (quae 'defuisse' narrat magister aeque atque arma illa et liticines siticinesque) et 'arcera instrata' XX 1, 29 (p. 281, 30). Vsus igitur est Adam alterius partis cod. Gelliani libro secundo versus finem, libro extremo paulo post initium; arbitrio in iis reddendis ipse tam libero usus est, ne librariorum quoque errores afferam, ut accuratius de illo codice nihil fere proferri possit*).

Sigebertus Gemblacensis.

Indubitata praeterea eodem saec. XII 'Agellii' mentio invenitur in Sigeberti Gemblacensis carmine circa annum 1170 scripto**) de passione Sanctorum Thebaeorum teste GHPertzio (Archiv d. Geschichte f. ältere deutsche Geschichtskunde XI p. 15 sq.).

Wibaldus Corbeiensis.

Eodem saeculo fere medio Wibaldo inde ab a. 1146 abbate Corbeiense libros Ciceronianos a Reinaldo, tum praeposito eccl. Hildesheim., postea archiepiscopo Coloniensi, petente hic poposcit, ut pro pignore Origenes super cantica canticorum et Agellius Noctium Atticarum sibi mitterentur; at 'pro Aggellio Noctium Atticarum, quem' inquit ille 'ad presens habere nequaquam potuimus', Frontini Strategemata missa sunt***). At eodem fere tempore in alia epistula ad quendam praepositum ipse Wibaldus Gellio (XI 11 §§ 1—3) utitur dicens: 'Cuiusdam sapientis (Nigidii sc. Figuli apud G. l. l.) verba sunt haec 'Inter mendacium dicere — mendacium dicat'', quae cum constanti fere librorum Gellianorum scriptura omnino conspirant, nisi quod § 2 prius 'est' et 'ipse' om. Wibaldus†).

Anonymi saec. XII vel XIII epistula.

Alterum virum eadem fere aetate Gellii adipiscendi aeque ac Reinaldum illum cupidum cognoscimus ex epistula anonymi cuiusdam ad abbatem et ipsum ignotum data in ms. Leid.

*) cf. adnot. ad singulos G. locos allatos.

**) v. Wattenbach Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter[3] II 123.

***) v. epp. 207 et 208 (Monum. Corbei. ed. Jaffé p. 327 sq.) cf. Wattenbach das Schriftwesen des Mittelalters[2] p. 451.

†) Ep. 153 l. l. p. 258.

Voss. O(ct.) 88 saec. XII vel XIII f. 24ᶜ, cuius notitiam Luciano Muellero debeo. 'Isti cursori' ait ille 'impendite misericorditer aliquid pietatis et praesenti negotio succurrite, obsecro, michi de canonibus adnotatis aut de eorum adnotationibus et rescribite cum caeteris omnibus de causa epi in superiori diplomatis parti notati et Terentium mittite aut Agellium noctium Atticarum aut Philonis Iudei historiam'.

Radulfus de Diceto.

Saeculo vero XIII fere ineunte, circa annum sc. 1210, Radulfus de Diceto composuit libellum 'de viris illustribus quo tempore scripserunt', ad nos propagatum per cod. aliquem musei Britannici Cottonianum*). Legitur ibi (fol. 101 col. 2) 'Agellius Scribit anno C. LXIX', quod ex vetustiore quodam chronico hucusque certe ignoto fluxisse cum Ruehlio l. l. p. 35 censeo, assentiente etiam LFriedlaender Darstellungen etc. III¹ 658.

Galfridus de Vino Salvo.

Ad priorem eiusdem saeculi partem pertinet Galfridus de Vino Salvo Anglus ex gente Normannica prognatus, qui Romae Innocentio III. P. M. (1198—1216) dedicavit carmen amplius duobus milibus versibus hexametris 'poetria nova' inscriptum**). Hic ibi v. 1879 sqq. ed. Leys. alt.

'Prosaicus', ait, 'versus res grossior. Omnia verba
Indistanter amat nisi quae postrema reservat.
Qualia sunt quorum paenultima tendit in altum,
Cetera non decuit finem servare supremum.
In simili forma pertractat***) Agellius istud
Et subiicit causam, ne vocum debilis esset
Et non sufficiens numerus concludere versum.

*) Faust. A. VIII fol. v. FRühl d. Verbreitung des Justinus im Mittelalter (Lips. 1871) p. 31 sqq.

**) cf. de eo Leyserus hist. poet. et poem. med. aev. Hal. Magd. 1721 p. 855 sqq., ubi edidit hoc carmen p. 862 sqq., deinde paucis annis post ex quattuor codd. mss. correctum et aliquot versibus auctum seorsum iteravit Helmstad. a. 1725, ubi in titulo 'ars poetica' vocatur, inscribitur tamen hic quoque 'poetria nova': Th. Wright biogr. Brit. lit. Anglo-norman period p. 398 sqq.

***) 'retractat' et 'declarat' v. l. singulorum Leyseri codd.

Si sit, ut esse solet, finalis dictio clausae
Alterius formae, tamen ista decentior, ut quam
Causa probat melior et testis Agellius auctor'*),

quae ad N. A. IV 7 pertinere versumque Scipionis Enniani ibi l. 'Si *qua* (Quaque *al.*) propter Hannibalis copias considerat' spectare, 'in quo', ut ipse G. ibi ait, 'nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe promatur, numerus clausurus esset', admonuisse satis est.

Rogerus Baco.

Rogerum quoque Baconem, natum anno fere 1214 vel paulo post, mortuum haud diu, ut videtur, post annum 1292**), virum in quovis fere litterarum genere mire versatum omniumque coniungendarum studiosum, Noctium Atticarum notitia non caruisse testatur Aemilius Charles in libro inscripto 'Roger Bacon, sa vie, ses ouvrages, ses doctrines d'après des textes inédits' accuratiore ea de re notitia non addita. Equidem Gellii mentionem inveni in cap. III libri 'compendium studii' inscripti***), qui haud spernenda studiorum in litteris antiquis et in re grammatica positorum documenta continet. Quia' ait Baco 'non sunt margaritae sapientiae spargendae inter porcos, teste evangelio (Matth. 7, 6), et stultum est asino praebere lactucas, cum ei sufficiunt cardui, ut in hoc sensu scribit A. Gellius in libro Noctium Atticarum'. Quod cur ad lib. III c. 16 fortasse spectare indicet Brewerus†) non dispicio, equidem quo pertineat significare nequeo.††) Baco

*) 'actor' unus cod. Leyseri.

**) cf. Ios. Langen histor. Zeitschrift n. s. XV 1884, 435, 2 et 436 sq.

***) Fr. Rogeri Bacon opp. quaedam hactenus inedita ed. JSBrewer vol. I (Lond. 1859), quo Charles nondum usus est, p. 416.

†) Ibid. adn. 2.

††) Nec CEGeorges, vir et officiosissimus et in omni Latinitate versatissimus, ipsa haec verba indicare mihi potuit, fragmenti tamen libri Luciliani inc. CXLI p. 157 LM. me admonuit, ex Hieronymi ad Chromatium etc. ep. petiti, ubi cum Corpeto (Lucil. fr. inc. CLXVI p. 261) et Franckenio (Mnemos. n. s. 1, 286 sq.) legendum esse arbitror: 'secundum illud quoque, de *quo* semel in vita Crassum ait risisse Lucilius 'similem habent labra lactucam' asino (de asino *Fr.*) cardnos comedente' (al. LMüller l. l. cf. p. 285 sq.; mus. phil. 24, 249 sq., ne Gerlachiano, Lucil. lib. inc. 200 p. 101, illisque perversiora Ilgeniana, Lucilian. p. 31, afferam), Lucilii verba non satis accurate ab Hieronymo referri opinans.

eundem locum ex G. iam proposuerat, quod postea comperi*), in operis maioris p. I c. IV p. 5 ed. Jebb. alt. (Venet. 1750), ubi 'Nam semper' ait 'sapientes contra vulgus divisi sunt, et arcana sapientiae non toti mundo, sed plebi philosophantium revelaverunt. Quoniam sapientes Graeci nocturnis vigiliis congregati vacabant sine vulgo collationibus sapientiae, de quibus A. Gellius scribit in libro Noctium Atticarum, i. e. collationum sapientiae nocturnalium, quas sapientes Attici, i. e. Athenienses, celebrabant, ut multitudinem vitarent. In quo etiam dicit 'stultum est asino praebere lactucas, cum ei sufficiant cardui', loquens de vulgo, cui rudia et vilia et imperfecta sapientiae sufficiant alimenta'. Tertium autem idem locus ab eo prolatus est, cuius rei me admonuit doctus aliquis adulescens, in epistola de secretis artis et naturae et de nullitate magiae c. VIII t. I p. 543 ed. Brewer. 'Atque ipsemet Aristoteles dicit in libro secretorum, quod esset fractor sigilli coelestis, si communicaret secreta naturae et artis; adiungens quod multa mala sequuntur eum, qui revelat secreta. Caeterum in hoc casu dicit A. Gellius in libro noctium Atticarum de collatione sapientum, quod stultum est asino praebere lactucas, quum ei sufficiant cardui'.

In gestis Romanorum circa annum fere 1300 narratio illa pervagata de Arione ex Gellio (XVI 19) translata est c. 148 p. 506 ed. Oesterley, ubi fons in ipso capitis initio indicatus est**); locus Gellianus ibi ad arbitrium contractus et mutatus***). Gesta Romanorum.

---

*) Ipse Baconis opus meum inspicere non potui. quod mea causa ab HKrausio factum est.

**) 'Refert Agellius de Arione' etc. ('Refert Agillus de Amore' Oesterley; 'Aulus Gellius erzählt vom Amon' Graessius vers. Germ. Lips. 1842 II 11; 'Arion' id. in adn. II 74; 'Agellius' merito scribi iussit GP(errot) in censura ed. Oesterleianae rev. crit. 1873, 2, 23).

***) Ibidem c. 126 p. 476 historia de Papirio Praetextato non ex G. I 23 desumpta est, sed ex Macrobio S. I 6, 19 sqq., qui eam ex G. hausit ('Refert Macrobius, quod quidam puer Romanus, nomine Papir[i]us' etc.). Eandem historiam etiam circa s. XIII med. in poemate 'Weltchronik' inscripto novit Ians Enenkel, qui eam Domitiani temporibus assignat

Vincentius Bellovacensis.

Eodem saeculo fere medio Ludovico nono instigante a Vincentio monacho Bellovacensi ex ordine Dominicanorum ingens illud opus tripertitum*) speculi maioris tamquam horreum doctrinae omnigenus congestum esse inter omnes constat.**) Quod cum conspectum praebeat paene omnium antiquitatis scriptorum hominibus eius aetatis eruditioribus notorum***), Gellio quoque partes aliquas ibi assignari per se probabile est, atque id ita revera se habere, ipsius operis indagatio docet. Adnotaverat autem Fabricius ex spec. nat. (lib. XXV c. XLIII p. 1803 ed. Duac.) lib. V c. 16 §§ 1—4 inscriptas 'Aul. Gell. in libr. V att. noct.'; accedunt ex speculo doctrinali alii tres: lib. IV c. XXXIX p. 322 'Aul. Gellius in lib. atticarum noctium

---

(v. Massmannum Kaiserchronik III p. 107; 404 sq.; 741); cuius fontem cum indicare nequeam, Macrobii nomen recte adscriptum video a Bethmanno et Wattenbachio ad eandem historiam in monasterio SHuberti Andaginensis in Arduenna ad hospites delectandos narratam, teste chronici eius monasterii a duobusviris illis illustrissimis editi (monum. Germ. hist. SS VIII 568 sqq.) c. 60 (73) p. 598; nam non tantum sat multa alia ibidem in proxime sqq. ex eodem auctore excerpta proferuntur, sed imprimis paragraphorum 23 sq. Macrobianarum manifestissima vestigia narrationi illi impressa sunt; quod addidi, quia ad Gellium h. l. rettulit Fr. Cramer Gesch. d. Erziehung in d. Niederlanden p. 130 sq.

*) Speculum enim morale naturali, doctrinali, historiali, etiamsi haud multo post, tertio loco insertum est.

**) cf. R. de Lilieneron über den Inhalt d. allg Bildung in d. Zeit der Scholastik Monachi 1876 p. 11 (coll. p. 8) sqq.

***) cf. E. Boutaric Vincent de Beauvais et la connaissance de l'antiquité classique au treizième siècle: revue des questions historiques a. 1875 fasc. I p. 5—57, de Gellio verba faciens p. 53. Auctorum ad speculum naturale compositorum indicem confecit IAFabricius Bibl. Gr.³ XIV 1(5)07 sqq.; plenus index ad universum opus pertinens adhuc desideratur; Gellii locos inde in usum meum excerpsit adulescens aliquis litterarum studiosus; qui num hoc officio satis accurate functus sit, praestare non ausim; in speculo morali Gelliana ille non invenit. Editionem Duacensem a. 1624 in ll. ex spec. doctr. et nat. excerptis comparare potui cum ed. antiquissima s. l. et a., quae ad Mentellinum refertur, qui a. 1473 et 1476 speculum maius edidit cf. AFStenzler librorum saeculo XV impressorum, quos bibliotheca regia universitatis Vratislaviensis continet, conspectus generalis Vratislaviae 1861 p. 6 n. *; varietatem lectionis paulo notabiliorem in locis his Gellianis inveni nullam.

primo', immo II 15, 1 ('Apud — solitus est (*sic*)'); ibid. c. LXXVI p. 343 'Nam et Catonis, ut ait Aul. Gellius, est illa sententia: vita humana — quam exercitatio (*sic* = *ne*) (XI 2, 6); lib. VI c. LXVI p. 422 'Stare Socrates solitus (*sic*) — a corpore' (II 1, 2).*) Ex speculo historiali enotatum habeo III c. LXVII p. 108 'De Xenophonte refert A. Gellius lib. 13 (immo XIV) c. 3, quod quidam putaverunt inter ipsum et Platonem fuisse rancores et discordias, quia magis assecutus est famam et palmam eloquentiae quam omnes alii Socratis discipuli post Platonem; et inter pares semper videtur esse quaedam aemulatio'. Quae cum generale tantum argumentum eius loci contineant, reliqua excerpta supra allata et ad priores et ad posteriores Noctium Atticarum libros pertinentia ipsa fere Gellii verba referunt, sed ad arbitrium saepius ita mutata, ut accuratius de libris a Bellovacensi adhibitis iudicium inde ferri nequeat**), ad ipsa Gellii verba recensenda nullus eius usus faciendus sit.

Litteris antiquis renascentibus Gellii per haec saecula satis curiose descripti***) memoriam non alienam fuisse hominibus primariis, qui illas ex tenebris suscitarunt, per se probabile est et rebus huc pertinentibus accuratius pervestigatis comprobatur.

Magni enim illi saeculi XIV scriptores, Franciscus Petrarca (1304—1374) et Ioannes Boccatius (1313—1375), quos inter primarios resurgentium antiquitatis in Italia studiorum

*) Ibid. VI 128 et spec. hist. VII 58 Catoniana a G. XIII 18. 1 servata tanquam Varroniana afferuntur, cf. adn. G. l. l.

**) Num 'exercitatio' supra l., quod nunc in novicliis tantum libris inveniri supra adnotatum est, XI 2, 6 ex libro aliquo ms. sumpserit Vincentius an de suo 'exercitio', quod libri meliores exhibent, mutarit dici nequit; accedit, quod ne de fide quidem in Vincentio edendo adhibita constat. Ad ipsum certe Vincentium pertinet, ut nonnulla tantum afferam, apud G. II 1, 2 omissio vocc. 'perdius atque pernox' et 'inconivens'; V 16, 2 'dicunt videndi causas esse' pro 'causas esse videndi dicunt', 'videntur' pro 'videri queunt', § 3 'autem' add. post 'Epicurus', videndi' om., XI 2, 6 'consumit' pro 'interficit', 'item' om.

***) cf. quae infra de codd. mss. dicentur.

signiferos suspicimus, Gellii quoque haud incuriosi fuerunt.

Petrarca. Sic Petrarca*) ab Aulo Gellio in Noctibus Atticis (I 24) Naevii et Plauti epigrammata 'describi' dicit 'sermone vetustissimo' (de reb. fam. ep. IV 9); ab eodem Favorini eloquentiam optabilem sibi redditam esse narrat (ib. III 18), ac si ibidem M. Varronem sibi carum et amabilem Ciceronis Academico factum esse dicit, leges Varronis convivales (XIII c. 11), Gellii quidem ipsius nomen reticens, ex Gellio tamen (XIII 11) exponit**). Similiter alibi cum eiusdem loci Varroniani, tum aliarum satirarum Varronis Menippearum mentionem ex locis Gellianis profert***). Neque minus in libris rerum memorabilium, ibique nomine allato saepius Gellio utitur†).

Boccatius. Accuratissime de Boccatii studiis in antiquis auctoribus positis egit Attilius Hortis in libro bonae frugis plenissimo 'studj sulle opere Latine del Boccaccio' (Tergest. a. 1879), ubi p. 363—524 agit de auctoribus a Boccatio in operibus Latinis adhibitis††). Didici inde, in commentario ad Dantis comoediam lingua vernacula conscripto saepius ad veterum philosophorum (Socratis sc. et Diogenis) vitas illustrandas ab eo Gellium in usum vocari addito titulo Noctium Atticarum et

---

*) De Petrarcae doctrinae ambitu cf. G. Koerting Gesch. d. Litt. Italiens im Zeitalter der Renaissance I 458 sqq., de Gellio obiter tantum, ut eius res ferebat, mentionem inicientem p. 494; multo brevius secundum consilium suum, sed eleganter et concise de Petrarca antiquitatis studioso egit collega eruditissimus AGaspary hist. litt. Ital. I 423 sqq.

**) A verbis 'Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Menippeis, qui inscribitur 'nescis quid vesper serus vehat', in quo disserit de apto convivarum numero deque ipsius convivii habitu cultuque' incipit hoc caput Gellii, unde Petrarca l. l. 'Marci Varronis de lege convivii liber est, ubi illud inter multa praecipitur' etc.

***) cf. Att. Hortis M. Tullio Cic. nelle opere del Petrarca e del Boccaccio (Tergest. a. 1878 ex archaeographo Tergestino seorsum express.) p. 70 sq. in exc. 'M. T. Varrone e il Petrarca'.

†) Locos huc pertinentes ex libro rer. mem. primo in eruditissima comm. inscripta 'Quibus *antiquis* auctoribus Petrarca in conscribendis rerum memorabilium libris usus sit p. prior' (progr. gymn. Monaster. a. 1882) protulit collega doctissimus Cl. Baeumker p. 18 coll. p. 4; 13; 17.

††) cf. GKoerting l. l. II (1880) p. 362 sqq., Gellium brevissime afferens p. 388.

libri earum allati numero, hoc tamen haud ita accurate, si numeri illi recte traduntur (v. p. 455, 3); Varronis quandam mentionem apud eundem de geneal. deor. I 34, aeque atque apud Petrarcam cummaxime observatum est, ex G. III 2 originem ducere idem scite adnotat l. p. XLII n. ***) l. p. 72 in exc. 'M. T. Varrone e il Boccaccio'.

Ricardus Buriensis.

Eodem saeculo in Anglia floruit Ricardus Buriensis inde ab a. 1333 episcopus Dunelmensis. In cuius Philobiblio*) aliquoties Gellii mentio inicitur**). Atque usus quidem est, quod per se exspectandum erat, codice, in quo praefatio suum locum in exordio totius operis obtinebat***); praeterea affert lib. I c. 19 p. 416, ubi satis accurate nota illa de libris Sibyllinis narratio inde repetitur, lib. II c. 16 (immo III 17) in loco proxime praecedente p. 415 sq. de libris Philolai a Platone et Speusippo ab Aristotele emptis, lib. VI†) (immo VII) cap. 10 de Euclide Megaris Athenas ad Socratem audiendum noctu commeante (p. 452). Vnde fere credendum est, codice eum usum esse, solos libros priores usque ad nonum complectente.

Gualt. Burley.

Satis saepe Gellii mentionem circa idem fere tempus alter Anglus inicit, Gualterus scil. Burley (c. ann. 1330) in libello de vita philosophorum et poetarum††), partim Gellii et operis nomine librique Noct. Att. numero addito, partim tacite. Non dubito, quin ipsum G. inspexerit; alia tamen ex fontibus secundariis hausit atque aliquoties pro neglegentia

*) Vtor ed. Conringiana in philologicar. epp. centur. ex bibl. Goldasti Lips. a. 1674 p. 403 sqq.

**) cf. REllis prolegg. ed. Catull.[2] p. XX, 3.

***) p. 452 'Aulus Gellius non affectavit diutius vivere quam esset idoneus ad scribendum teste se ipso in prologo noctium Atticarum'(§ 24).

†) Sic vg. numerabatur cum libris mss. recentioribus; at videtur potius, si recte ita editur, auctor, ut in libro II, sic etiam in libro VI afferendo aut neglegentem se praestare aut codice usus esse in libris signandis non satis accurato.

††) Vtor ed. Argentin. a. 1516, inscripta 'Vita philosophorum et Poetarum cum auctoritatibus et sententiis aureis eorundē annexis', non addito nomine auctoris, de quo Fabricium BMetIL I 283 ed. Flor. a. 1858 attulisse h. l. sufficiat.

sua alias etiam observata*) vel perperam G. auctorem affert**): interdum etiam ibi cum solum allegat, ubi ea quae profert ex verbis Gellii et Ioannis Sarisberiensis de nug. cur. mixta sunt, ut in historia de Protagora et Euathlo ('vt ait a. gel. li. V acticar' noctiū') c. XXVIII f. X^{v}i(mo) ex G. V 10 et Sarisb. V 12; in Socratis de Xanthippe ad Alcibiadem dicto ('vt dt' gel. li. IIII') c. XXX f. XI^{v}i ex G. I 17 et Sarisb. V 10; in 'publii' (Terentii scil. ex Gualteri sensu) sententiis afferendis 'A. gel. autem in libro XIII has publii sententias recitat' c. CVI f. XXXVI^{v} fere m ex G. XVII 14,4 (om. v. 6—8 et 10) et Sarisb. VIII 14***); immo unum fere Sarisberiensem IV 7, quamvis G. auctore allato ('vt ait a. gel.'), c. CXXIII f. XL^{v} m sequitur in historia de patre filioque consule (II 2)†). Ex uno contra Gellio ex iis, quibus eius nomen apposuit, hausta mihi videntur haec††): c. XXX f. XI^{v}s de Socratis daemonio einsque temperantia 'vt ait a. gel. li. V', immo II 1: c. XXXIIII f. XV^{v}i de Alcibiade tibias abiciente 'vt ait a. gel.' (XV 17); c. XL f. XVIII^{v}i de Hippocrate voluptates detestante 'vt ait a. gel.' argumento tantum indicato loci Gelliani

*) v. EWoelfflin Cacc. Balbi de nug. philos. q. s. p. 74 sqq.

**) Ad G. non pertinent Annaeana (L. Sen. epp. 104 § 27 H.) de filiis Socratis, quae sub illius nomine ('vt ait a. gel.') profert Burlaeus c. XXX f. XII^{v}s(ummo); Xenophontis de maledicentia dictum ('A. gelli' de Xenophonte sic ait') ad eum refertur c. XXXII f. XV^{r} m(ed.) loco Vinc. Bellov. spec. hist. III 67 male intellecto (v. Woelfflin l. l. p. 53 coll. p. 16; 60; 74); quae de divitiis Democriti narrantur ('vt ait a. gell. in li. atticarū noctiū') c. XLIII f. XVIII^{r} fere m ex Val. Max. VIII 7 ext. 4 originem ducunt. Quae vero ibi proxime sequuntur Gellio non nominato de eodem Democrito oculos sibi eruente, ad G. X 17, 1 spectant.

***) Perspicitur hoc eo, quod Gu. B. tum v. 1 a G. allatum servat, quem Macr. II 7, 11 et Io. Sarisb. omittunt, tum in f. versum Laberii 'Necesse est, (ut) multos timeat, quem multi timent' ex vicino Macrobii l. (II 7. 4) a Sarisb. Publilianis adglutinatum et ipse addit.

†) Num ex Sarisb. IV 6 an ex G. IX 3, 5 excerpta sit Philippi ad Aristotelem ep. XCV f. XXXIIII^{v}, ubi auctoris nomen deest, dispicere nequeo; c. CXVII f. XXXVIII^{v} fere m affert 'li. de nugis phor'(IV 8), ubi Gellium I 26 adhibere poterat.

††) Num haec et sqq. omnia ex ipso G. excerpserit an quaedam aliunde descripserit, per singula accuratius indagare non potui.

XIX 2, 8; c. L f. XX^{r}m de Diogene et Xenide (*sic Gu. B.*) 'vt narrat a. gellius libro II' (II 18, 9 sq.); c. LXVIII f. XXIX^{r}m de Aristotele successorem suum indicante 'vt ait a. gel'. in lib. attic^{r} noctiu' XIII 5*); c. LXXXIII f. XXXII^{r}m Caecilii Statii ('Hic duos libros composuit poeticos s. Achilleidem et Thebaidem') versus paulo mutilatus ex G. XV 9, 1 haustus ('Huius hec est sniã vt ait Aul. gel.'**). Praeterea Gellium nomine eius non addito adhibuit in his locis: c. XVII f. VII^{v}i de disciplina Pythagorea (I 9 §§ 2—4; 12); c. XXX f. XI^{r}i proxime saue G. mentione praecedente***) de aliquo Socratis dicto (XIX 2, 7); c. L f. XXI^{r} m de Diogene et sophista aliquo (academico ap. G.) XVIII 13, 7 sq.; c. LI f. XXI^{v}m de Carneade corpus elleboro purgante XVII 15, 1. De Aristippo philosopho narratio c. XXXI f. XIIII^{v}m conflata esse videtur ex Diog. Laert. II 71, quem affert Burlaeus,

*) Idem caput G. non nominato adhibetur c. LIII f. XXIIII^{v}i.

**) Eundem de 'Stacio Caecilio' locum paucis mutatis ex cod. aliquo bibl. nat. Taurinensis H. V. 44 'de vita et moribus philosophorum' affert Art. Graf in libro inscripto 'Roma nella memoria e nelle immaginazioni del medio evo' (II Aug. Taur. a. 1883 p. 319): 'Huius est sententia ista, ut ait Agelius: 'Inimici pessimi sunt illari fronte et corde tristi'. Hic duos filios habuit poetas metricos, scilicet Achimenidem et Thebaidem'. Recte ibi 'Achilleidem' correxit Grafius, ad rem certe idem non minus recte — debebat tamen 'Agellius' —, sed iusto timidius signo interrogationis addito 'Aulus Gellius', cuius l. supra l. XV 9, 1 aperte significatur, frustra obloquente Gastone Paris (journ. des sav. 1884, 574, 2), quia Gellius per medium aevum non Agelius, sed semper Agellius vocaretur. Codex autem ille, cuius notatio aut interim immutata aut a Grafio non recte allata esse videtur, certe non diversus est a cod. eius bibliothecae MXXXIV signato k. III 29 in catal. codd. mss. biblioth. regii Taurinensis Athenaei a. 1749 II 306^{a}; aperte liber ille anonymus aliam vitarum Burlaei recensionem ab ea, quae in ed. supra l. expressa est, hic illic diversam continet (cf. initium libri in catalogo supra l. cum ed. illa omnino conspirans et l. de Catone Censorio a Grafio inde l. II 276); tres enim huius libri recensiones exstare edocti sumus ab IGSchneidero (Wolfii analect. III 229), quod accuratius persequi huius loci non est.

***) Ad Macr. S. II 8, 16 hoc eo minus rettulerim, quod quae de Hippocrate ibidem afferuntur expressis verbis ad G. rettulit Gu. B. l. supra indicato.

et ex G. XIX 1, 10 aut Sarisb. VII 3; in Catonis sententia (XI 2, 6) reddenda pro 'interficit' 'consumit' et 'exercitatio' pro 'exercitio' exhibet Gu. B c. XCV f. XXXIIII^{r}i, quod etiam praeter alia quaedam ad arbitrium mutata a Vinc. Bellovacensi sic proferri vidimus (p. XLI n.**), ut h. l. inde excerpsisse videatur B, nisi uterque eodem fonte usus est. Equidem totam hanc materiam hic exhaurire nequeo; id unum addo, neque in illo loco de Diogene aliquo Laertio pleniore a Burlaeo adhibito cogitandum esse cum IGSchneidero l. l. p. 235 sqq., nec propter hunc de libris veterum mss., quibus hodie careamus, in usum vocatis cum Hofmano-Peerlkamp bibl. crit. nov. 4, 414 sq. Novit Burlaeus utramque librorum Gellianorum partem; in singulorum librorum numero afferendo non satis curiosus, ut supra vidimus*), nec in verbis G. allegandis ubique accuratus est, ut nomen eius in adnotatione critica raro attulerim, variam lectionem ex eo ductam nusquam fere excerpserim, cum ad verba G. constituenda nullum inde fructum percipi posse viderem.

Ioannes Skelton.

Appendicis loco his Gellii per totum medium aevum in Anglia notitiae documentis addere liceat, quod etiam in extrema eius aetatis parte Ioannes Skelton, qui ad ultima saec. XV tempora et saec. XVI initia pertinet, in poemate inscripto 'Garland of Laurel' inter multos alios scriptores Gellii quoque mentionem inicit, quem nobilis historici ('noble historiar') nomine extollit**.)

(Schol. Horatii Cruquiana.)

Nulla denique attentione dignum esse videtur, quod in scholiorum illa farragine, quae 'Commentator Horatii Cruquianus' audit, ad A. Cascellii ICti apud Hor. a. p. v. 371 (p. 635^{a} ed. a. 1579) mentionem adnotatum est 'Cascellius iuris peritus fuit et sapiens, ut Agellius testatur, qui

*) Sane nescimus, quanta huius culpae pars in librarios aut in editorem cadat. Omnino ad disquisitionem de fontibus Burlaei absolvendam opus erit editione libelli eius critica, qua, quod sciam, caremus.

**) Warton history of english poetry III p. 281 ed. WCHazlitt (Lond. 1871).

libros noctium Atticarum scripsit'*); mero hoc errore nititur**), cum Cascellius numquam a Gellio nominetur et ne in octavo quidem libro locus aliquis ei assignari possit; de pleniore enim aliquo Noctium Atticarum exemplari coniecturam a me in adn. ad lib. XIV principium refutatam equidem certe non afferam.

Nec magis fere commemorandum, quod in noviciis scholiis Lucani Vratislaviensibus a. 1421 a Guilelmo Cappella de Auletta (s. Aulecta) conscriptis ad Phars. lib. I 594 affertur ex G. scilicet XIII 14 'Pomoerium est illud spatium, quod est inter muros urbis et aedificia privatorum, ut refert A. Gellius'; idem porro VII 192 allato 'Agellii' testimonio (XV 18, 2) Cornelium sacerdotem ibi nominatum augurem vocat ac non satis accurate I 358 denique Gellianum de coronis militaribus caput (V 6) excerpit. Schol. Lucani Vratisl.

Neque fere magis adnotandum esse videtur, eodem saec. XV in Cynthii Cenetensis***) 'commentario in Maronem' e cod. Ambrosiano partim (ad. Aen. lib. I—III 108) ab A. Maio Romae a. 1835 (class. auct. VII 321 sqq.)†), decem annis post Mediolani ad universam Aeneidem ab IMDozio edito††) inter multos alios scriptores Gellii quoque mentionem fieri. Cynthius Cenetensis.

Paulo magis attentione dignum est, quod aeque ac Gellium cum a Nonio, Macrobio, Ammiano, tum a lexicographis et glossographis posterioribus excerptum et discerptum esse vidimus, sic alii homines sive singula sive complura capita

---

*) Neque apud Porphyrionem neque apud Acronem q. f. Gellii mentio inicitur.

*) In Caesellii nomine saepius a Gellio excitato (cf. ind. auct.) nec semper recte in libris scripto originem erroris quaerendam esse putares, nisi 'iuris peritus' Cascellius nominaretur; nec 'sapientem' Caesellium appellat Gellius.

***) Petri scil. Leoni cf. Phil. Articum episc. Astensem in append. ed. Dozianae p. 261.

†) Comm. ad Aen. I 636 p. 359 (G. IX 14, 8).

††) Ad Aen. XI 410 p. 244 sq. 'nam nescio, an alius an (ac?) Sallustius dixit 'consultor' pro eo qui consulitur; quem nescio quis imitetur, nisi Aulus Gellius, frivolarum elegantiarum sectator'.

ex eo exscripserunt, alii minores maioresve partes eius florilegiis intulerunt.

Excerpta. Excerptorum illorum nihil novi, quod aut vetustate aut pretio commendetur et cum aliqua utilitate ad G. recensendum emendandumve adhiberi possit, maximam enim partem novicia sunt haec libamenta et corrupta: ad vetustiora pertinet excerptum Bernense cod. misc. 633 membr. saec. Exc. Bern. XII f. 34v, quod exhibet lib. IX 2 § 1—4*), et excerptum Exc. Brux. Bruxellense cod. misc. Bruxell. 10729 eiusdem saec. XII f. 230v, quod continet lib. XIV c. 5 et nonnulla apospasmatia lib. XV c. 3 (§ 7) et 4 (§ 3)**). In bibliotheca Bernensi praeterea, ut nonnulla tantum delibem, cod. A. 70 misc. s. XV chart. et membr. f. 1a continet excerptum A. Gellii de Sallustio (XVII 18 v. Hagenum l. l. p. 93), cod. 223 misc. saec. XV chart. lib. XVII c. 21 (v. l. l. p. 273; in cod. signatum, ut vg. in codd. Gellianis cap. 21 lib. XIX v. OIahn prolegg. ed. Persii[1] p. CXVI) et eiusdem c. 14 excerptum: sic in cod. a. 1455 bibl. Ambros. Mediol. L 56 sup. chart. 4, qui post Cyrilli apologeticum quadripartitum continet Aesopi quae dicuntur fabulas, sequitur 'Agellius lib. secundo Esop' ille' etc. (c. 29); de canone Volcacii Sedigiti in multis libris Plautinis noviciis sub nomine plerumque P. Nigidii et sim. ex G. (XV 24) excerpto cf. FRitschl parerg. p. 65 sq.***); sic in cod. bibl. nat. Paris. 4909 membr. s. XV secundum catalogum typis expressum, nam ipsum librum non inspexi, inter varia fragmenta legitur A. G. 'de Phavorino philosopho', quo

*) v. p. LI; cf. HHagen cat. codd. Bern. p. 489.

**) Descripsit olim Bruxellis et mecum ibi communicavit a. 1847 CPBoek, tum equidem hoc exemplar cum cod. contuli cf. adn. ll. ll.

***) cf. eund. ibid. p. 241 et prolegg. in Plauti Trinummum p. XXXIV (opusc. V p. 297 sq.) coll. A de PNigidii Figuli studiis atque operibus (Berol. 1845) p. 47 sqq.; codd. a Ritschelio allatis addidi ibi ms. Barnecianum 227 s. XV ineunt., cui epitheta Nigidii ex G. X 11 inculcata sunt; addendus etiam cod. Plaut. s. XV Vindob. II (Endlicheri catal. p. 1) inscriptione utens 'Ex libro egidii nigidii quem de poetis scripsit' et codd. bibl. nat. Paris. 7892 et 7893.

vix variorum de Favorino apud G. locorum compositionem, sed unum potius ex capitibus ad eum pertinentibus significari probabile est, ut ea quae in cod. 8792 et ipso saec. XV inveniuntur excerpta ex variis auctoribus praesertim ex A. G., ubi reperias 'Catonum genealogiam' ex G. nonnisi ad lib. XIII c. 20 spectantem.

Sed alia etiam exstant excerpta Gelliana uberiora; sic in cod. Bern. 211 misc. saec. XV chart. inter alia teste Hageno (l. l. p. 260 sub num. eius cod. 35) inveniuntur carmina ex G. collecta; haec ac talia pleraque recentissima afferre vix operae pretium est; sic, ne de cod. quodam Gottingensi loquar, qui selecta quaedam G. capita ex vetere aliqua ut vid. ed. descripta, interpretationibus Latinis ad locos Graecos additis, continet (ms. philol. 163, form. minim.), excerpta ex Gellio exhibet cod. bibl. Guelf. 377 olim Gud. s. XV chart.*); plerumque vero haec excerpta cum aliis variorum scriptorum locis in florilegiis coniuncta sunt: sic cod. Flor. Monac. 17210 saec. XIII ex monasterio in Scheftlarn (= Scheftl. 210) 'grammaticalia' varia continens fol. 76—80 exhibet Gellii excerpta (v. catal. codd. Lat. bibl. reg. Mon. II 3 p. 87**) coll. WMeyer d. Sammlungen der Spruchverse des Publilius Syrus Lips. 1877 p. 25); huc porro pertinet cod. Parisinus Nostradamensis 188 saec. XIII, imprimis notus excerptis illis Tibullianis a Scaligero adhibitis, de quo cf. quos affert RPeiper ed. Aululariae s. Queroli p. XV sq.***); accuratissime idem vir eru-

Florilegia Flor. Monac. 17210.

*) FAEbert bibl. Guelf. codd. Gr. et Lat. class. p. 77. Diversus ab hoc cod. videtur liber in eadem bibliotheca teste λ I p. XVIII n. servatus 'Excerpta v. d.', cui inter alia f. 62—78 λ inesse dicit 'locos quosdam Gellii usque ad lib. IV, inprimis locos scriptorum a Gellio laudatorum' addens 'nullum habet usum criticum'.

**) Non diversum esse hunc librum a cod. olim num. 177 signato, quem ad saec. XII referebat LSpengelius (cf. adnot. XV 9, 1; legitur ibi hic locus f. 80r col. a.), recte me suspicari, edoctus sum a Woelfflino, addente sibi potius saec. XIII adsignandum esse videri.

***) Add. EProtzen de excerptis Tibull. diss. Gryph. a. 1869 p. 21 sqq.

ditissimus ibid. p. XIV sqq. n. * descripsit 'florilegium de diversis poetis et auctoribus antiquis' inter mss. **Dietziana** (B. Santen. 60) **bibl. reg. Berol.** membr. saec. XIV, in quo sane minimae partes (f. 69v 'Ex argellio noctium articarum in primo') Gellio assignantur; ad idem saeculum pertinet cod. **Atrebatensis** 305 (olim SVedasti 25) chart. m. rec. inscriptus 'Flores sententiarum ex variis auctoribus excerpti', inter quos etiam 'Agellius Noctium Atticarum' affertur*); sententias aliquot Gellianas inter 'flores moralium auctoritatum' inveniri in cod. **capituli Veronensis** CLXVIII (155), membr., a. 1329 scripto adnotat WMeyer l. l. p. 66. Quinque aliarum collectionum similium aetatem brevi de iis notitiae addere nequeo; quarum binae ex catalogo librorum mss. Angliae et Hiberniae (Oxon. 1697, part. 2, p. 33 et 35) et ex GHaenelii catalogis librorum mss. (Lips. 1830, col. 294 et col. 531) mihi innotuerunt: illae ad **collegium S. Trinitatis Dublinense** pertinent (cod. 337 membr., qui inc. a. Guil. Malmesburiensis opere de gestis pontiff. Angliae, et 387), harum altera ad **bibliothecam regii instituti Francogallici** (a. 18 fol.), altera ad **bibl. publ. Basileensem** (F. IX 12 chart. form. quadr.); item in catal. codd. mss., qui in **bibliotheca Riccardiana** Florentiae asservantur, Io. Lamio auctore (Liburn. 1756) p. 9 in Plut. N. ord. III n. XVIII notantur A. Gellii excerpta. cod. chart. 4to. At his omnibus, cum mihi codices sat multi integri praesto essent, me supersedere posse credidi; pauca illa ad saec. XII pertinentia, quae aetate sua quadantenus commendari videbantur, bonae frugis nihil offere-

*) cf. Catalogue général des bibliothèques des départements IV (Paris. 1872) p. 126 sq., ubi tamen huius ms. numerus prior 24 non recte certe indicatur, coll. CChappuis sentences de M. Terentius Varron (Paris. 1856) p. 5 sqq. Iidem n. 65 (S. Ved. 24) inter 'Flores philosophorum' cod. s. XV chart. (Catal. I. p. 39) Gelliana quoque excerpta afferuntur; sic etiam praeter codd. quosdam novicios Burneianos inter mss. **musei Britann. Burneiana et Arundeliana excerpta quaedam neque** novicia inveniuntur cf. Catalogue of the mss. of the brit. mus. N. S. I part. III p. 93.

bant*): brevem eorum mentionem inieci, ut studiorum per omnia haec saecula in G. positorum memoriam aliquatenus supplerem. Multa alia his similia quaerentibus oblatum iri per se patet**).

Vnam autem florilegiorum speciem non neglegendam esse duxi, anthologiam scilicet aliquam ex meris Valerii Maximi et Gellii partibus compositam. Exstat ea nunc in codicibus duobus saec. XII membranaceis, Parisino bibl. nat. altero (*T*), altero Vaticano (*Y*). Anthologia Valerio-Gelliana.

Quorum ille olim Colbertinus, formae quadratae, numero 4952 signatus, post Iustinum ante aliquot certe annos nondum *T*

*) Frustulum Bernense lib. IX 2 § 1—4 teste HHagen sic audit: 'Herodes consularis atticus uir ingenio ameno et greca facundia celebris palliatum quempiam cricintum (*sic*) barba ad pubem usque demissa petentem es sibi dari Iterrogabat quisnam esset. At ille ultu sonituque uocis obiurgatorio philosophum se dicit admirari quoque se addit cur quaerendum putasset quod videret. Video inquit herodes barbam et pallium video philosophum non video'. V. l. libri Bruxellensis 633 ad lib. XIV ll. ll., Monacensis 17210 ad lib. XV l. l. adscripta est.

**) Cum haec fere scribebam, a RFoerstero nuntius ad me perferebatur ms. alicuius collectionis Hamiltonianae, nunc Berolinensis, n. 143 (olim 64) signati, quo Gellium contineri praedicaret catalogus. Cum vero accuratius ea de re quaererem, summo musei regii Berolinensis praefecto Ric. Schöne benignissime intercedente comperi, esse cod. chartaceum foliorum 200, inesse ei vero tantum excerpta Gelliana a. 1470 (i. e. unum annum post ed. princ. emissam - num ex ea ipsa?) confecta, id quod docet etiam subscriptio 'Hic liber est mei Caruli Biffoli mutilianensis faventine dyoc... rectoris hospitalis Sancti Lazari de Burgo ad Sanctum sepulchrum quem propriis manibus exaravi tanti operis percitus elegantia anno domini MCCCCLXX die XVI. Iulii' et fol. 1 inscriptio 'Collecta mira brevitate quecunque apud Aulum Gellium longa oratione complexa sunt hoc meum opus... continet... Et primo de studio (*leg.* stadio) herculis metito' (i. e. N. A. I 1) etc. usque ad excerpta lib. XII c. 7; 8; 10, quibus addita sunt haec 'Concludit Gellius opus suum et ei finem imponens qua ratione composuerit et ubi quove tempore et a quibus dicta emunxerit verecunde ingenii sui vires extenuans lepide ante oculos ponit et orat lectores ne sibi dent vitio si qua minus in his commentariis minus grata ac ornata videbuntur, immo eos carpant a quibus ea detracta videbuntur. τέλως'. Quae benevole mecum communicata supprimere nolui, ne alii quoque Gellii alienius Hamiltoniani fama audita irrita spe deciperentur. Cod. Hamilton.

collatum*) aliaque nonnulla**) continet 'Ex Maximi Valerii Y et Agellii libris excerpta'; hic num. 3307, folior. 89, formae duodenariae eadem exhibet nulla inscriptione aequali praemissa; in charta exadversus fol. primum Fulvii Vrsini manu leguntur haec: 'Fragmento di A. Gellio & Valerio Maximo antichiss° in pergamena. Ful. Vrs.' Incipit codex uterque ab hac praefatione***):

'Valerii Maximi in describendis memorabilibus factis seu dictis elegantissimae eloquentiae viri. Si cui in litterarum studio non torpenti sibique in scripturis dicendi copia incredibili iocundis atque suavissimis re autem sententiaque utilissimis oblectationem quaerenti historia forte defuerit, mentem huius libri applicet lectioni. Quem tamen ex supradicti viri historia maxima ex parte emanasse noverit, si quidem praesenti in opere conficitur quasi quoddam gratissimum temperamentum nostro labore coeuntibus quam plurimis Valerii elegantissimis sententiis. Collectis etiam nonnullis ex agellii qui inscribuntur noctium atticarum libris, quae animos legentium sufficiunt tanta mulcere dulcedine, ut fastidia aliquo labore vel etiam aliorum lectione contracta possint repellere et ipsi nulla noverint irrogare. Nequis autem iocundissimam hanc collectionem supervacaneam iudicet, ex supradictorum sapientum imitatione haec esse conscripta non nesciat hoc de se in prooemio operis sui sic confitente Agellio: 'Usi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea in excerpendo feceramus. Nam proinde ut librum quemque in manus ceperam seu graecum seu latinum vel quid memoratu dignum audieram, ita

*) v. FRühl die Textesquellen des Iustinus ann. phil. suppl. VI p. 89.

**) v. Catalog. bibl. reg. Paris. part. III tom. IV p. 21°.

***) Ex Y edita est in append. ad opp. edita ab Aug. Mai I (Romae 1871) p. 11.

V. l. praeter orthographica vulgaria et distinctionis vitia haec est: 1 memoralibus Y ‖ 4 aut Y ‖ 8 in] *om. Mai* ‖ grauissimū *T pr.* ‖ 9 novo *Mai* ‖ 11 qui animum *Mai* ‖ 12 fastidio *T pr.* ‖ 13 ipsi] *Mai:* ipsa ‖ 17 *praef.* § 2 ‖ autem summus] *Y cum libris Gellianis:* summus autem *T* ‖ 20 quid] *Gellius:* quod ‖ ita quae] *e:* itaq. *T = PR* ita *Y* ‖

quae libitum erat, cuius generis cumque erant, indistincte atque promisce annotabam eaque mihi ad subsidium memoriae quasi quoddam litterarum penus recondebam, ut, quando usus venisset aut rei aut verbi, cuius me repens forte oblivio tenuisset, et libri, ex quibus ea sumpseram, non adessent, facile nobis inventu atque depromptu foret.' Atque haec Gellius. Valerius etiam se similiter collectanea scripsisse his verbis testatur: 'Vrbis Romae — Caesares dedimus'.'

Sequuntur loci Gelliani hi I 3, 23—25; 8; 9, 1—12 inseparabilis: 13*); 17; 19; 20; 23—26**); II 1; 6; 7; 21; 22, 1—28; 26; 29; III 5 et 6; 9; 15. His singulis interponuntur loci Valeriani, auctoris nomine et capitis argumento signati, a Valerii Maximi editoribus adhuc neglecti, adduntur alii post lib. III c. 15, quos in schedis consignatos et usui eorum, quorum interest, patentes hic enumerare longum est; sequuntur deinde deinceps Gellii capita XIII 5; XVI 1; 2; XIX 2—4; tum autem alio fortasse codice utens redit excerptor ad alterius partis librorum Gellianorum principium et exhibet, maximam partem universa, inde a lib. XII saepius manca***), capita haec IX 2—4; 11; 13: 8 agglutinatis versibus 'Cecropias noctes — docenda dedit', de quibus v. p. XVII: X 2; 5—10; 12; 14 sq.: 17 sq.; 20; 27; XI 6—9; 11 sq.: 18; XII 4: 6—8; 11; 13; 15; XIII 4; 7 sq.: 10: 11; 14; 17; 19 sq.; 25 sq.; 28; 31: XIV 1—7: XV 1—4; 6—10; 12;

24 forte] *om. T* ‖ 25 facile inde nobis *Gellius* ‖ 26 de prōtu *Y* ‖ 27 Et Valerius etiam *Y* ‖ collecta [deleg]isse *Mai* ‖ 28 *Val. Max. lib. I praef. sola sent. extrema om.* ‖

*) In *Y* omnia huiusque per folia 3—7 a vermibus adrosa atque inde manca sunt cf. adn. crit.

**) Huiusque singula capita sive pleno Agellii nomine sive compendio AG. saepius brevi quadam argumenti significatione addita inscribuntur plerumque in utroque cod. (cf. adn. crit.), paucis in *Y* omissis; insequentia usque ad XVI 1 exceptis III c. 5 et 6 anepigraphis in uno *T* 'Agellius' inscribuntur; inde a XVI 2 inscriptiones omnino desinunt.

***) De singulis cf. adn. crit.

16—24; 29; 31; XVI 3 sq.; 6; 8 sq.*); 11; 13; 15—17; 19; XVII 4 sq.; 8; 14; 16—18; 12; 19; 21; XVIII 1—6; 13; XIX 1 sq.; 5 agglutinatis quibusdam voce. ex c. 6, 3 consutis; 13; in huius cap. § 3 verbis 'aut in latinam' expl. *Y* rell. avulsis, in *T* h. l. pauca verba ex sqq. adduntur usque ad 'dignatus esses (*sic*)'; sequuntur in *T* capitum XX 5 et 6 particulae et cap. 7. Argumentum utriusque cod. omnino idem, nisi quod lib. XIX c. 5, post § 8, insequente § 9 in utroque cod. omissa, § 10 om. *T*, exhibet *Y*; XV 7 in duas partes separat *T*, individuum proponit *Y*; contra eiusdem libri cap. 17 et 18 cohaerent in *T*, in *Y* separata sunt.

Fragm. Bonn.

His duobus codicibus addendum est fragmentum aliquod Bonnense, cuius notitiam Luciano Muellero debeo, cod. acad. Bonn. 218 membr. form. octon. misc. variis s. XI manibus scriptus**), cuius duabus paginis vacuis (f. 25^{v}; 41^{v}) manus s. XIII scriptura multis compendiis referta inscripsit nonnulla fragmenta eiusdem anthologiae Gellio-Valerianae. fol. 25^{v} inscr. ΘΕΩΟΡΙΑLE continet noct. Att. I 23, 4—13, tum Valerianis nonnullis interpositis XIII ō inscriptum 'Industrię', fol. 41^{v} inter Valeriana 'Exĕplū continentię' I 8, 3 (inc. 'Lays chorinthia') — 6 'ego inquit emere tanti penitudinē'.

Cod. Iacobaeus.

Praeterea in catalogo librorum mss. Angliae et Hiberniae t. II (Oxon. 1697) p. 247 inter codd. in aedibus Iacobaeis servatos afferuntur 'Excerpta Anonymi ex Agellio et Valerio Maximo; Ciceronis de officiis I' signata numero 872 (8594); iis certe usus est RBentleius, qui exemplari suo ed. Stephanianae inter alia (cf. infra) ad libri I c. 26 teste Stachelscheidio (mus. phil. 35, 633) adscripsit 'Excerpta Ms. codicis regii sti Jacobi 700 annorum'. Hic autem codex, eandem, ut videtur, anthologiam continens***), codicibusque *TY* paulo

*) Inde a voce. 'processeris tum' XVI 8, 16—XVII 21, 42 'pace facta' foliis nonnullis excisis defecit *Y*.

**) cf. de hoc cod. catal. codd. chirograph. in libl. acad. Bonn. servatorum p. 52.

***) Lib. I c. 26 etiam in *TY* exstat; num Bentleii excerpta etiam ad alia capita pertineant, compertum non habemus.

vetustior, neque in Casleii catalogo codd. bibliothecae regiae*) a. 1734 emisso invenitur neque hodie in catalogis musei Britannici, quo codd. ex aedibus illis delati sunt, locum tenet teste viro peritissimo et prudentissimo Carolo Dziatzko, qui mea gratia nuper Londini accuratam de codice hoc quaestionem instituit. Eorum quae ex eo libro a Bentleio excerpta sunt notitia, quod sciam, adhuc desideratur.

Codices Gelliani praeter *A T Y*.

Praeter hanc anthologiam, de cuius codicibus modo dictum est, superstites sunt libri sat multi mere Gelliani. Quorum tamen vetustiores omnes ante saec. XV conscripti alterutram tantum Noctium Atticarum partem, libros scilicet aut I—VII aut IX—XX continent, atque id quidem ita, ut hi partim certe illos aetate praecedant; sunt autem utriusque classis libri, quatenus mihi innotuerunt, a me collati omnes**).

I. lib. I—VII.

Et alterius quidem classis codices, librorum scil. N. A. I—VII, sunt hi tres:

I. Cod. Vaticanus (*V*) 3452, diu quidem notus, sed passim tantum adhibitus, membran., saec. XIII, formae quaternariae, duabus partibus olim separatis, postea demum colligatis constans, quarum huc prior tantum pertinet***). Constat fol. 56, quarum duae extremae vacuae relictae sunt. In fol. non numerato folio 1 praemisso r m. rec. legitur 'Bibliothecae Collegii Capranicen.' ibidem fol. v 'AGellius' atque infra 'Aulo Gellio antichissimo più di 700 anni correttſmo Ful. Urſ.' Inscriptione et praefatione caret, inc. ab indice capitulorum libri primi inscripto 'Primo commentario hec insvnt.'; m. rec. fol. *V*

*) Casley catalogue of the mss. of the Kings library.

**) Codd. Romanorum collationes Dresselianas, quae mihi praesto erant, plane redintegrandas fuisse non celata aliqua Dresselii excusatione exposui nunt. acad. Berol. a. 1847 p. 408 sq.; intactas tantum nonnullas reliqui, quae ad codd. recentes classis s pertinent; retractavi tamen collationem partis alterius cod. *V* et cum librorum nonnullorum, I sc. et IX, tum locorum Graecorum, qui plerique al. m. Angli cuiusdam hominis, fort. CBadhami, collati erant, cod. Vrbinatis 309. De *A* reliquis codd. aliquanto melius a Dresselio tractato dictum est p. XIV.

***) De altera codicis parte cf. p. LXVI.

1ᵗ supscr. 'Liber diuersaꝝ reꝝ', post librum septimum m. rec. additur 'deficit'. Singula capita litteris Graecis numerantur; Graeca litteris maiusculis conscripta sunt; singula verba vel argumenta singulorum locorum brevissime indicata margini addita sunt: per prima sex folia ab ipso codicis scriptore, aliis tamen admistis, per reliqua a diversis manibus, pleraque a m. s. XVI.

P II. Cod. bibl. nation. Parisinus 5765, olim Regius (*P*), membran., et ipse saec. XIII, foliorum formae maximae 111, ex Caroli IX bibliotheca proveniens, numeris deinceps CCCCXXX; 457; 4937 olim signatus, binis columnis per singula folia scriptus, a fol. 1ʳ—61ᵛ col. a med. continet Iulii Caesaris de B. G. libros, a fol. 61ᵛ col. b usque ad finem Noctium Atticarum libros I—VII usque ad verba 'ictus solis' cap. 4 § 3. Inscribitur: liBeR AGellii Noctivm aTTICaRVM., inc. a praefatione 'Iocundiora alia repperiri' etc., cuius extremis verbis 'inueniriq. possit' in lin. continua adnectitur 'Primo libro hec insVnt' sequente a lin. indice capitulorum libri primi 1—19. Tum columna dimidia vacua relicta, cui in mg. adscriptum legitur 'deest.'; ipse textus q. d. a nova col. 63ᵛ b inc. a verbis I 2, 11 Δείκνυε πῶς (ΔΕΙΚΝΕΕΙΙΟC *P*) usque ad § 12 extr. μεταπέμψηται κατηγορούμενον, quibus in linea continua mediis (2 § 13 'His ille' — 3, 8 principium 'Et') omissis adnectitur c. 3 § 8 'Ilic autem Chilo' etc.*) Capitum numeri litteris Graecis maiusculis, ut in *V*, indicati sunt, loci Graeci itidem litteris maiusculis plene perscripti usque ad lib. II c. 23: ibi scil. absterritus est scriptor longioribus illis versuum Menandreorum reliquiis (§ 9; 12; 20) atque inde per insequentia omnia verba quidem Graeca singillatim posita servavit, sententiarum tamen Graecarum initia tantum posuit, reliquis earum partibus spatia vacua relinquens. Saepius etiam singula vocabula Latina, ea sc., ut videtur, quae in archetypo legere non poterat librarius, spatiis itidem relictis omissa, aliquotiens ordo ver-

*) Notandum est, etiam voce 'hic autem' a *VRs* abesse cf. adn.

horum insertis vocc. 'huc usque' interruptus (I 8, 6; 26, 9; II 2, 10, III 7, 19; 9, 9; IV 5, 6; V 9, 3 cf. adn.), quae ad pensa librarii codicis archetypi, ut crediderim, sive absolvenda sive absoluta pertinere videntur*.)

III. Cod. bibl. acad. Lugduno-Bat. Gronovianus 21 (*R*), membr., formae quatern. min., fol. 77, binis per singulas paginas columnis scriptus variis manibus, plerisque saec. XII, per fol. aliquot extr. recentioribus, de cuius argumento vario cf. IGeel catal. codd. mss., qui inde ab anno 1741 bibliothecae Lugduno-Batavae accesserunt, n. 448 p. 136 sq. Primo folio inscriptum legitur 'Liber Bernh. Rottendorff S. D.' et recte admonet Geelius, hunc esse horum librorum cod. Rottendorffianum, haud magni tamen pretii quod ad textum librorum Ciceronianorum de finibus, a quibus cod. inc. f. 1—21, attineat habendum, quem deperditum esse crediderit Madvigius. Quo magis miror, quod idem vir sagacissimus harumque rerum peritissimus de Gelliana huius codicis parte iudicavit, non apparere, num hunc librum contulerit Gronovius, quamquam verisimile esset. Nam manifestissime scripturis inter se collatis elucet, ipsum hunc codicem esse Gronovii Rottendorfianum. Continet autem f. 25—40 Atticarum Noctium libros primores usque ad verba 'inger mi calices (ingermicabiles *cod.*) amariores' VI 20, 6, a variis manibus litteris minutissimis ac permultis compendiis adhibitis scriptos. Inc. anepigraphus**) a praefationis principio '*iucundiora alia*'***) etc. *Lemmata*

*) cf. ann. phil. 117, 254 sqq. Similiter 'hīc susu' *P* in fine lemm. II 20, quod in *V* in mg. add. m. ant; 'usq.; i' (i. e. usque ibi) pro verbis aliquot I 3, 13 *omissis R*; neque praefracte negare ausim, eodem pertinere verbo μέχρι γάρ τούτου, quibus nunc mancum caput 12 libri X in libris mss. finitur. Locis nonnullis, ubi collationi meae diffidebam, et hunc codicem et 'Regium' alterum (Paris. 8664 = *Q*) mea causa inspexit Conradus Bursian, quem vitae atque litteris praematura morte nuper ereptum esse multi mecum dolent.

**) F. 25*rimo* m. rec. notavit 'lib noctiū atticaꝝ.'

***) i littera initialis minuscula ex more cod. in rubricatoris tantum usum indicata videtur, qui h. l. munere non functus est.

omnino desunt; ad librorum initia plerumque adnotatur, decesse capitula*); nec numeris capita insignita sunt**) nec Graeca praeter singula passim vocabula scripta, fere ubique tamen nota 'Gr' seu 'gr' indicata; praef. §§ 6—8 inde ab 'ille πάντλον — τόπων scripsit' om. adscriptis his 'exempla titulorum erant hic infinita etiam gca'***). Ad libri primi caput tertium, ab initio, ut assolet (cf. infra), mancum, adscriptum in marg. 'mltū ñ ð qđ' rasū : fuit nā' (='multum hic deest quod rasum fuit inde'), primoribus utriusque lineae litteris adrosis; libri III c. 10 post § 2 adscripsit librarius 'multa dimito dicta a Macrobio', §§ insequentes 3—9, tum etiam extremam capitis partem inde a § 12 initio omittens. Praeter initiales capitum litteras in margine, ut antea indicatum est, in rubricatoris usum adnotatas saepe ibidem invenitur nota, alias 'idem' aut 'id est' significans, id', cuius significationem non perspicio.

II. IIb. IX—XX. Vetustiores partim sunt codices alteram librorum Gellianorum partem a lib. IX usque ad lib. XX c. 10 § 6 extr. 'manum conserere' continentes. Et ad decimum quidem saeculum pertinent codices duo, Batavus alter, alter Italus, uterque ab initio haud omnino integer.

X I. Cod. bibl. acad. Lugduno-Bat. Vossianus Lat. F[ol.] 112 (X), 'Vossianus minor' olim dictus, membr., anepigraphus. Inc. a libri decimi initio; at post verba 'ita scripsit' XVII 2, 7 quattuor folia inserta sunt ab eadem m. quae reliqua confecit scripta, maximam

*) In libro quinto non ante, sed post primum caput legitur 'H lib dest capitula'; praefationi subscr. 'capitula pmi lib ñ relico'; al. v. in adnott.

**) Librorum capitumque numeros in marg. appinxit m. recentior, IFGronovii scripturae certe similis.

***) Litterarum Graecarum nonnullos certe ex librariis huius cod. aliquatenus gnaros fuisse docet cum 'idā naiaogia' II 17, 11 pro 'id ἀναλογία', tum per lib. V c. 8, 10 'linsebios' pro Δίγξις βιός, 'aşsomatō' 15, 2, 'efemis' 18, 7 et 'epemila' pro ἀγχιμερίτα § sq., 'barbarō' et 'soloecō' 20, 5; VI 2, 11 'rat himoton', 3, 44 'epagogē. 6, 1 'aisteseis', 8, 4 'apionos' et 6 'delfine romen'' scriptum etc.

libri IX partem exhibentia, duobus se. foliis primoribus c. 2, 10 'Harmodii' — 8, 1 'indigentiam', alteris c. 12, 10 'non ut' — 16, 6 'reddi'*). Inde a cap. XVIII 14 — XIX 14 quinque foliis adustis passim lacunae minores ortae sunt, ut tamen nihil, quod maioris momenti sit, desideretur. Singulae paginae binis columnis scriptae sunt. Primae m. rec. inscripsit 'XI' lib. A. Gellii noctium Atticarum incipit lib. XI. In Impressis est X'**); in eadem pag. legitur 'Ant. Loisel.' in fronte paginae extremae 'Ioannis de mirabilibus mundi***) p dño de⁊ xello' (rell. dignoscere non potui). Singulis libris excepto X et XIX capitum argumenta praefixa sunt, Graeca plerumque adsunt, rarius lacuna ad ea inserenda relinquitur.

II. Cod. reginae in Vatic. 597 (*O*), olim P. Danielis†), *O* membr., form. quatern., foliorum 200, post 'Freculfi' Chronica et Pauli Diaconi Langobardorum historiam††) inde a f. 79 usque ad f. 199 continet Noct. Att. IX 14, 2 a verbis 'grāmaticā facie dr̄' usque ad verba Plautina XX 6, 12 'pars uestrorum intellegit'; f. 200 discissi partis superioris frustum tantum satis minutum servatum est, quod nonnullas reliquias capitum proximorum disiectas praebet usque ad c. 10 § 5 (cf. adn.), ut certe hic quoque cod. in voce. supra significatis § 6 eius capitis desierit. Initio folii 79ʳ in summa pagina m. rec. scriptum est 'LIbeR Nonus', deinde al. m., Angeli Mai ut Dresselio videbatur, 'Desunt paucae lineae huic capiti A. Gelli', tum 'Ex cap. XIIII lib. IX' itidem m. rec.; Graeca exhibet fere omnia litteris maiusculis picta; et lemmata singulis libris praefixa et capita numeris Romanis signata sunt: adnotationes margi-

*) M. rec., Is. Vossii, ut mihi videbatur, inscr. 'Haec quatuor folia sunt ex lib. IX'; fol. insq., quod continuat lib. XVII cap. alterum al. m. rec. inscr. 'sup̄ quīto folio'.

**) De ratione libros numerandi in his codd. cf. infra.

***) Sic haec duo verba non satis dilucide scripta legenda esse videbantur.

†) 'Ex libr Petri Danielis Aurelii 1564' fol. 1ᵛ inscriptum est; idem in fine historiae Pauli scriptum erat, nunc fere manu glutinatoris discissum.

††) GWaitzius v. ill. quattuor quidem alios codd. reginae in Vat. in praef. ed. suae hist. Langob. (Hannov. 1878) p. 33; 36; 39 affert, de hoc tamen cod. nihil videtur compertum habuisse.

nales manu fere aequali additae nil nisi singulas fere voces mutata interdum orthographiae ratione repetunt.

H His aetate proximus III. alter codex reginae in Vatic. 1646 (*H*), olim Petri Petavii, qui f. 1ʳ inscripsit 'οἷς ἀτυχῶ λίαν αὐτυχῶ P. Petauius.', membr., fol. 131 formae quaternariae. Est is cod. non diversus ab eo, quem *g* '*Me*' signaverat*) i. e. Membranaceus scil. Petavianus, dum alter eiusdem Petavii ab eodem '*Ch.*' i. e. Chartaceus (Petavii) vocaretur, id quod male Iacobus filius Memmianum et Chifletianum significare opinatus est**). Est hic cod. membr., foliorum formae quatern. 131, a. 1170 scriptus, *id* quod testatur subscriptio post verba illa XX 10, 6 'AGELLII noctiũ atticarũ lib. XXIII. Explic.' (rubr.), tum quattuor lineis vacuis (atram.) 'Willelmus scripsit aũo incarnati uerbi. ⓪. C. LX̊X.***) Indictione. IIII. Concurrente. IIII. Epacta. I.' Est codex anepigraphus, a lemmatum libri IX, qui ei decimus est, indice incipiens, post lemmata inser. 'Agellii noctium atticarum liber X incipit feliciter'. Graeca adsunt, passim, imprimis iis locis, ubi singulis tantum verbis constant, litteris Latinis, plerumque litteris uncialibus Graecis scripta. M. paulo recentiore saepius argumenta singulis fere verbis in margine indicantur.

B; Bᵉ Huic aetate omnino fere par IVᵃ. fragmentum aliquod ms. Bernense (*B*), quod continuatur altero quodam IVᵇ. fragmento breviore Vltraiectino (*Bᵉ*). Atque illud

*) Ipse Gronovius, cuius cf. praef. p. XXIII sq. ed. Cour., adnotat, utramque collationem plerumque consp*i*rare; at diversitates hae tam rarae, ut alterutro loco ubivis error aliquis statuendus sit. Rectissime hoc iam Abramus Gronovius perspexit in recensione codd. mss. A. Gellii manuscripta, quae in bibl. Lugd. Bat. cod. Gronoviano 57 exstat.

**) Aeque Abr. Gronovius notarum illarum significationem recte enucleavit, duorum Petavianorum mentione ex adnott. avi ad IX 13, 8 (adn. in ed. a. 1706 10), Petaviani 'in charta' ex IX 4, 9 (adn. 11 l. l.) allata.

***) A. 1070 scriptus esse hic cod. dicitur errore sive meo sive typographico nunt. menstr. acad. Berol. a. 1847 p. 312.

quidem inest codici bibl. publ. Bernensis 404, olim Francisci Danielis eiusque nomine signato*), membr. foliorum anno 1846, cum codicem ipse excutiebam, 55 numeratorum et 7 notis numeralibus carentium**) praeter pauca quaedam folia***) formae quaternariae, miscellaneo; ordo foliorum turbatus est. Qui quomodo restituendus sit, indicat Hagenus l. infra l. idemque varii argumenti codicis a Macrobii Saturnaliorum conviv. libro VII incipientis composuit tabulam. Gelliana legebantur anno supra significato f. 21 b^{v} medio usque ad 31^{v}; 35—42; 34^{v}; 43—47, hoc ordine sese excipientia†); aetatem indicat subscriptio libri cuiusdam astronomici, ab Hageno quoque allata: 'Iamque patefecimus de eclipsi sol' 7 lune quod sufficiat si deus voluerit. pfectus est liber atphargan'i in scia astroꝝ 7 radicibus motuū celestiū. inſptat' in lunia a iohanne hispalensi atq. luniensi. Expletus est die uicesimo quarto V. mſis lunaris anni arabum quingentesimi. XXVIIII. existente. ·XI· die mensis martii. era. .C).C.LXXIII. sub laude dī 7 auxilio; explicit'††). Post quae inc. Gellius, de cuius inscriptione cf. adn. lib. IX principio, ab initio lib. IX usque ad voce. 'esse potuit' XII 10, 3; a proxime insq. autem verbo 'admonendi' inc. lacinia eiusdem codicis Gelliani in cod. aliquo miscellaneo biblioth. acad. Rheno-Traiectinae servata.

*) 'Sum Francisci Danielis Aurelii'.

**) Nunc simul tota numerandi ratione paramper mutata haec etiam numerata esse videntur coll. Hagenii catal. cod. Bern. (a. 1875) p. 366 sq.

***) 32—34; 43—47 formae duodeu.

†) f. 22^{b} — f 48^{b} teste Hageno.

††) fol. 31^{r} continet rationes chronologicas a. 1178 p. C. n. sqq. his versibus: pica loquax certa dominam te voce saluto, si me non videas, esse negabis avem. psitacus a vobis aliorum nomina disco, hoc per me didici dicere 'Caesar avo'. fleetula, cum me ficus alat et pascar dulcibus uvis, cur potius nomen non dedit uva mihi? mirares quotiens gemmatas explicat alas, si potes hunc saevo tradere, trade coquo: pavo vel pavus (sic cod., nisi quod vitia quaedam orthographica et interpunctionem correxi); annus 1179 memoratur in fragm. aliquo cod. Traiect. cf. p. LXIII n.

Signatus est hic codex 'Aevum vetus. Scriptores graeci. No. 26'; est is membr., foliorum 175, maximam partem s. XII et XIII conscriptus, formae duodenariae, in marg. inf. fol. 1r 'Petri Burmanni iun.' signatus; inc. f. 1—10 a Silii Italici (Pindari Thebani q. f.) epitomes Iliados fragmento v. 58—650 (644 LM.), quo Kootenius usus est beneficio Burmanni*). Folia Gelliana numerantur 111—117; quorum sex posteriores continent lib. XII inde a l. l. usque ad finem c. 15, 2 'inpediremus' cum subscriptione 'Explicit liber XIII. agellii noctium aticarvm ast oculus : quintus uitulum si uiderit intus quintum : post oculum scire putes populum' : (ad mg. m. rec. 'Gellii lib. 13 finis'). Primum vero (f. 111) horum foliorum continet lib. XIII 5, inscr. 'ĩcipit. IIII. capitulũ X̂ I IIII. libri agellii' (m. rec. supscr. 'Lib. 13 c. 5', al. m. ad mg. 'Ex lib. 14 A. Gellij.')**). Insunt his fragmentis Graeca litteris maiusculis scripta.

---

*) cf. Weytingh in praef. ed. Kooten. p. VII coll. LMuellero ed. p. 12 sq.; mus. phil. 22, 57 sq. Inter multa alia, quae hic enumerare longum est, hic codex continet etiam Persiana quaedam (f. 105r—109r, scil. I 40—IV 48; V 55—118; VI 58—80) et vetus fragmentum versionis Francogall. Ovid. de arte am.

**) f. 119a leguntur haec, quae ad codicem aliquem Gellianum pertinere patet, 'ex Λ quaternis et 3' foliis habeo ô z quaternos et dimidium. quinto decimo commentario [XIII sc. = sqq.] insunt XXXI capitula [quibus spscr. 'folia VII et dimidiũ']. ô X̂ VI libro insunt VIII capitula et IIII folia. ô X̂ VII insunt XXXII capitula et V folia. ô X̂ VIII. 18. libo insunt XX capitula et fol. V. XVIIII insunt XXI capitula et fol. VIII ultĩ capl [sc. XVII 21] habet I fol et plus. ô X̂ libro insunt XV folia IIII fere. in ô X̂ I sunt folia IIII capitula nulla numerata [deerat sc., ut assolet, capitulorum libri XIX index] post sequitur XX' III' liber habens capitula VIII folia II et dimidiũ et fere dimidium dimidii. inter X̄X̄ I et XX III non possum invenire X̄X̄ II. tamen dicit incipit XXI. et in fine eiusdem explicit X' x II' 7 ĕn' [an 'ĕu'' aut ĕii''? nec satis distincte legere nec intellegere possum] q prius dixit explicit XXI'. incipit XXII'. similiter dicit de ô X̂ IIII et ô X̂ V' confuse [.] XXIII est ultimus in hoc uolumine si tot sint. anima est corpus subtile atomis insertum sua mobilitate cuilibet

LXIII

Saeculo XIII conscriptus est librorum IX—XX V. cod. *Q* bibl. Paris. nat. n. 8664, olim Regius in altera hac librorum Gellianorum parte appellatus (*Q*)„ membr. foliorum 53 formae maximae, ut 'Regius' ille librorum priorum ex Caroli IX bibliotheca proveniens. Fol. praevio inscriptum est: 'Agellii noctiū atica3 lib' XIIII; nouē aūt pmi dest. Nam in toto corp hūr lib' .XXIII.', f. pr. 'Agellius noctiū attica3 Lib' $\overset{x.}{****}$ (non') colore rubro, quibus m. rec. atramento addidit 'iē', in fine lib. XX. (qui in cod. est XXIII) 'Explicit Agellii Noctiū Attica3 lib. XXXIII'.' Infra al. m. adscripsit hos versus:

Virgo parēs dne euiuigenas. o ianua celi
Tolle tua ꝑssis tātos pietate labores
Atq. preces pia funde tuas. Natūq. ꝓ ora
Virgineo quē uentre tuo benedicta tulisti.

Scriptus est cod. binis per singulas paginas columnis a duabus manibus, quarum altera desinit in verbis 'et fastidium pro' (XV 8, 2). Graeca fere codici non insunt nisi singulae quaedam litterae aut vocabula, veluti XVI 12, 3; signati fere sunt loci Graeci nota G͘R aut simili, id quod singillatim non indicandum esse censui.

Praeterea ad posteriorem hanc partem recensendam singu- *Z*
los adhibui s. XIV et XV codices. Et ille quidem est VI. cod. bibl. acad. Lugduno-Batavae Voss. Lat. F[ol.] 7, 'Vossianus maior' vg. dictus (*Z*), membr., fol. 66, quorum nec quattuor prima, fragm. philosophiae magistri Willelmi de Conchis, nec duo ultima, Valerii ad Rufinum epistulam continentia numerata sunt. Fol. quinti, quod *1* signatur, ' col. alt. inc. Gellii libri IX capitum index anepigraphus, m. rec. supscr. 'Auli gelii. lib. X. Cap.'; fol 1ᵛ m. rec. 'Auli

corpori [sic] peruium.'; f. 120 expl. 'anno ab incarnatione dñi $\overset{0}{M}\overset{0}{C}lx\overset{0}{X}\overset{0}{V}$iiii. $\overset{0}{i}\overset{0}{i}\overset{0}{i}$. kal octobris [sic] Guilfm' philosoph' fuit anno3 $\overset{02}{X}\overset{02}{X}\overset{02}{X}$II dierū XI dCLXXXVIII. 11688 festo scī michaelis arch.'

Gellii noctium atticarum liber X. qui in libris typis editis IX inscribitur', ipse vero librarius inscr. litteris rubris 'Incip liber .X.' Expl. f. 60ᵛ med. col. alt. in verbis saepius indicatis XX 10, 6, subscr. 'Explicit liber .... nicesimus ....'. Interpositis versibus duobus ulteriori subscriptioni destinatis, sed non expletis, sequitur ep. illa Valeriana per duo fol. extrema, ut p. XXX indicatum est, continuata. Graeca continet fere omnia litteris maiusculis scripta, raro aut abbreviata aut omnino omissa.

N Saeculi XV vero horum librorum codex plene adhibitus est VII. Florentinus, olim bibl. S. Marci Dominicanorum (Montfaucon bibl. bibl. I 424), nunc Magliabecchianus, n. 329 (*N*), chart., formae maximae. Inscr. 'A. GELLI . NOCTIVM . ATTICARVM . LIBER . X . COEPTVS . EST. COMM. HAEC. INSVNT., expl., non ut rell. codd. hucusque enumerati in vocc. XX 10, 6 'manum conserere', sed in extremis cap. 11 § 5 vocc. 'uolite uos atque', tum al. m. praefatio 'iocundiora alia—inuenirique possit' addita est, quae subscr. 'A GELLII NOCTIVM ATTICAR, LIBER VLTIMVS EXPLICIT. | ϑεῷ δόξα.' | Lemmata, ut in vetustioribus codicibus, singulis libris praefixa sunt, Graeca litteris maiusculis sine accentibus et spiritibus ex vetusto cod. descripta. Est autem hic codex, ut recte admonet Laur. Mehus, manu Nicolai Nicoli cauti fidique hominis*) scriptus**), insertis Graecis ab Ambrosio Traver-

*) Cf. GVoigt d. Wiederbelebung d. class. Alterthums II² 387 sq. IIque p. 388. 1 II.

**) Idem etiam testatur Petr. Victorius in ed. Gell. a. 1477 (bibl. reg. Monac. Incunab. c. a. 618 Venet., cui collationem huius cod. inscripsit) verbis his ad lib. IX initium adscriptis: 'Hic cepi conferre cum cod. exarato manu Nicolai Nicolis diligentis hominis in describendo valdeque laudabilis in hoc probatique, qui maxime studiosus fuit perquirendorum antiquorum codicum, quod antecedit autem deerat in eo codice, is liber est in Divi Marci bibliotheca' et in fine 'Quod sequitur deest in ant. cod. quē autographū Nicolai nicoli dixim'.' etc. Cuius collationis LSpengelii ad RSchneiderum epistula (v. Krit. Jahrbücher f. deutsche Rechtswsch. 1844 p. 267) olim notitiam nactus, nuper Ed. Woelfflinum precibus adii.

sario*), qui (epp. lib. VIII ep. II p. 352 Cann.) ad illum scribit: 'Expectamus magno cum studio XIV illos Agellii libros ultimos**), quos diligentissime transcriptos a te emendatosque testaris***). Inseremus libentissime literas graecas arbitrio tuo, ut extrema veluti manus tam utili labori tuo adponatur'†). Eundem codicem Mehusius (l. l. p. XLIII) eum esse opinatur, de quo Angelus Politianus loquitur miscellan. lib. I c. XLI††) de 'diffindo, diffissus, diffissio' vocc. disputans: 'Quod idem' inquit 'apud Aulum quoque Gellium video depravatum, libro qui nunc vulgo tertius decimus, cum sit quintus decimus emendatis codicibus. Nam ubi haec verba legimus, 'atque in rerum quidem definitionibus comperendinationibusque'†††), hic ego in codice Gelliano ex bibliotheca publica Medicae familiae, quem vir haud indoctus, ut tum ferebant tempora, sed diligens tamen in primis Nicolaus Nicolus ex vetustissimo exemplari fideliter pro suo more descripserit, ita invenio 'Atque in rerum quidem diffissionibus, comperendinationibusque'. Quod si suspicio libera mi detur,

---

ut paulo accuratius eam inspiceret; qui cum et ea, quae supra scripta sunt, et specimen ipsius collationis mecum communicasset, vidi, eam ad hunc librum pertinere cf. etiam XIV 6, 3 adn.

*) LMehus vit. Ambr. Traversarii in epp. Ambr. ed. Cannetus (Flor. 1759) II p. XLIII sq.; CCCLXXXV; de Niccoli codd. in Marcianam transitu cf. eund. p. LXIII sqq.

**) X—XXIII scil. (= IX—XX).

***) Num multo sane post descripsit librum illum AGellii 'cum Greco', quem inter 'vetustissima' bibliothecae Ioannis Tortellii Arretini in ep. quadam paulo post a. 1512 data (post alios ed. DDetlefsen ann. phil. 87, 565 sq., qui cf.) ei designaverat Candidus {Decembrius}?

†) 'Florentiae ex nostro Monasterio VIII Iulii' s. a.; epistulae huius libri, quae anni numeris insignitae sunt, omnes ad annos 1430—1434 pertinent; a. 1431 hanc ep. adsignat GVoigt l. l. I² 299, 1.

††) I 589 ed. opp. Gryphianae Lugd. 1532.

†††) XIV 2, 1. Ad codicem Magliabecchianum referes potius quae Poggius a. 1428 Romae d. XV Kal. Sept. ad eum scribit 'Rogo te mittas mihi chartas et Iosephum quos dixi. Para etiam membranas pro Agellio, quem rogo postules a Leonardo (Bruno scil.) nostro et mittas mihi cum chartis' (epp. III 20 p. 221 ed. Ton. cf. ep. 21 p. 223), quamvis tum etiam opus non accelerasset Nicolaus.

malim credere equidem 'in dierum' quam 'in rerum' veram habuisse et incolumem scripturam. Quin eodem capite*) Gellius 'Iussi igitur' inquit 'diem diffindi'. Sic enim in eodem codice, quod in his pervulgatioribus 'diem diffundi". Quod vix ita esse arbitror: nam ne urgeam 'diffisionibus' in *N* legi, non 'diffissionibus', atque librum XIV, in eo XVI non XV numerari, numquam, quod sciam, hic liber ad bibliothecam publicam Mediceam pertinuit**).

Ad hos igitur codices, per libros septem priores *A*, ubicunque adest, et *VPR*, per duodecim posteriores *QZBXOHN*, quibus per aliquot capita partis prioris, permulta posterioris accedunt *TV*, Gellium recensui. Atque libros quidem priores codices illi soli seorsum continent; altera pars in duobus aliis praeter eos, quos modo attuli, continetur, quos et ipsos contuli, sed quorum varias lectiones, ne praeter necessitatem nimium intumesceret adnotatio, nonnullis tantum locis, ubi occasio
V pars alt. ferebat, commemoravi. Sunt autem hi: VIII. cod. Vaticani 3452 pars altera, quae, cum priore supra p. LV commemorata,

---

*) § 11.

**) Ex huius bibliothecae codicibus unus plut. LIV n. XXVIII s. XV membr. totius Gellii (cf. Bandinii catal. codd. Lat. bibl. Med. Laur. II 680 sq.) exstat cum subscriptione paulo accuratius hic quam *apud Bandinium descripta* 'a. gellii. noctium. atticar. liber XX. explicit. anno. Christi. 1438. die. XI. iunii '; cui m. recentiore additum est 'Liber niccolai de niccolis', qui scil. anno ante a. 1438 mortuus est. Quomodo res se habeat, nunc dicere nequeo, id tamen addiderim, Angeli Politiani manum in altero eiusdem bibliothecae codice LIV n. XXV conspici, ubi haud quidem, quod opinabatur Bandinius (l. l. p. 651), Graeca aliquot inseruit (id quod mihi scripturam eius indubitatam cum Graecis illis conferenti non minus negandum esse videbatur quam Francisco del Furia, tum bibliothecae Laurentianae praefecto), sed adscripsit nonnulla ad marginem, plerumque nil nisi verbum aliquod vel nomen scriptoris memorabile adnotans, quibus pauca etiam Graeca insunt; sic, ut nonnulla inde afferam, ad 'βασάζοντας' V 3, 2 addidit 'βασάζοντες La. bainli', V 9, 4 repetivit verba 'ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε κριόν', X 18, 2 ad 'σατράπην' in mg. adscr. 'σατράπης', XI 9, 1 ad 'synanchen' 'συνάγχη', ad 'ἀργυρασπίδων' 'ἀργυρασπίδη', ad Peregrini nomen XII 11, 1 'In hunc acerbissime simul & facetissime semel atq. utrum [*leg.* iterum] Lucianus inuehitur'.

ut ibi dictum est, uno eodemque volumine comprehenditur - haec etiam, fol. 78, membr., m. s. XIII scripta est usque ad lib. XX 10, 6, ubi post verba saepius l., in quibus hic quoque codex olim desinebat, reliqua libri XX pars et praefatio manu saec. XV adiectae sunt, Graeca fere omnia omisit GR nota indicata - et IX. codicis bibl. nat. Paris., ms. S. Germa- S. Germ.
nensis 643, olim 216, ex bibl. Coisliniana provenientis*), antea Claudii Puteani, membr. 4, cui itidem duo codices variis saeculis scripti insunt, pars posterior**): haec duabus s. XIII manibus scripta est, quarum prior porrigitur usque ad capitulorum libri XV indicis verba cap. 14 extr. 'mutuatus est', altera ad XX 9, 2 'columbulatim labra'; Graeca m. alt. potissimum inseruit; eadem a pr. m. saepe posita erasit, nonnullis tantum locis singulis verbis relictis: item finis lib. XX cum praefatione m. alt. additus; ad extremum lib. XX verbum 'atque' ad mg. adscriptum est eadem m. 'atque; nihil amplius erat in ueteri'. Saepius etiam in adnotationibus attuli

X. cod. Franequeranum***). Is liber in catal. bibl. Franequeranus.
publ. acad. Fran. (Franeq. 1713 fol.) p. 222 indicatus 'A. Gellius, M. Sc. in membranis 4' a me quidem ipso non inspectus est; collatio tamen eius I Geelio, viro humanissimo et amabilissimo, intercedente Lugduni Batavorum mensibus autumnalibus a. 1845 degenti mihi praesto erat a Wenckebachio, scholae Franequeranae olim rectore, tum octogenario, a. 1793 confecta, praeter quam altera Ioannis de Iong in bibl. publ. Lugd. Batava†) servata uti poteram. Scriptus est hic cod.

*) cf. Montfaucon l. l. II 1089.

**) Prior pars manu nitida s. XV addita ad libros novicios pertinet, de quibus infra dicendum est.

***) Anno 1845 exeunte Franequerae eum adhuc adservatum fuisse scio per epistulam tum ad me datam PHFlanii, gymnasii Franequerani rectoris; Leovardium translatum esse mecum communicavit IHXolte anno 1853. Ipse codex ut Franequera Leidam mihi mitteretur, propter tempestatis iniquitates impetrare non potui.

†) In ed. Thysii O 1013 signata; libri noni initio Ti., ut mihi quidem videbatur, Hemsterhusii m. adscriptum ibi legitur 'Lectiones cod.

fol. 182 duabus manibus, quarum altera eaque recentior ab initio lib. XIII incipit, Graeca pleraque adscripta; expl. XX 10 in verbis 'manum conserere'.

Tornaesianus.

Ab hoc cod. non diversus est cod. Tornaesii s. Tornaesianus in ed. a. 1592 s. l. apud Io. Tornaesium emissa (cf. infra) lectionibus eius haud sane multis passim in mg. adnotatis adhibitus. Quod in ipso apparatu congerendo utriusque, ut ferebatur, libri scripturis satis raro collatis ibique aliquotiens levioribus sane lectionis diversitatibus observatis a me non perspectum esse doleo: nunc non dubito, quin diversitates illae ad collatores, ac potissimum quidem ad Tornaesium pertineant, nam Wenckebachium atque Iongium accuratissime conferendi officio functos esse utriusque collatione olim inter se comparata testari possum. Nam quod Tornaesius in ep. dedicatoria editioni praemissa (f † 3^{r}) profert, hoc suum 'venerandae vetustatis exemplar' (ib.^{r}) primos novem libros non habere, hoc neglegentius dictum esse excerptis ex ipso illo cod. inde a lib. IX initio in mg. editionis illius adiectis demonstratur; quod vero de librorum in cod. suo numeratione l. l. et de eorum inscriptionibus ad ipsum lib. IX initium enarrat editor, id cum cod. Fran. conspirat; sic etiam in utroque lib. XX c. 2 et 3 eadem ratione dispesta sunt atque in *OZ*, ne id quoque addam, utrumque cum tota hac librorum familia in voce. 'manum conserere' XX 10, 6 desinere. Lectiones autem plane singulares utrimque enotatae ita comparatae sunt, ut ovum ovo similius non esse possit: sic IX 4, 14 'prospecta'*) pro 'profecto'; 9, 12 'prospere' pro 'inprospere': 11, 5 om. 'telum'; X 2 lemm. 'emandauerit' pro 'mandauerit': XI 2, 2 om. 'Catonis': XII 5, 10 'inobscuram' pro 'obscuram'; 11, 2 'etiam' pro 'eum'; 13, 3 'ab**) istis' pro 'ad istos';

Fran. diligenter enotavit iuvenis Franequeranus Ioann. de Iong. ann CIↃIↃCCLII qui anno seq. ante diem raptus obiit utriusque Linguae peritissimus et exemplar morum vitaeq;.

*) Posterius p spscr. in 'Fran.' (*f*).

**) 'ab' *b* sup. lin. *add.* ex 'ad' corr. in *f*.

14, 6 'trita'*) pro 'extrita'; XIII 20, 10 'in quo'**) pro 'inque eo'; 23, 3 'correptim'***) pro 'correptam'; XIV 1,31 'cethinis' pro 'cohinis'; XV 2, 3 'leges' pro 'laudes' (ex praeced. 'legibus' ortum); XVII 2, 8 'sparsit' pro 'parsit'; 6, 9 om. 'sibi'; XIX 11, 3 'dempse mihi uico' pro 'dum semihiulco'. Quodsi haec omnia eam interpretationem admittunt, ut ad plane geminos libros ex eodem archetypo descriptos pertineant, rem mihi conficere et nos fere ad unum tantum exemplar statuendum cogere videntur, quae utrimque XI 17, 4 et XIX 1, 15 adnotantur; nam ex *f* XI 17, 4 'u u' adscriptum invenio, de ϑ 'IIII. videtur legi in c. Tor., quamvis saepe dū scribit V quinque, ita delineet illud V, ut affine sit duobus ii.'; altero vero loco de ϑ ad 'accidentis animum rei pellitur' voce. in mg. narrantur haec: 'bu superpositum est duabus extremis litteris accidẽtis, et additur ad et quū rei pellitur scriptū esset, i deletū est, credo ut repellitur unico vocabulo legeretur', de *f* verborum ed. Gron. 'accidentis ad animum rei pellitur' primo adscribitur 'bu spscr. 2'†), verbis duobus extremis 'rei pellitur'. Lugduni autem, ubi habitabat Tornaesius et ϑ suo utebatur, circa illud fere tempus codicem *f* degisse, docet subscriptio teste Wenckebachio huic addita 'auctore Paulo Guillameto Lugdunensi', cui ab altera manu adscriptum dicit 'I.C' et altera vice 'Paulo Guillameto 1590 (?)'; hoc alterum imprimis 'tenebricoso' die in usum meum ita descripsit Iunius 'Auctore Paulo Guilielmio ..... ('nomen prorsus legi nequit') . IIICTO 1598'. Idem tamen adnotavit in fronte codicis legi 'Cornasius Ms. mea 1592 Ex Colleg....', illi nomini dubitanter adiciens 's. Cornelius', quod equidem non dubito quin 'Cornasius' s. 'Cornaesius 'legendum fuerit††).

*) 'ex' in mg. add. *f*.

**) alia praeterea in mg. add. *f*.

***) 'v. c.' Oiselii ibi certe non alius nisi 'Torn.' (ϑ).

†) Manuum diversarum nunquam ratio habetur in iis, quae de ϑ adnotata sunt.

††) Pro 'Ms.' potius 'M.' = 'manu' exspectes. Addo, teste eodem Iunio in fine primae paginae etsi non omnino distincte legi 'Roberti Koenigs-

Codd. s

Praeter hos codices alterutram Noctium Atticarum partem continentes*) permulti exstant per totius Europae bibliothecas dispersi, qui hos libros, quotquot supersunt, XIX omnes atque libri octavi deperditi argumentorum tabulam capitulatim, ut per reliquos libros, descriptam continent, plerique etiam alterutram recensionem ficticiorum lib. XIX argumentorum praebent, quae in libris antiquioribus lib. IX—XX desunt. Quod ad aetatem eorum attinet, unus sane alterve saeculo XV vetustior dicebatur. Sic Lugduni GHaenelius catal. libr. mss. col. 192 Auli Gellii Noctium Atticarum cod. bibl. urb. afferebat n. 98 s. XIII membr.**); at is manifestissime noviciorum s. XV codicum speciem prae se fert neque ab ipso praefecto bibliothecae illius, cum a. 1846 eam adirem, pro vetustiore venditabatur; revera contra ad s. XIV, cui ab Haenelio l. l. col. 770 assignabatur, videri poterat pertinere cod. bibl. publ. Tornacensis 'Somnium Scipionis; Macrobii Saturnalia; Auli Gellii Noctes Atticae', olim eccl. cathedr. Torn. ibique inter libros Dionysii Villerii excitatus ab Ant. Sandero bibl. Belg. ms. (Insulis 1641, 4.) I 219. Addebat Haenelius 'Subscriptio libri: „Finitus est iste liber in monasterio sanctissimi Salvatoris in monte Thabor anno domini MCI die X Iul. Deo gratias"***. Attamen haec verba ex veteri exemplari descripta sunt.' Revera ad s. XIV vel potius ad primum s. XV annum codex pertinere eo magis videbatur, quod Victor Deflinne-Mabille, bibliothecae Torn. praef. in eius libri descriptione in Rob. Schneideri usum confecta (v. krit. Jahrbücher f. deutsche

Lugdunensis.

Tornacensis.

---

manni' (postea professoris Argentoratensis) | 'emptus Genevae | III Id. Nov. 1628'.

*) Cod. enim Vat. 3452 (V) ex duobus codd., quorum alter priores, alter posteriores libros continebat, compositum, cod. S. Germ. 643 libris prioribus additis novicia manu integrum redditum esse vidimus.

**) Accuratius eundem descripserat Delandine mss. de la bibl. de Lyon t. I. (a. 1812) p. 170.

***) Cod. exhibet 'anno dñi. 1401 (superiore numeri secundi apice deterso, sed dilucide agnoscendo) die I^a: (i. e. quarta decima, nec decima cum Haenelio nec undevicesima cum Deflinnio et Voisinio nec XV^a cum Wilbauxio) Iulii'.

Rechtswissenschaft VIII, 1844, p. 266 sq.)*) scripturam huius libri simillimam dixit typis litterarum Germanicis**); idem tum in subscriptione non legit 1101, sed 1401***). Ego cum librum nitidissime scriptum a. 1846 accuratius examinarem, mox vidi, eum plane, ne epigrammate quidem Ioannis Alcriensis ad Theodorum Gazam dato omisso, ad princ. ed. Rom. descriptum esse, numerumque alterum subscriptionis nec 1101 nec 1401, sed forma numeri 5 etiam alias conspicua 1501 legendum esse, quod, si externo, ut ita dicam, testimonio eguisset, vel certius redditum esset subscriptione Macrobii a. 1500 scripta, ubi idem numerus omnino illaesus invenitur.†)

---

*) Eidem etiam fragmenta Ser. Sulpicii apud G. servata ex cod. illo contulerat; quod post editas de Ser. Sulpicio Schneideri dissertationes (Lips. a. 1834) factum esse, eo elucet, quod hac collatione *ibi* ille *nondum* usus est v. II p. IV sq., ubi eius mentionem facere debebat.

**) 'L'écriture de ce ms. ressemble beaucoup aux caractères avec lesquels on imprime d'ordinaire les livres en langue allemande'.

***) Anno 1835 (Précis historique et bibliographique sur la bibl. publ. de la ville de Tournay p. 37 sq.), certe ante descriptionem illam Schneideri missam (cf. adn.*) 1101 et ipse legerat, tamen addens 'Quelques-uns veulent, que le second 1 (de 1101), soit un 4, dont le premier trait est presque entièrement effacé.' Similiter Voisin Documents pour servir à l'histoire des bibliothèques en Belgique (Gand 1840) p. 295 sq. 'Quelques personnes versées dans la paléographie prétendent que le second 1 (de 1101) est un 4, dont le premier trait serait presqu'entièrement effacé. L'extrême blancheur seule du parchemin nous ferait pencher pour cette opinion: ainsi ce précieux monument ne daterait que du XV^e^ siècle. Au reste cette date de 1101 pourrait avoir été copiée d'après le ms. original'. 1401 etiam legit AWilbaux catal. de la bibl. de la ville de Tournai I (Tourn. 1860) p. 39.

†) In bibl. Zalusciana teste Janozkio spec. catal. codd. mss. Zaluscianae Cracoviae a. 1752 typis impressi p. 79 cod. CCLXIII sic describitur 'chart. ante annos prope quingentos characteribus minusculis initio capitum auro illitis concinnatus habet A-gellii noctium Atticarum libros X priores cum annotatiunculis a manu longe recentiori margini haud infrequenter adscriptis'. Haud igitur plenum G., priorem tamen eius partem (praeter lib. VIII, ut consentaneum est) cod. ille s. fere XIII extr. conscriptus praebuisset, dum reliqui prioris Noct. Att. partis codd. aequales non nisi libros VII priores continent, pretiosissimus praeterea propter materiam ad totos codices conscribendos tum vix, quod sciam, adhibitam: summa igitur certe attentione dignus videatur Zaluscianus.

Laur. LIV 11. Codicem Florentinum bibliothecae Laurentianae LIV 11 a Bandinio saec. XIV ineunti adsignatum saec. XV initio vetustiorem non esse me affirmare posse credo. De aliis tam certum iudicium ferre nequeo: si recte manci sui codicis aetatem aestimavit Io. Schefferus (v. infra), ad idem saec. XIV pertineret; eidem saeculo inter sex codd. mss. bibl. Escurialis ab Haenelio catal. libr. mss. etc. col. 938 commemoratos tres codd. parum certe probabiliter tribuuntur*); eidem porro saec. XIV assignatur cod. bibliothecae Malatestianae Caesenatis**); omnino huc non pertinere videtur cod. Oxon. Canon. membr. n. 307 (Coxe catal. codd. Lat. bibl. Bodl. III 243), qui s. XIV exeuntis esse dicitur***); num ad hoc codd. genus referendus sit cod. bibl. Ottobon.

Schefferianus.

Escorialenses.

Malatestianus.

Oxon. Can. 307.

Ottobon. VII 3.

esse. ut accuratius haec omnia possint examinari, sed frustra eum quaesivi: Cracovia bibliotheca Zaluscíana diu asportata est, aliquot inde codd. Petropolim in bibl. imp. pervenerunt, G. cum aliis delitescit. Hoc ab Guil. Creizenach et Luc. Müller compertum habeo nec, si aperte dicere licet quod sentio, magnopere doleo: certe enim hic quoque codex nihil aliud sive fuit sive est quam prior pars cod. alicuius novicii bipertiti.

Valencianus.

*) Ms. Valencianum n. 13 ibidem col. 1002 aetate non addita allatum 'membr. fol. cum picturis' mea causa a. 1856 accurate inspexit amicus dum in vivis erat iucundissimus, Ernestus Guhl, cui picturae illae pulcherrimae ad saec. XV extr. vel. ad saec. XVI initium pertinere videbantur; etiam cod. aliquem mancum in bibl. Vpsaliensi servari a se nuper ibi visum, qui eidem aetati assignandus esset, me, qua est erga me benevolentia, edocuit Luc. Müller.

Vpsaliensis.

**) Mucciolo catal. codd. mss. Malatestianae Caesenatis bibliothecae fratrum minorum conventualium fidei custodiaeque concreditae II (Cesenae 1784) p. 97 sq. cf. Statistica del regno d'Italia. Biblioteche a. 1863 (Flor. 1865), cuius libri mentionem fecit FRühl ann. phil. 105, 280.

***) Deficit a verbis 'Sulpicium cum eum' XX 6 init. 'Notandum est' ait Coxius 'quod libri primi capita quatuor priora et alia quaedam per opus in codice plurimum ab editis differant, quorum videntur esse abbreviationes. Inc. cap. 1 'A planta pedis Herculei, qua idem Olimpium stadium apud Pisas sexcentarum', unde scripturam traditam licentissime ibi mutari ac mutilari satis patet. Hunc cod. aperte etiam ed. G. Lond. a. 1824 III p. 1657 significat, pravo numero 309 signatum, cum cod. 309 ad G. omnino non pertineat: 'cod. membr.' dicit esse 'cum paucis notis marginalibus saec. XIV.'

VII 3 in Vat., scriptus a. 1354*), ex quo v. l. ad I 13, 11 profert *i* praef. f. **^{r} (p. XVIII Conr.), dicere me non posse doleo, cum olim infelici quodam casu eum omnino non inspexerim**).

Hi igitur libri examinandi erunt, priusquam certum iudicium de codd. huius classis origine pronuntietur. Equidem meis oculis nullum huius generis codicem vidi, qui saeculum XV praecederet. Quorum amplius quinquaginta ipse aut diligentius examinavi aut paulo accuratius inspexi; ut ad principalem eorum originem definiendam pervenirem, mihi non contigit. Ex iis, qui certam temporis notam prae se ferunt, antiquissimus, quod equidem sciam, est codex Vratislaviensis bibl. Rehdigeranae (ϱ) nunc in bibl. urbanam delatae n. 20, membr., f. 86 formae maximae, variis s. XV manibus scriptus, anepigraphus, Graecis omissis, quae plerumque littera .G. indicantur, tum ad mg. suppleta sunt ab al. m., quae etiam varias lectiones et indices rerum notabilium addidit nec raro in ipso contextu verba mutavit, ab al. quoque m., saepius correcta rasurisque passim deformata; expl. in extremis praef. verbis 'inueniriq; ('q;' sup. lin. add.) possit', quae sequitur haec subscriptio 'Benedicamus Dño. Deo grãs. Laus t^{i} sit χp̃e qm̃ liber explicit iste Finitus est in die sc̃e Elizabet 1418. Agelli noctium atticar̃ liber explicit p manus mei Petri finitus sed non inchoatus. Florencie' sequuntur quattuor lineae erasae, tum 'Deo gratias. Amen.'. Vt quid in loco hodie omnino obscurato scriptum fuisset indagarem, multo difficilius sane quam olim homo peregrinus fidei evangelicae addictus Romae ad codicis palimpsesti pretiosissimi Palatini apices reagentiis q. v. chemicis adhibitis redintegrandos a viro humanissimo et litteratissimo Gabriele Laureani, biblio-

Rhedigeranus.

*) 'Aulus Gellius saec. XIV' Montfaucon bibl. bibl. I 187.

**) Nec num ad idem codd. genus pertinuerit codex Danielis Victurii, quem in usum Gasparini Barzizae exeunte anno 1410 descripturus erat Lazarinus Resta (cf. Barzizae ad Victurium epp. in Gasp. Barzizae et Guimiforti f. opp. ed. Furiettus. Rom. 1723, p. 110 et 113), dicere valeo.

Cod. Victurii.

thecae Vaticanae praefecto, iteratis tamen precibus ab iis viris, quibus summa bibliothecae illius cura demandata erat ante hos fere viginti annos, professor in ipsa hac universitate Vratislaviensi publicus ordinarius veniam impetravi quattuor has lineas in extrema pagina Gellii huius Rehdigerani similiter pertractandi. Quod vero inde nactus sum, operae impensae non respondit; nam certi nihil fere inde redundavit, nisi quod ad finem lineae extremae litterae '[Flo]reñ' prodierunt; porro in initio primae lineae 'ipso', in fine alterius 'VIIII', in fine tertiae 'ona' fere dignoscere mihi videbar, sed omnia haec non satis dilucida erant, reliqua vero omnino non apparebant. Iam igitur id unum inde discimus, archetypum huius libri Florentinum fuisse, atque id viam ad solvendam illam quaestionem inenndam monstrat: ex iis certe huius generis codicibus Florentiae hac aetate servatis, non omnibus sane, quos per varios Noctium Atticarum libros olim contuli, nullus ita cum Rehdigerano conspirat, ut is inde descriptus esse possit.

Hac igitur quaestione ad textus q. v. historiam constituendam satis memorabili, ad ipsa auctoris verba instauranda nullius fere pretii missa neque omnes huius generis (ς) codices per bibliotheeas Europae sparsos, quos diligenter enumeratos habeo, hic litteris consignare neque accuratiorem eorum huius generis codicum, quos ipse sicut Rehdigeranum per nonnullos plerumque libros Vindobonae, Lutetiae, Lugduni, Mediolani, Venetiis, Modenae, Florentiae, Romae, Neapoli contuli, notitiam exhibere volo*). Praeter hos cum collationibus mss. cod. alicuius Lincolniensis**) a Iacobo Gronovio et codd. Romanorum aliquot Barberinianorum et Casanatensium ab Alberto Dresselio confectis, tum Alberti Lionis excerptis ex cod. Guelferbytano in ed. eius propositis uti

Lincolniensis. Romani Dresseliani. Guelferbytanus.

*) De eo usu, qui passim de talibus libris faciendus erat, suo loco infra dicetur; codd. ς locis ibi potissimum significatis in usum vocati enumerati sunt I p. VI; II 465; de cod. Vat. 1532 (*tc*) singillatim paulo accuratius agetur.

Vat. 1532 (*tc*)

**) Ad cod. Lincoln. cf. infra descriptionem ed. Gronov. a. 1687.

mihi licuit. Alii libri olim et ab editoribus et in criticis virorum doctorum disputationibus allati sunt, qui omnes fere ad ipsum hoc genus novicium pertinent: eorum mentio, quoad ad rem facere visum est, partim studiorum recentiorum in Gellio positorum narrationi infra adiectae, saepius adnotationibus criticis passim inserta est.

Hi codd. vetustioribus aliquanto sunt pleniores: nam, praeter lib. VIII argumenta, ut dictum est, ne argumenta lib. XIX quoque iterum afferam, lib. XX sane non ad finem perductum, tamen inde a cap. 10 § 7 usque ad verba c. 11 § 5 'nolite vos atque, quae nunc extrema sunt, continuant iisque praefationem 'iu(s. io)cundiora alia' etc., saepe ne distinctionis quidem nota interposita omnes fere adglutinant, in cuius extremis verbis 'quaeri invenirique possit' desinunt, addita fere libri extremi subscriptione; carent tamen hi quoque codices, ut supra significatum est, ne minores illas lacunas omnibus libris communes afferam, cum reliquis omnibus libri V et VII initio, carent supplementis ab .13 I 2 sq., ab uno 3 XVIII 9 servatis; librum porro septimum, quem praeter V soli plenum exhibent, hi libri ante sextum collocant; capitum argumenta partim singulis libris, partim singulis capitibus, partim denique utrisque praeponuntur; de locorum Graecorum varia condicione infra dicetur.

Singularem vero omnino praeter hos omnes locum obtinet inter codices Noctium Atticarum liber Buslidianus hodie deperditus. Nomen hic traxit ab Hieronymo Buslidio, clerico et ICto Belgico illustri († a. 1517); is enim testamento suo ad linguas Graecam, Latinam, Hebraeam docendas collegium illud trilingue Lovanii erigi iussit*), in cuius bibliotheca codex ille servabatur. Commemoratur hic liber a nonnullis aliis hominibus doctis eius aetatis, sed σπορράδην: eius, cui plurimas lectiones ex eo excerptas debemus, Lud. Carrionis,

*) Cf. Val. Andreae fasti acad. studii gen. Lovan. (¹ a. 1635 p. 164, ² 1650 p. 275 sqq.).

notas non ultra librum I et ne huius quidem libri usque ad finem novimus (cf. infra). Codicis illius usum factum video in illorum virorum libris inde ab a. 1564 per duo fere decennia*) emissis: atque ipso quidem illo anno et a Guil. Cantero (nov. lect., Basil. 1564, II 6) et a Iac. Raevardo (variorum, Brug. cod. a., II 17) eodemque fere tempore a Luca Fruterio verisim. I 19, quae sane a. demum 1584 inter librorum eius reliquias a Dousa edita sunt, sed ipso illo magnae spei adulescente iam duodeviginti annis ante in flore aetatis (natus erat scil. a. 1542) mortuo**); a. 1569 ILipsius var. lect. I 13 commemoravit eius scripturam a Carrione secum communicatam (v. X 23, 5 adn.)***); a. 1570 Hub. Giphanius de nomine Gellii scribendo loquens huius libri mentionem facit in ep. ad MAMuretum a. d. V Kal. Febr. a. 1570 data (Mureti epp. I, 78, opp. II 118 Fr.); eundem librum ipse Carrio in scholiis in Sall. hist. libros ed. Sanctandreanae a. 1574 insertis†) et in antiquarum lectionum libris adhibuit a. 1576 eiusdemque anni a. d. XV Kal. Sept. Brabantiae cancellario Lovanii Lipsius epistolicarum quaestionum libros inscripsit, ubi IV 2 eundem librum iterum advocavit;

*) Nihil me fugisse sane praestare non ausim.

**) cf. etiam eund. ibid. III (qui liber a Iano demum Grutero lampadis vol. V a. 1604 editus est) 11, ubi de G. X 15 verba *faciens* dicit, 'olim cum Lovaniae esset', exemplar se habuisse ms. ex bibl. trilingui (v. ibi adn. § 28).

***) Carrio, cui Buslidianae scripturae h. l. notitia debetur, a Lipsio l. l. dicitur 'P. Carriou, homo cum mihi amicissimus, tum in his litteris nostris acerrimo ingenio, doctrina, ingenio'. Ac sic 'P. Carrion' per omnes quas inspexi editiones (var. lect. ed. princ. a. 1569; opp. crit. ed. a. 1585; 1596; 1600; 1611; opp. omnium ed. Vesal. a. 1675 t. I p. 220) propagatum est. Tamen, etiamsi posten amicitia illa adulescentium plane aequalium deferbuit, vix alius significari videtur quam L. Carrio, etiamsi huius sive varietatis sive erroris originem indicare nequeo; alius certe Carrionis his litteris tum dediti nullum vestigium inveni neque alterum Ludovici Carrionis praenomen mihi innotuit.

†) Accessit lectio ad G. I 1, 1 spectans in ed. Antverp. a 1579. In emendationibus et observationibus suis (Par. 1583) cod. ϛ mentionem nominatim numquam fecit Carrio, quamvis de permultis ibi locis Gellianis agatur.

denique, ut dictum est, in notis ad Gellium Stephanianum a. 1585 emissum eo usus est Lud. Carrio, ubi p. 7 iam 'de strage illa Musarum, dicam, an Lovanensium' loquitur — mihi certe sedulo quaerenti non contigit, ut ullum ulterius libri maxime memorabilis vestigium invenirem*). Quod vero ad codicis illius condicionem attinet, quantum eam ex virorum doctorum supra memoratorum indiciis perspicere licet 'Buslidianum antiquum satis, sed minime integrum' dicit Giphanius, 'exemplar vetus quidem illud et emendatum satis, sed hoc solo peccans, quod non omnes Agellii libros contineret' Fruterius; 'schidas' igitur 'Buslidianas' appellat Carrio AL I 19: idem quadringentorum annorum aetatem aut paulo maiorem referre hunc librum dicit (saec. igitur fere XII eum assignans) in not. ad inscr. lib. N. A. I c. 1 p. 9 atque ibidem paulo superius primum librum ait esse in exemplari Buslidiano octavum decimum, ut econtra, qui hic (indicat ed. Stephanianam) sit quartus decimus, ibi sit primus**). Excerptae sunt autem huius libri lectiones, quod equidem sciam, praeter librum N. A. primum non nisi ex libris IX; X; XVI; XVII; XVIII, eaeque paucissimae.

Praeterea in adnotationes ex ed. Gronoviana a. 1706***) transtuli notas a Gaspare Scioppio congestas (σ) omissis

*) cf. nunt. acad. Berol. menstr. a. 1847 p. 414 sq. De bibliothecae illius fatis cf. F. Nève comm. de collegio trilingui Lovaniensi volumini XXVIII mem. ab acad. Belg. praem. ornat. insertae p. 107, ubi verba Paquoti (mém. pour servir à l'hist. des dix sept provinces du pays bas Lovan. 1762 sqq. III f. et 1763 sqq. XVIII 8) affert (II 599 ed. pr.): 'on n'y trouve aujourd'hui que les débris d'une bibliothèque où il y avait beaucoup de richesses littéraires'; cf. etiam quae Nevius p. 156, 2 de P. Nannii mss. ineditis narrat. Non minus Paquoti tempore, quod ex ms. quodam eiusdem profert Nevius p. 255, 3, ipsius universitatis Lovaniensis bibliotheca expilata erat.

**) Itidem iam emend. II 2 de G. I 8, 3 acturus margini p. 83 inscribi iussit: 'Agell. li. I cap. VIII. nâ in libro Buslidiano liber est XVIII'.

***) Vsque ad XIV 1, ut ipse ait p. 887, revera usque ad XIV 1, ubi ipsis adnotationibus illis uti incepit, omissis sane, ut ex ÷ patet, quae ad c. 1 extr. et 2 sq. pertinebant adnotationibus, ed. suae p. 887 sqq. has notas addidit i; illas quoque priores suis locis inseruit Conradi.

paucis, quae ad rem criticam non spectarent. Quas ab abbate Domenico Passionei, postea cardinali summoque bibliothecae Vaticanae praefecto, utendas sibi missas esse ex *i* epistula dedicatoria editioni illi praeposita compertum habemus*). Exstat haec farrago fortasse etiamnunc Romae in bibliotheca Angelica, in quam viri illius eminentissimi bibliotheca translata est**). Quae Scioppiana cum fere a vv. dd. de locis Gellianis disputantibus advocari soleant, equidem eas omittere nolui, ne quid in apparatu critico desideraretur; cuius rei me nunc fere paenitet: nam eorum usus fere nullus praeter nonnullas coniecturas ibi prolatas; scripturae enim, quae praeterea ibi ad ed. Stephanianae lectiones praepositas enotatae sunt, tantum non omnes***) ad libros mss. pertinent, quorum optimos iam accuratius pleniusque collatos exhibere potuimus, reliquis, ut altera cod. V parte et cod. *n*†), carere fere nobis posse videbamur††). Scioppiano huic simillimus exstat apparatus a Ioanne Wowerio†††) adscriptus editionis Gellii

*) cf. *i* praef. fol. a 4v (p. XVI sq. ed. Conr.).

**) cf. Blume iter Ital. III 123; in eiusdem bibl. libr. mss. Ital. p. 145 inter libros illius bibliothecae mss. nominatur 'Passionei Card. bibl. index. Chart. 4°. Q. 4. 69 . . . 72'; Gellii (s. Agellii) et Scioppii nomina in indice (ibi proposito) a D. Marcolini a. 1788 confecto non inveniuntur.

***) Admista sunt hic illic vv. dd. Cuiacii, Fulvii (Vrsini), Giphanii, Ios. Scaligeri, HStephani, Turnebi libri adnotationesve alinnde fere nota adiectis etiam additamentis a z nuper tum prolatis I 2 extr. sq., ad quae recensenda alio certe codice auctor usus non est, qua de re nimis cauto dictum est in adn. ad I 2, 13.

†) De his codd. post agetur; de *w* a *v* usurpato cf. e. g. IX 12, 4 adn.

††) Notatu non indignum videtur, II 22, 25, ubi 'atabulus' restituit Beroaldus annot. in Gruteri lamp. I 225, quod addi ibi potest, ex 'v. c.' proferri lectionem proxime ad rectam hanc scripturam accedentem eamque ex uno *A* praeterea enotatam 'atapulus', cum codd. rell. fere omnes 'ad (apud *R*) apulos' praebeant. Quae ex coniectura apud *a* orta sant, fere 'f.' littera addita significantur.

†††) Is quoque Gellium edituras erat cf. II. epp. eius indicatos in IAFabricii bibl. Lat. III p. 11 adn. m Ern. I 14; 49; II 18; 65; 67 (epp. cent. II p. 28 sq.; 99; 253; 339; 343 sq.), add. Er. Puteani ad W. ep. ibid. p. 501; cognoscimus inde, ad opus hoc diu una cum editione Apulei. quae revera prodiit a. 1606. agitatum praeter codd. mss., quibus ad utrumque se munitum esse narrat Ios. Scaligero (II 65), inde ab

Venetae a. 1565 exemplari, quod nunc in bibliotheca Guelferbytana adservatur (φ)*). A φ duo alia apographa a Friderico atque Henrico fratribus Lindenbrogiis confecta (v), alterum a Friderico ed. Torn. a. 1592 (*fv*), alterum ab Henrico ed. Colon. a. 1533 illatum (*hv*), utrumque nunc in bibliotheca publ. Hamburgensi, fere numquam discedunt atque ex eo ipso pendere videntur**). De ea, quae inter σ et φ exstat, ratione tum demum plane iudicari poterit, si ipsum σ examinatum fuerit, ut constet quid ad ipsum pertineat, quid inter ea, quibus a φ recedit, Iacobi Gronovii typothetaeve Gronoviani socordiae tribuendum sit***); σ non descriptum esse ex φ iam inde sequi mihi videtur, quod in v. l. ad II 22, 21 relata 'Apuliae' voc. subnotare traditur σ, 'quasi ignorarent eam mss.', quam intactam reliquit φ; quod φ non ex ipsis mss. hausit, sed collationem aliquam festinanter descripsit, inde iam fere conicias, quod v. l. II 21, 11 'esset et' non ad 'esset ut', sed ad voce. lineae praecedentis 'nobis in illud' adnotavit, multo certius vero ex I 12, 10 colligas, ubi ad verba 'nisi quae capta' 'Ita v. c.' adnotat σ, φ tamen φ *fv* *hv*

---

a. 1595 usque ad a. 1604 etiam et ab ipso Scaligero et a Iano Grutero, Petro Scriverio, Henrico 'Lindenbruchio', Erycio Puteano opem ab eo petitam esse.

*) FAEbert bibl. Guelf. codd. Gr. et Lat. class. n. 376 p. 77. A φ diversa sunt excerpta cod. alienius Vat. Wowveriana cum IRutgersio (VL IV 11 p. 354) communicata a GElmenhorstio ad I 2, 4 'κορτῶντας εἰζογάζοντας ἀμαρίτας', ubi 'κορτιόντας et ἡμυχάζοντας et ωμαρίτας v. c.' exhibet φ; eadem contra ex utroque fonte scriptura 'in otio' ad praef. § 16 profertur a Rutgersio (l. l. p. 355) et a φ, tamen ut a φ 'f.' additum sit (om. ɔ).

**) De φ et *hv* (non recte ad Frid. Lindenbrogium a Cramero relatum) cf. c kl. Schr. p. XLVII sq.; 132 sq. Equidem Schoenemanni et Peterseni, bibliothecae Guelferb. et Hamb. praefectorum, beneficio tribus his libris olim Berolini uti potui.

) Quae V 9 sqq.; XII 2 sqq.; XIV 1 sqq. (cf. p. LXXVII n.); XV 1 sq. in σ apud *i* omittuntur, ad huius neglegentiam potius pertinere videntur quam ad ɔ; auctorum nomina a ɔ titulis nonnullis liberorum in praefatione a G. allatis adscripta consulto om. *i* v. praef. eius f. **** 2r p. XXXII Conr., quae nec ex φv enotanda esse duxi; alia minora, quae in altero exemplari exstant, et a ɔ et a φ(v) omissa sunt.

sive ex σ sive ex communi aliquo fonte idem exhibente ad extremas voc. 'capta' litteras adscripsit 'sta v. c.', unde ad 'capta' in γ 'casta' adscriptum est. Ipsum contra σ mss. nec aliena collatione usum esse, inde conicias, quod de editione Gellii mss. Romanis, atque imprimis Fulvianis, codicibus superstruenda eum cogitasse docet ep. eius Roma d. 4 m. Martii a. 1600 ad Lipsium data*). Ad idem ceterum collationum exemplar spectare videtur Lucas Langermann, qui feriis Paschalibus a. 1632 Roma ad *g* scripsit**) 'Iam ad Gellium progrediar. Incidi enim in exemplum aliquod credo cum diversis codicibus collatum', rectius ille, si revera idem illud exemplar ibi significatum est, quam *i*, qui in titulo ed. a. 1706 scribi iussit 'accedunt Gasp. Scioppii integra Msstorum duorum codicum Collatio' etc., quod videtur eo ortum esse, quod in ipso apparatus huius Scioppiani initio *i* legerat 'AGELLII, in duobus antiquiss. cc.'.

Fulvianus. Etiam quae ex Fulvii Vrsini libros. ex Fulviano***) apud ε et *g* afferuntur a me interdum repetita omittere fere debebam. Nam haec quoque ex scripturis ad utrumque cod. Fulvianum in Vaticana V[F] et ad alios libros, ut videtur, Romanos minoris momenti, veluti ad alteram cod. V[F] partem, pertinentibus, adiectis, ut videtur, Vrsini ipsius quibusdam coniecturis (cf. adn. IV 8, 8 et V 14, 18) composita esse arbitror, ut ex adversariis potius Vrsinianis quam ex ipsis codd. mss. hausta esse videantur†). In universum de omnibus his vv.

*) Ep. DCCLXIII epp. syll. Burm. II 51 post notarum suarum Apuleianarum mentionem 'nescio', ait 'si subiungam editionem novam Agellii, cuius mss. in Vaticano sunt boni, apud Fulvium optimi.'

**) v. *i* praef. a. 1706 f. non sign. sive 4r. p. XXVII Conr.

***) = 'Fulv.' et 'F.'

†) Saepius etiam apud ε sive solus sive cum Fulviano coniunctus nominatur codex Giphanii, qui et ipse in observationibus suis ling. Lat. unam alteramve v. l. affert: studiorum vero eius in Gellio positorum monumentum primarium exhibent epistulae inter eum et MAMuretum mutuae scriptae a. 1569 et 1570 atque huius epistulis insertae I 73 sqq.: II 5 sqq., ubi II 6 inveniuntur vv. ll. ex cod. *Y* ('libro Fulvii') a Mureto in Giphanii usum excerptae; praeterea sat multis libris, inter quos *B*.

Cod. Giphanii.

dd. per saecula illa adnotationibus eo difficilius indicare licet, quo minus omnia tam accurate enotari atque inter se discerni solebant quam ad sententiam plenam iustamque ferendam opus est.

De partibus N. A. deperditis et de lacunis.

Perveuerunt autem ad nos Noctes Atticae etsi in universum per totum corpus hodie superstes parum mutatae, quod ex locis a Nonio, Macrobio, Ammiano allatis atque in usum vocatis concludere posse nobis videbamur, tamen haud omnino integrae*); omnibus enim Gellii codicibus deest initium prae-

ut videtur, et ϛ, cum ipsum usum esse docet eorum enumeratio epistulae I 78 inserta (add. etiam de Giphanii libris studiisque Gellianis Scioppii verisimilium praef. f.*5r ed. a. 1662; I 2; IV 16); de editione ab eo parata v. infra. Quod praeterea Muretus profert VL XI 17 apud G. I 19, 8 'in vetere libro Fulvii Vrsini' 'insuper habendam' non duabus vocibus, sed uno iuncto verbo legi, id quo pertinent, dicere nequeo, cum id neque ex *V* neque ex Y neque aliunde enotaverim. Equidem gravioribus quantum liceret absolvendis intentus his, quae ad ipsa Gellii verba emendanda nihil conferunt, enucleandis non diutius immorandum mihi esse arbitratus sum atque omnino vv. ll. ad singulos locos passim praeterea a vv. dd. olim prolatas cum delectu tantum commemorandas esse duxi.

*) Spem, quam de integro, ut putabat, Gellii codice a. fere 1429 inenute excitaverat Nicolaus Treverensis (v. Fr. Poggii ep. III 29 p. 266 sq. ed. Ton. coll. de Tonellis p. 268, 2) mox amissa est, cum ille librum Romam apportasset; 'truncus' enim ille 'erat et mancus et cui finis esset pro principio' teste Poggio (l. l. IV 4 p. 305 cf. Mehus vita Ambr. Traversarii p. XLIII sq.; GVoigt d. Wiederbelebung etc. I² 259 sq.). Cum codex Plauti comoediarum ab eodem Nicolao cum aliis codd. una allatus et Iord. Vrsino cardinali traditus in Vaticanum devenerit (Vaticanus est 3870, *D* Ritschelii, qui cf. opusc. II 4 sqq.; V 296 sqq.), credas, Gelliannm quoque illum codicem inter libros Vaticanos quaerendum esse et, cum aperte libros ille priores solos continuerit, eundem esse ac cod. Vat. 3452, qui interim ad Fulvium Vrsinum pervenerit (nam etiamsi Nicolaus iter suum curiae iussu instituerat, tamen inde non sequitur, omnes libros ab eo comparatos statim bibliothecae papali traditos esse); obscure sane videtur, quod Nicolaianus ille aperte praefationem continebat, quae abest a Vat.; cum autem absit quidem illa in libris ei maxime cognatis *PR*, in libris vero omnibus tam in Italia natis in fine totius operis inveniatur, fieri fortasse potuit, ut folia eam continentia ex eo libro tanquam non suo loco posita amoverentur. Sed haec incertissima esse, ipse non ignoro. Ipse quoque Poggius per occasionem

fationis in libris optimis *PR**) suo, in deterioribus extremo loco collocatae, deest liber octavus, deest finis libri XX, qui in vetustioribus**) desinit in verbis XX 10, 6 'manum conserere', in recentioribus in media § 5 capitis insequentis, cui ibi, ut modo significatum est, praefatio agglutinatur***); num hoc caput extremum apud Gellium fuerit, scire non possumus, cum index capitum huius libri per omnes codices meliores et plerosque novicios in capitis noni argumento indicando finiat, decimum et undecimum non minus ex arbitrio a reliquis addita sint quam lemmatum libri XIX utraque recensio v. II p. 397 adn.†); genuina contra lemmata libri VIII in unis ς codd. servata esse apparet. Loco vero modo allato id etiam expositum est, non recte ipsum librum XIX mancum visum esse Mercklinio, nec magis eidem idem conicienti de libro XIV obtemperandum esse significatum est II p. 189 adn.; deest contra in codd. initium libri septimi, quod ex Lactantiana, quae dicitur, epitome institutionum divinarum ad Pentadium restituendum esse satis diu perspectum est v. I p. 376 adn.; equidem etiam libri quinti initium mancum esse arbitror. Praeterea in mediis quoque libris capita nonnulla in fine mutila habemus: sic Graeca clausula abrupta

concilii Constantiensis praeter multos alios libros etiam Gellium aliquem invenisse dicitur a Vespasiano da Bisticci in vitis virorum illustrium CIII (Mai spicil. Rom. I 349; ed. Bartolianam Flor. 1859 emissam inspicere non potui), 'opera degna' nuncupatum.

*) In *V* omnino deesse dictum est p. LV cf. p. LXXXI n. *.

**) Sic etiam (v. p. LXVII) in Vat. 3452, ubi altera demum manus novicia reliqua adiecit; S. Germ. 643 iam paulo ante desinere dictum est ibidem.

***) In *e*, qui ab indice capitum libri I inc., post 'in manum conserere' subscribitur 'Conclusio totius operis ἐπίλογος' (voc. Gr. a m. alt. add.), tum sequitur praef. inde a § 2 'QVASI (*sic*) autem summo ordine — in venirique possit', tum vero a lin. 'Improbus ille librarius, qui opus hoc pscripsit inter cetera leuandi sui laboris gra quae omisit in fine capituli quod ultimum posuit etiam hoc scribere neglexit. Nam ubi sic finit (*sic*). Nam de qua re disceptatur in iure praesenti — indulgerique potuisset' (cap. sc. 10 finis, 11 cum lemm., praef. § 1).

†) Singula lemmata etiam alibi omissa sunt v. XIII 19; 23; 24.

I 2 et 11 et, ut mihi quidem videbatur, X 12*), sic XX 9 et fort. XVI 9 (cf. § 1 adn.); VI 9, 17 ex Prisciano aliquatenus suppleri posse, docuit *i*, fortasse tamen ibidem etiam extremum caput ex Nonio amplificandum est (cf. adn.); certa coniectura ex eodem Nonio suppleta est XVII 2 § 4, ubi in libris Gellianis propter ὁμοιοφωνίαν nonnulla exciderunt, atque ex eodem in l. propter similem causam lacunoso V 4, 5 supplementum petendum esse iam a Thysio agnitum est; certissima lacunarum propter eandem causam ortarum indicia iam dudum observata praebet et locus Varronianus de re rustica II 20, 2 'ex Varronis libris superstitibus supplendus et sententia Epicurea II 6, 12, quam et alii plenam exhibent et ipse Gellius paulo post c. 9, 2. Alia lacunarum saepe similiter explicandarum exempla, inter quae multa vix minus certa, sat multa quoque olim agnita sunt, praebent lemmata XIII 4 et XX 9; I 16, 15; II 14, 2; IV 15, 3; IX 13, 20; X 15, 14; XII 10, 3; XIII 12, 9; 25, 15; XVIII 8, 2; 9, 3; XIX 1, 10; 10, 9; 14, 8; XX 1, 13; 10, 10, ne alia aut fere minora uno plerumque duobusve vocabulis explenda aut incertiora, ut IV 9, 8, aut non recte olim statuta, ut VI 5, 6, afferam.

Alia nonnulla, quae et ipsa periisse videbantur (I 2 fin. et I 3 init.; XVIII 9 init.), ex codice Buslidiano ceterum manco hodieque amisso**) restituta sunt. Ac libro quidem octavo Nonium et Macrobium usos esse patet***), atque iidem et Ammianus, apud quem vestigium octavi libri sane hodie detegi nequit, universo harum Noctium corpore usi sunt, quod apud Nonium certe et Ammianum†) per omnes fere libros

*) cf. tamen p. LVII n. *.

**) cf. p. LXXV sqq.: libri I cap. 2 finis et 3 initium nuper etiam in cod. *A* inventa sunt, qui l. l. desinit in voce. 'negotio quod' c. 3, 7; voce. 'hic autem' § 8 init. praeter *j* exhibet unus *P*.

***) cf. adn. ad lib. VIII lemm. cap. 3; 7; (10; 14); 15 et ad calcem cap. 15.

†) Ex libro XVIII, ex quo uno praeter octavum, nihil olim (Herm. 8, 281 sqq.) excerpere poteram, quod ab Ammiano translatum esse videretur, exemplum satis, ut mihi quidem videtur, probabile additum est p. IX n. *.

deinceps persequi licet: num ex ipso G. an aliunde locum ex eodem libro prolatum hauserit Priscianus*), nondum exploratum est; de palimpsesti Romani condicione primaria nihil compertum habemus. Eustochianum autem exemplar (cf. p. XVII) novem priores libros videtur continuisse, cum epigramma Aurelianum post librum nonum ibi adscriptum fuerit; vix igitur dubitandum erit, quin librum octavum continuerit. Qui postquam periit, liber nonus a parte priore divulsus non septem illis libris superstitibus, sed parti posteriori, cuius codd. libros IX—XX continentes inde a saec. X supersunt, agglutinatus est.

De numerandis libris.

Quod ad libros numerandos attinet, ipse Gellius praef. § 22 'volumina' inquit 'commentariorum ad hunc diem viginti iam facta sunt' nec videtur consilium alia iis addendi § 23 sq. indicatum exscentus esse; certe non dubitandum est, quin libri hodie superstites, uno octavo amisso, viginti illis respondeant. In ipsis tamen his libris numerandis codices passim peccant. Hoc minus ad libros priores pertinet quam ad duodecim posteriores. Quamvis etiam in illis fortasse iam Priscianus erravit, apud quem codd. mei omnes praeter SGallensem, ubi III legitur, quod eodem redit, inst. gramm. lib. VI § 75 sextum librum pro quinto (c. 14, 18) afferunt, dum plerique etiam paulo ante (§ 61) fragmentum ad lib. VIII aperte pertinens libro nono tribuunt**). Codices mss. plerique in hac parte errores fere non commiserunt: ex vetustioribus unus V numeros plene indicavit, a *PR* fere omissos***): ex ς cod. Vrb. 309 sic incipit 'Tertio cōmentario hec sunt. capitula tertii libri'†),

*) v. I p. 410 adn.

**) Errores aliquot in librorum utriusque partis numeris afferendis apud Vinc. Bellovacensem, Ricardum Buriensem, Gualterum Burley commissos (cf. p. XI. sqq.) eo magis hic iterum proferre nolo, quod accuratis eorum recensionibus adhuc caremus.

***) cf. adn. ad calcem praefationis et singulorum librorum et libri V c. l.

†) 'tertii' al. m. deletum et 'primi' post 'libri' adscriptum est.

cod. Leop. Laur., acdil. Flor. eccl. n. CLXXXVIII*) 'Tertio commentario haec insunt' *sqq.* scilicet primi libri capitulis; in hoc libri tum deinceps inde a primo recte numerantur, in Vrbinate hoc ab altera demum manu restitutum est. manu prima singuli libri inde a primo usque ad noni initium numeris III—XI notantur**). De capitulorum libri VIII inscriptione et subscriptione quae memorabilia videbantur composita sunt I p. 406 et 410; octavum et nonum librum periisse, una librarii cod. *w* aut archetypi eius coniectura niti ad explicandum numerum X libro insequenti tributum, non est quod moneam lectores.

Quod ad alteram partem pertinet, in .A librorum numerum duobus***) auctum inscriptio lemmatum lib. XVIII exhibebat; similiter in plerisque codicibus melioribus libri singuli ita numerantur, ut deinceps per varios vitii gradus numeri uno, duobus, tribus augeantur†) usque ad num. XXIII libro XX tributum: sic *QZOIIN*: unus *X* et ex recentioribus a me accuratius inspectis *w* illis constantiores vicesimum primum librum hunc extremum numerant: recentiores plerique iustum numerationis ordinem sequuntur, nonnulli libri octavi rationem non habentes numeros inde a libro nono uno minuunt, ut in undevicesimo libro explicent, quod, ne numeros in cod. bibl. nat. Parisinae Menteliano 8667 a FMorellio superscriptos afferam, in cod. Lugdunensi (v. p. LXX) equidem inveni, in cod. bibl. urb. Perusinae repperit amicus meus Tycho Mommsen, de cod. aliquo Norimbergensi narrat de Murr memorab. bibliothec. publ. Norimb. I 387.

Cum vero codices vetusti et probi omnes Noctium Atticarum libros amplectentes non exstent, in Noctibus Atticis recensendis utriusque illius partis observanda est condicio.

*) V. Bandini bibl. Leop. Laur. I 491.

**) Per libros insequentes numerus uno tantum maior a pr. m. exhibetur, ab altera plerumque sane, sed non semper emendatur.

***) Tribusve? cf. p. XVII.

†) Vnus *Q* m. pr. libro nono iustum numerum inscripserat; sed ea quoque iam in subscriptione eundem librum decimum dicit.

Recensio. I. Codices lib. I—VII.

Ac partis quidem prioris instrumentum potissimum superest duplex: cum lacera cod. *A* fragmenta, tum plus minusve integri codices *VPR**).

1. *A* At ex pleniore exemplari originem ducit *A*; continet enim libri I 2 § 13 et I 3, 1—7, quae ex uno β immotuerant, codicibus *VPR* desunt, et alia quaedam ab his omissa v. I 4, 3 (= ς cum Cicerone); 6, 3**); 22, 13; III 13, 3; IV 1, 12 lin. 50 (cf. p. LXXXVIII); sed Graeca omisit***), quae plena fere exhibet *V*, partim certe *P*, quorumque indicia quaedam, satis pauperecula quidem illa, ne ab *R* quidem absunt: num ipsa Graeca spatiis ad explendum relictis iam in eo exemplari defuerint, quod *A* descripsit, an *A* ibi scripta omiserit, dicere nequeo. Ita etiam in aliis multa sane sunt, quae aperte ex *A* arcessi debent cf. modo, ut nonnulla tantum delibem, I 3, 17 'sit': 19 'ignoravit' (= *e*): 'quod' (= 'meliores libri' teste ϰ); recte ibidem § 25 om. 'fit' (sit *al.*) ex praec. repetitum: optime § 29 'scribsit' pro 'servitute' ac totam sententiam insequentem aperte recte exhibet *A* a rell. omnibus longe recedentem; 7, 2 'esse iis' cum Cic., 'essetis' *VPR*; II 6, 5 'uastiorest' cum Macr. et ed. Rom. a. 1472, ubi rell. omnes ex lin. praec. 'inclinatum est' male repetunt; paulo infra ibidem tuetur formam exquisitiorem 'rapsatur': 26, 1 'uisun(s. m?) iret' *A* 'uisere' (et 'uiseret'?) rell., III 13, 4 'properantium' ille, 'properatum' hi, IV 1, 8 'eiusdemmodi' *A* recte certe pro 'eiusmodi' (s. 'huiusmodi' s. 'huiuscemodi') atque ibidem § 9 'quod, inquit, genus' pro 'quod sint' (s. 'sit') 'penus': sic etiam ibidem § 11 praeter leve aliquod vitium rectam lectionem a *y* (ac partim a σ) agnitam servat *A* ibidemque § 12 'cuiusmodi' praebet ('quid' et 'quod' rell.).

---

*) v. p. XIII sqq., LV sqq.: de *TY* cf. p. LI sqq., XCVI.

**) 'autem' ib. § 6 ex prava dittographia in *A* ortum esse arbitror cf. ibi adn. et p. sq.

***) ΑCΥROTERO' scribit I 22, 12, ubi ΑΚΥΡΟΤΕΡΟΝ *VP* (gr. *R*), DE(s. l)MAGOGVS III 13, 3, ubi illi ΔΗΜΑΓΩΓΟΥC (om. h. l. *R*); II 22, 24 contra lin. 16, ubi 'caecias' *VPR*, lacunam reliquit *A*.

Ab altera tamen parte liber ille non vacat omnibus iis vitiis, a quibus ne antiquissimi quidem librarii liberi sunt. Haud pauca omittit, partim tantum sive homoeoteleutis sive litterarum similitudine explicanda, ut I 3, 18 'it' (= 'id') om. post 'dedit', ib. § 22 'singillatimat' praebet pro 'singillatim existimat', § 25 om. 'aut' post 'aut paribus'; I 4, 8 'enutabatque' legitur pro 'enodabat diiudicabatque'; 7, 6 'set verbum est' om. post 'est', 22, 11 'se' cum ς part. post 'superesse', sq. praeterea litt. e, II 7, 9 'mox tendemus' scripsit pro 'mox ostendemus', 8, 7, ubi lin. 20 recte 'sed' pro 'est' exhibet, lin. 21 'est' om. ante 'non est', IV 1, 12 universam sententiam a voce. 'homo sit' ordientem et in eadem exeuntem; praeterea I 22, 9 om. 'non' atque ibidem cum ς part. 'quod', ibid. § 11 'qui', II 8, 6 'praetermisisse', IV 1, 9 'non' (ubi 'nos' *VPR*); etiam singula vocabula interdum mutilantur, ut 'uidetur' I 4, 6 pro 'uidebitur', 'tare' pro 'taxare' II 6, 5, 'nauli' pro 'nauali' II 22, 23; non magis vero recte 'autem' post 'civitatem' addi videri I 6, 6 supra indicatum est. Haplographiae exemplum praeter ea, quae praecedentibus inserta sunt, praebet etiam 'imperabiturpia' II 7, 11, dittographiae praeter I 6, 6 modo l. 'qui pecuniam' iteratum I 4, 3; 'repre prehensionis' II 8, 9; falsa divisione verborum vitium ortum est I 4, 3 'habeo factum et' pro 'ab eo factum est'; I 6, 5 'de ciuili ut diceret' pro 'decuit aliut dicere'; eadem cum distinctione perversa coniuncta est II 9, 1 sq. 'significationi. sita' pro 'significationis ita', atque haec etiam puncto inter 'digna' et 'auditio' perperam interposito invenitur III 13 4; litterarum prava metathesi 'tamne' pro 'tamen' scriptum est I 3, 18, 'nobis' pro 'bonis' I 6, 8; saepe peccatum est in voce. terminationibus, cuius vitii origo interdum explicationem aliquam admittit, veluti I 3, 29 'decernendis' pro 'decernendi' sq. s litt., 4, 5 'conlatae' pro 'conlata' praec. 'pecuniae', 6, 4 'turpes' pro 'turpe' sq. 'esse' et 7 'orationem' pro 'oratione' praec. 'eadem'; sed m finale perperam additum etiam alias invenitur (I 3, 17; II 24, 5; 29, 17), tum s demptum (I 3, 28; 4, 3), 'uita' pro 'uitae' I 3, 18, 'quod' pro 'quos' III 13, 3;

rarius fere singulae litterae inter se permutantur quam universa vocabula neglegenter excipiuntur, qua in re saepius error ex proxime sive praecedentibus sive sequentibus oritur, veluti 'documentorum' (pro 'exemplorum') 'documentis' legitur I 3, 22, 'alia' male iteratur pro 'illa' ib. § 23, 'cauturum' sq. 'osurus' et 'amaturus' pro 'cautum' ibid. § 30; 'citius' pro 'Titus' sq. 'Castricius', praec. 'iniustitia' I 6, 4; 'consarcientis' pro 'consarcinantis', praec. 'dicentis', ut iam nunc arbitror, II 23, 21; 'eodem (propter proxime sequens 'in eodem libro') Varro' pro 'inde M. Varro' (ς; inde mauro *VPR*ς) II 25, 9; ex aliis permutationis vocabulorum exemplis afferatur 'orationibus' pro 'oratoribus' I 5, 2; 'parcentes' pro 'parentes' I 6, 8; 'argutiora' pro 'argutiola' II 7, 9; 'deprehensionis' pro 'reprehensionis' ib. § 13; 'aputauerunt' pro 'putauerunt' II 24, 5; 'sentitor' pro 'sentior' II 25, 9; 'dicere' pro 'discere' atque sigla male adhibita 'illutq.' pro 'illut quod' IV 1, 12, ut 'illutq̃.' pro 'illutq.' I 22, 13.

Haec si pleraque uni *A* propria sunt, in aliis cum cum aliis libris conspirare iam passim vidimus, alia mox addemus. Sunt vero hi libri non semper iidem: II 6, 5 bis cum libris Macrobianis congruebat, in aliis ibidem cum iis discrepans (cf. p. X)*), I 3, 19 'quod' cum 'melioribus' Carrionis 'libris' exhibebat, cum ς I 4, 3 vocabula quaedam Ciceroniana a *VPR* omissa servabat; cum Cicerone et ς etiam ibidem 'peeuniae' praebet (a pee-s. ee-unia *VPR*); paulo ante et I 3, 30 cum ς part. *A* 'fini ames' (finiam et *VPR*ς), et I 4, 2 'ita' itidem cum ς part. (et ita *VPR*ς); 6, 3 'incommodisque' cum *V m. rec.* ς, 'maioribusque' cum *Pm. rec.* ς, IV 1, 12 lin. 52 'quit' = quid ς (qui *VR*) quis *P*; aeque recte atque haec

*) 'vastiore est' h. l. etiam invenitur in Gell. ed. Rom. 'die Sexta Augusti' a. 1472, 'inclinatum est' codd. Gell. rell. (cf. p. X); fortasse ed. illa (num = ed. Gellii Ven. ap. Nicolson a. 1472?) ex Macrob. ed. Ven. eodem anno a Nicolson impressa haurire poterat (neutri mensis dieique nota videtur addita esse; equidem neutram inspicere potui); tamen etiam I 3, 19 'ignoranit' cum ε praebet *A*; IV 1, 12 'animal' a *VPR*ς om., etiamsi non eodem l. collocatum cum *A* et uno ς Dresseliano exhibent ε.

omnia 'fui' praebet cum *Rς* II 22, 25 lin. 72 (fuit *VPTY*), II 6, 4 cum *TYς* 'splendoribusque' (splendidioribusque *VPR*) itemque cum iisdem II 26, 2 'uocabulisque' (uocabulis *VPR*); I 3, 23 'subeunda' cum *TVm. rec.* ς (sua eunda *VPR*) et § 24 'generum' cum *Tr* (a generum *VP* agnū *R*); IV 1, 10 'postulas' cum *pz*, ubi 'postulans' *VPR*, et recte fere 'atapulus' II 22, 25 cum 'v. c.' apud *σ*, ubi 'ad (apud *R*) apulos' rell. Non recte contra ibidem cum *RTς* 'appellantur' praeferre videtur voc. et alias ap. G. et apud Apuleium usurpato, a *VPY* servato 'appellitantur'. Sed nec desunt loci, quibus inter tot discrimina, quae inter *A* et rell. codd., imprimis *VPR*, intercedunt, tamen hos libros omnes ex uno eodemque fonte oriundos esse vitiis quibusdam, quae omnibus communia sunt, demonstratur; veluti omnes I 3, 31 exhibent 'verbis ita scrib(s. p)sit'*), ubi certe sensum mancum esse patet, I 4, 8 'delectitabant', ubi ex certissima Th. Mommseni emendatione 'delecti lectitabant' legendum est.

Textum vero, quem reliqui libri praebent, partim cod. *A* 2. *VPR* deteriorem, partim praestantiorem esse, ex iis, quae modo exposita sunt, patet. Eclectica igitur ratione in verbis Gellii constituendis opus est, qua ita usus sum, ut in dubiis testem vetustissimum sequerer. Quod vero ad libros *VPR* aetate atque bonitate palimpsesto illi proximos attinet, eos ex codice aliquo ab ipso *A* diverso originem ducere non est quod accuratius exponatur, cum ne Graeca quidem inde hauriri potuerint**); ipsi autem hi libri in multis sibi tam similes sunt,

*) = *P*. quod in adn. om. est: unum ς 'uerbis ista' (voc. 'scripsit' om.) praebere, sedulo in adn. non commemoravi.

**) Hoc loco, ut hoc brevi comprehendam, videtur addendum esse, Apuleii et Nonii et Macrobii et Ammiani libros Gellianos, de quibus singillatim expositum est p. V sqq. (nam de Servio non habemus, quod proferamus), Graecis non caruisse: Apuleius enim l. l. ex Gellio II 22 et alia Graeca vocabula et etyma transtulit et versum illum proverbialem ξύλον ἐξ αὐτοῦ etc., Nonius s. v. fures p. 50, 12 apud G. I 18, 5 legit κλέπτης (v. ann. phil. 85, 714, ubi non satis recte Mercklini sententiam ibid. 83, 717 prolatam attuli); ibid. lin. 24, 26. 31 s. v. Eurum. Boream. Austrum Graeca etiam quaedam voce. ex G. capite modo l. de ventis

ut ex fonte communi eos derivandos esse negari nequeat*), quamvis etiam in multis ita inter se discrepent, ut ex uno eodemque exemplari descripti esse non possint.

Ad codicum horum inter se condicionem illustrandam pauca attulisse sufficiet: et maxime quidem inter se congruunt *VP*, quorum communem originem lucidissime illustrat CEITĥΓH in utroque I 11, 8 pro σιγῇ scriptum; adversus *R* hi codices consentiunt in iis locis, quos hic ex arbitrio suo detruncat, veluti, ne iterum III 10 afferam, non modo ipsa Graeca tantum non omnia omittit, sed etiam cum iis ea, quae ad ea introducenda addita sunt aut quibus immista sunt, ut I 11, 19; 15, 4; 11 sq.; 17; 19 etc., nec minus alia decidit, e. g. praeter singula aut pauca verba fere innumera I 6, 8 (cf. add.); 23, 4 sq.; IV 9, 5; VI 2, 7; 9, 17 sq., prorsus immutat (ut V 6, 12, ubi cf. adn.; 12, 5), perperam geminat (v. VI 11, 9), ne minora permulta afferam, ubi *VP* veram scripturam exhibent; in universum enim *R* neglegenter, partim neglegentissime scriptus atque erroribus scatens, plerumque incuria, saepius etiam licentia ortis: interdum tamen vel hic codex solus iustam scripturam servavit, veluti V 2, 2 unice ex exemplari suo descripsit verba 'hoc autem', quae in suo legere se non posse, quinque fere litterarum lacuna relicta iudicavit *V*, omnino

---

II 22 excerpsit. s. v. faciem p. 52, 27 πρόσωπον ap. G. XIII 30, 2 invenit, Ammianus XXIV 3, 12 'spadica' et XIV 11, 18 'phantasias', quae libri mss. Latinis hodie litteris exhibent, ex σπάδικα (G. II 26, 10 = III 9, 9, ubi sane etiam nom. 'spadix' invenitur, sicut etiam II 26, 8) et φαντασίας (G. XI 5, 6; XIX 1, 15) mutuatus est; Macrobius (cf. quae p. X n. * prolata sunt in disputatione de textu Gelliano a Macrobio adhibito) locis in adnotationibus indicatis praeter multa alia Graeca minora ex Gellii libris X sqq. desumpta ex G. XVII 10 sq.; XIX 2 Pindari, Alcaei, Aristotelis, Platonis fragmenta descripsit neque desunt apud eum Graeca nonnulla ex prioribus libris deprompta cf. G. I 16, 8; II 6, 9 sqq.; V 8, 10, sicuti etiam frustula Noniana et Ammianea, et ad hos et ad illos libros pertinebant.

*) De lacunis iis communibus cum maxime dictum est, de locis insiticiis mox dicetur (v. p. XCIV).

omisit *P* cum rell. (ς)*). Saepissime tamen, ubi hi tres codd. in universum optimam scripturam unanimi consensu servantes aut certe, ubi vulgaribus tantum levioribusque vitiis, quibus *R* potissimum, ut modo dictum est, scatet, deformantur, indicantes dissentiunt, *VP* adversus *R* coniuncti genuinam contextus verborum formam repraesentant; haud ita raro etiam *VR* adversus *P*, praesertim multa, singula plerumque vocabula ab hoc omissa servantes suo iure conspirant, quamvis etiam non desint loci, ubi *P* unice sequendus sit; minus saepe fere recte *PR* adversus *V* congruunt. Vbi omnes hi tres inter se dissentiunt, ex iis quae dicta sunt fere sequitur, plerumque modo *V* modo *P* sive rectam lectionem servare sive eius inveniendae viam optime monstrare.

Lacunas his omnibus libris communes inesse, supra (p. LXXXIII) indicatum est, nec singulos praeterea iis carere, de *R* modo paulo accuratius, de *P* et *V* in transitu significavimus; item additamentis quibusdam communibus eos non carere, mox de codicibus alterius partis una disputaturi ostendemus; hic adnotandum est, aliquotiens etiam codd. singulos binosve per libros hos singularia quaedam afferre: quo fere pertinent inscriptiones ab ipso contextu verborum alienae III 7, 19 'Verba Catonis' in *V* (et ς plerisque) et III 8, 8 'Epistola consulum ad Pirrum regem' in *VR* et nota V 11, 12 ab *R* margini adscripta: 'ſ de forma statuta'; praeterea afferam memoriam litterarum sacrarum in *P* I 12, 14 cum pontificis maximi mentione coniunctam 'sicut scriptum est' pro 'scriptum est'**),

---

*) Contra ibid. 7, 2 plene 'diffusa est' *P*, 'diffus est' *V*, *R* vero media trium fere litterarum lacuna relicta 'difu est'; medium contra tenuere *R*(*TY*) II 7, 22 'si additur' scribentes, a *V*ς om., a *P* 'turpia' ex praecedentibus inter utrumque voc. inculcato corruptum.

**) Non desunt alia Christianitatis librariorum documenta, addenda Christiana. iis, quae vv. dd. a RUngero ad Stat. ecl. ult. p. 103 sq. II. ipseque Ungerus ibid. p. 104 et ann. phil. 119, 504 atque OKellerus krit. Beiträge z. vierten Buche d. horaz. Oden (Vind. 1878) p. 18 sq. ed. sep. ex nunt. acad. Vindobon. expressae composuerunt: 'atheis' pro 'Achaeis' *Vrb.m.pr.* II 6, 7 et 'athei' pro 'Atei' ς XIII 12, 1; 'ecclas' pro 'et Ctesias' *ZB* (cf. *Q*) IX 4, 3; 'augustini nia' pro 'Augusti in nia' *Z* X 2, 2; 'missale' pro 'Messalae'

paulo antea I 8, 4 apud eundem interpretationem verbo rariori agglutinatam 'adagium. proverbium' atque explicationes in V in verborum ordinem illatas IV 11, 4 'subduceret . i . restringeret' et 'levigaret . i . solubilem redderet'.

Archetypus vero ille communis et praefationem et capitulorum indices et omnes hos septem libros Graecis suo loco insertis continebat: ex codicibus hodie superstitibus uni V praefatio quidem deest*), unus tamen idem illos libros plenos una cum Graecis continet; in *PR* exstat quidem praefatio, sed deest in *R*, ut supra indicatum est, extrema pars libri VI (VI 20, 6 lin. 31 sqq.; 21; 22) et totus liber septimus, desunt capitula, quae tamen ab eius archetypo non afuisse ex praefationis praesertim subscriptione (t. I p. 8) elucet, desunt Graeca tantum non omnia, *P* vero desinit haud multo post libri VII initium (4, 3 lin. 16), Graeca plena tantum usque ad lib. II c. 22 exhibet, lemmata extrema lib. I inde a vicesimo eiusdemque libri caput 1 cum maiore parte cap. 2 usque ad § 10 extr. libero spatio, ut dictum est, nimis angusto relicto omittit**). His codicibus ante *A* inventum solis iusta recensio inniti debebat, atque per omnes locos, ubi *A* non exstat, hoc est per longe maximam horum librorum partem, etiamnunc inniti debet. Ac Vaticani (*V*) quidem praestantia dudum agnita erat***), quamvis pauca inde adhuc innotuerint, Regio (*P*) et Rottendorfiano (*R*) recensionem suam superstruxit IFGronovius eumque secutus est Iacobus filius, atque hos tres libros 'antiquissimos eosque optimos Gellii codices' iure suo per hanc priorem partem vocavit Ritschelius parerg. p. 41.

Qpr. XIII 15 lemm.: 'scandaliario' pro 'sandaliario' *V* XVIII 4, 1: 'herodiotum' *QZ* XIX 7, 1: 'siloe' pro 'sileo' *H* ib. § 7; 'dominiĕ' pro 'domi nunc' *X* ib. 10, 12.

*) cf. tamen p. LXXXI n. *.

**) Post lacunam omnibus praeter *Aj* communem *P* duo verba a rell. omissa continere adnotatum est p. LXXXIII n. **.

***) cf. p. LV.

II. Codices librorum IX—XII.

1. *QZB* et *B*ᶜ

2. *XOΠN*

Ad libros IX—XX recensendos iterum duplex librorum familia sese offert, ex eodem quidem archetypo per ambages utraque originem ducens, ita tamen ut *Q* et *Z* una cum fragmento his paulo vetustiore, sed primores tantum libros (v. p. LX sqq.) amplectente *B* et *B*ᶜ inter se artius cognati alteram stirpem (I) efficiant, alteram (II) haud paulo vel fragmentum illud aetate praecuntes *XO*, uterque ab initio mancus, tum fragmento illi aequalis *Π* multoque recentior, sed ex libro codici *O* maxime simili, in fine demum libro aliquo recentiore adhibito accurate descriptus *N*. Hos codices omnes cum ipso codice *A* non cohaerere eo probatur, quod ex altera hac stirpe omnes, ex priore illa *ZB* Graeca continent, cum quibus artissima cognatione coniunctus est *Q*, ne id quoque addam, in eo etiam nonnulla Graecorum vocabulorum vestigia Graecis litteris, quae ab *A* plane afuisse videntur*), scripta inveniri. Sed neque ad cod. *A* archetypum hos libros referendos esse censeo, cum non dubitem, quin ab illo, si modo, quod fieri sane potuit, libros Atticarum Noctium viginti omnes continuit, lib. XVIII 9 initium aeque non afuerit atque I 2 finis cum initio cap. insequentis, cum utrumque locum etiam cod. *β* servaverit. Quod vero ad huius posterioris partis librorum Gellianorum recensionem attinet, iterum eclectica ratione utendum est: nam quamquam negari nequit, familiam I saepe unice aut ipsam genuinam lectionem servare aut eius inveniendae iustam viam monstrare, tamen vitiis hi libri saepe tam inquinati sunt, ut codd. familiae II ope ad verba principalia recuperanda carere non possimus**), ne id quoque addam, propter homoeoteleuta potissimum in illis non minus quam in his quaedam excidisse, quae ex altera classe suppleri possunt. Ab utraque vero classe nec lacunae absunt omnibus his libris

*) v. p. LXXXVI.

**) Vt uno inter permulta defungar exemplo, X 3, 13 lin. 74 sqq. in loco Ciceroniano or. in Verr. II V § 163, ne afferam 'Romanus' lin. 74 a *QZB* omitti, ibidem lin. 75 cum Cicerone 'populi Romani in' et lin. 76 'populi Romani' praebent *XOΠN*, 'appun' *Q* 'appin' *ZB* illic, 'p' ('per' scil. pro 'p. r.') *QZB* hic.

Additamenta per omnes libros.

communes (v. p. LXXXIII) nec suppositicia quaedam Gellii verbis inculcata, lacunis illis non minus communis originis documenta, quae nec a partis prioris libris *VPR* abesse et hic una cum illis indicatum iri significatum est p. XCI. Atque ut certiora quaedam, ut mihi quidem videtur, ex utraque parte delibem atque una varia quaedam harum interpolationum genera indicem, afferam interpretationem 'quae leporaria Varro dicit' II 20, 4 et falsam amplificationem 'amicos' ib. 29, 11 ex praecedentibus repetitas; adnotationem criticam in duas lacinias 'is cibus' et 'constat esse' discissam IV 11, 3: ad syntacticam rationem emendandam perperam intrusum 'sicuti' ib. § 14; sensu non satis intellecto 'ex' additum ib. 17, 8, 'gratiam' XII 9, 5, 'partem' XV 16, 3; lectionem geminam 'abinsumpsisti' (ab i sumpsisti V) VI 11, 9: vocabula 'magistratus verba' ad argumentum indicandum adscripta XVI 4, 2 (cf. ll. supra ll. III 7, 19; 8, 8; V 11, 12); formae antiquae 'tis' per recentiorem 'tui' explicatio XX 6, 9, et ut pauca alia breviter indicem non omnia aeque indubitata, quae tamen ex verborum ordine, quamvis partim non sine haesitatione, expuli I 13, 11 sq.: 18, 6; III 1, 13; IV 11, 13; IX 4, 6; XII 4, 4 v. 27; XV 13, 1; XVI 10, 5, de quibus singulis locis adnotationes conferendae sunt; alia in his modo commemorata sunt, ut IV 1, 19; XVI 4, 1, nonnulla olim pro insiticiis habita nunc sive intacta sive immutata in verborum ordine relicta sunt, veluti II 22, 21; III 16, 8; praesertim vero huc pertinent asyndeta illa notionum coordinatarum, vulgo praecuntibus e particulis copulativis conexarum, quarum alteras equidem praecuntibus passim aliis olim alterarum interpretationes esse credidi; qua de re quae dicenda erant, dicta sunt eo loco, qui in adn. ad praef. § 18, ubi primum huius asyndeti usum apud Gellium deprehendisse mihi videbar, indicatus est.*)

Sed, ut ad posterioris partis libros redeamus, communem

*) Scil. ne lectoribus curiosioribus incommodum afferam. in comm. 'zur Kritik v. Cic. Rede für A. P. Sestius' inscripta (Lips. 1881) p. 32. 30 = ann. phil. suppl. 13. 57, 31.

horum omnium originem esse patet; ut unum tantum exemplum afferam in loco Ciceroniano epp. IV 4, 4 'quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rem publicam non putare' omnes hi libri Gelliani pro 'offensionem' praebent 'occasionem', pro 'rem publicam' vero 'rem im(*s.* in)perite', nisi quod ex eodem certe fonte levi litterarum metathesi 'imptire' scripsit *Q*. Inde etiam non mirabimur, quod utriusque familiae libri non semper plane inter se separati sunt, velut XII 13, 20 verba 'tum quae terra ad eam partem foret' post 'foret' adsunt in *QBX*, desunt in *ZΠN* (nil nisi '&' ibi exstat in *O*); saepius igitur singuli codd. cum alterius familiae codd. congruunt, ut *X* cum libris familiae I adversus *OΠN*, haud raro illis ibi praeferendos; sic *OΠN* inter libros meliores soli Gracca afferunt XIX 2, 5; 5, 9; 9, 6*), non tantum more suo a *Q*, sed etiam a *ZX* (et c. 2 et 5, quae in *TY* exstant, ab his) omissa; sic *OΠN* XVII 6, 7 plena omnia exhibent variis modis per homoeoteleuta decurtata in *QZX*, XX 1, 20 contra 'quoque' recte exstat in *QZX*, abest ab *OΠN*, XVII 9, 17 'id promiserat misisse' *QZX* 'id p̄dixerat misisse' *OΠN*, ubi hoc fortasse praeferendum erat, cum illud ex litteris 'mis' repetitis originem ducere videatur, XIX 10, 13 lin. 53 recte 'errat' *OΠN*, 'erat' *QZX* (§ 12 lin. 46 'errat' *XΠN* 'erat' *QZO*), ib. § 14 'inscitiores' recte illi, 'inscitores' hi: sic recte XX 1, 25 *OΠN* 'aevitasve', quod in 'ae nita suae' discinditur in *ZX*, in 'e nita sue' in *Q*.

Singuli vero huius quoque partis libri omnes sua sibi peculiaria habent, ut pateat, nullum inter eos ex altero transscriptum aptumve esse: ex prioris familiae codicibus nullus est, quin uno alterove loco unice iustam scripturam servet aut dilucide monstret, imprimis *Q*, quamvis in universum neglegentissime scriptus ac vitiis vulgaribus scatens. Ex alterius familiae libris *ON* fere maxime ad archetypum sese applicant, ut tamen in *N* interdum lectiones ex codd. deterioribus (ς)

*) Manca exhibet *O* cap. 2; ib. 4, 6; 11, 2 etiam in *Z* Graeca leguntur.

sese insinuaverint; *X*, quamvis alibi, ut vidimus, saepius cum codd. familiae I consentiens, et *H* magis ab illo recedunt, atque ille quidem codicibus *ON* fere rusticior, hic illis licentior. Ad
3. Franeq. hos codices pertinet Franequeranus, interdum tamen cum codd.
4. *TY* familiae primae consentiens, *TY* vero per libros posteriores similem fere inter utramque familiam locum obtinent, saepius tamen fere cum priore familia quam cum altera conspirantes; per libros priores cum codicibus *VPR* modo omnibus, modo binis singulisve fere consentiunt, aliquoties, et paucis quidem locis una cum *A* (v. p. LXXXIX), cum recentioribus faciunt, satis raro soli sive coniuncti sive singuli*) veram lectionem praebent; paulo saepius corruptelis a generali scriptura alienis deformati sunt. Cum libris prioribus uno volumine coniunctos esse vidimus (p. LXVI sq.) duos codices libros
5. Vat. 3452 pars altera 6. S. Germ. 643. IX—XX continentes, Vat. scil. 3452 et S. Germ. 643: de priore illius parte *V* supra egimus, huius libros priores ad vulgus codicum noviciorum pertinere significavimus. Per libros posteriores uterque familiae *XOHN* exemplar deterius, corruptelis et interpolationibus refertum repraesentat, cuius ad textum emendandum nulla fere ratio habenda erat.

III. ς Quod vero ad codd. ς pertinet, quibus libros universos contineri diximus, ex iis, quae antea dicta sunt, sequitur, ex his solis, ne spuria libri XIX lemmata afferam (v. p. LXXXII), libri VIII lemmata et cum Vat. 3452 et *N* ibi suppletis, ut eodem pertineant, extremas paragraphos libri XX inde a § 7 capitis paenultimi hauriendas esse: tum imprimis adhibendi sunt in maiore libri VII parte inde a c. 4 § 3, ubi solum praeterea superstitem habemus cod. *V*, cuius vitia vulgaria sane plerumque etiam sine tali auxilio corrigenda saepius illi, sive omnes sive nonnulli aut singuli, vitant, dum in reliquis iisque gravioribus *V* plerumque unus dux sequendus est, alibi omnes corruptela vel eadem vel in ς ulterius provecta invasit**).

---

*) Cum Macrobio *T* unum XVII 3, 12 facere dictum est p. X n. *.

**) Cum *V* magis quam reliqui ex ς conspirat Vat. 1532 (*tc*), qui ex utraque recensione ita conflatus est, ut non dubitem, quin ipse *V* ad

Sic etiam per reliquos Noctium Atticarum libros interdum rectam scripturam soli hi libri omnes partimve non ubivis certe ex mera coniectura praebent*); in universum tamen textum exhibent in libris prioribus ex cod. familiae *VPR* cognato**), in altera parte ex cod. familiae *XOΠN*, praecedentibus fere libris modo productis Vat. 3452 et S. Germ. 643 per varios corruptionis gradus pessumdatum, cuius depravationis exempla ad textus q. d. historiam aliquatenus illustrandam interdum, ubi ex re esse videbatur, adscripsi.

Loci Graeci.

Ad locos Graecos recensendos, ne quae de paucis quibusdam Macrobianis supra (p. X n. *) prolata sunt repetam, potissimum, ut ex iis quae dicta sunt patet, per libros I—VII *V* et cum eo usque ad lib. II c. 23 *P* adhibendus erat, per alteram partem inde a libro nono *ZXOΠ*, quos libros omnes ex fontibus genuinis hausisse patet, quamquam imprimis singulis locis aut decurtatis aut plane omissis haud raro inter se differunt, cum alia Graeca in omnibus libris amputata sint***). Praeterea ex libro aeque fido per partem illam posteriorem Graeca descripta sunt in cod. *N*, per omnes libros itidem

---

mixturam hanc procreandam adhibitus sit; quod ut perspiciatur, varias eius codicis scripturas per illa capita adnotationibus inserui.

*) Veluti, ut nonnulla tantum afferam, ne iterum indicem, eos interdum cum auctore epitomes Lactantianae et Macrobio adversus codd. superstites conspirare, II 27, 3 om. indicium argumenti, quod in *VPR* in ipsum verborum contextum se insinuavit; III 2 lemm. exhibent 'dierum' (deorum *VP*), § 15 'medios' cum Vergilio nonnulli, alii cum *VPR* 'media'; VI 2 lemma recte fere aut levius a iusta scriptura aberrantes quam *VP* ordiuntur; IX II, 3 lacunam explent ad sensum certe recte 'fit' voc. inserto; XVI 4, 4 'aditurum' ex iis recipiendum est etc. Vbi libri meliores dissentiunt, nisi omnino ab iis aliena praebent ς, aut idem dissensus in his invenitur, ut II 2, 9 partim recte cum *P* exhibent 'discumbatur' ('discumbetur' *VR*ς), aut omnes, quotquot inspexi, ab alterutra parte stant, veluti ib. 6, 11 'illud' cum rell. tuentur adversus 'aliud' in *P*, 'appellabatur' ib. § 25 cum uno *V* adversus 'app(ap *R*)ellatur' in *PRTY* scriptum.

**) Nam non omnino ad eandem familiam codd. ς pertinere id docet, quod eos interdum cum *A* facere animadvertimus p. LXXXVIII sq.

***) v. p. LXXXII sq.

litteris maiusculis ex exemplari vetustiore vel potius ex singulis utriusque partis exemplaribus vetustioribus m. altera adiecta
Vrb. 309. in cod. bibl. Vat. Vrbinate 309, saec. XV, quae saepius in subsidium adscripsi. Atque per libros priores ne spatium quidem a pr. m. iis G. modo littera indicatis adsignatum erat, per libros IX—XX locis ad ea inserenda vacuis relictis in ipsum verborum ordinem inferri poterant*); ac per illos quidem libros spiritibus plerumque et accentibus munita sunt, quibus per hos plerumque carent. In codd. ς partim Graeca etiam ex vetustioribus libris hausta sunt, in aliis misere foedata et interpolata, atque inde in editiones veteres recepta, partim vero ex editionibus illis inserta, quorum fere rationem non habui.

Codd. manus alterae et recentes.

Omnes vero fere codices praeter *A* non omnino intacti remanserunt, sed passim mutati sunt. Iam ab ipsis manibus primis aliisque sive aequalibus sive haud multo recentioribus errores leviores neglegentia orti passim correcti sunt, quod imprimis ad cod. *B* pertinet. Hae autem manus haud raro varias lectiones ex aliis libris petitas superscripserunt sive ad illos libros, libro totius codicis archetypo fere deteriores, primarias scripturas, saepe una ab iis radendo omnino deletas aut certe lectu difficiles redditas, immutaverunt. Haec omnia litteris singulis codd. tributis, sed minoribus indicata sunt (raro, ubi ad rem facere videbatur, addita significatione '*m. pr. corr.*'); ipsis litteris illis maiusculis add. nota '*m. rec.*' significatae sunt similes primariae scripturae immutationes recentiores plerumque cum corruptis vel interpolatis codd. ς scripturis congruentes. Etiam a codd. ς plerisque nec variarum lectionum significatio nec corruptelarum partim emendatio partim in peius mutatio abest, quod aliquoties ubi ex re videbatur illos codices adhibere indicatum est.

His omnibus per maximam libri primi partem ac per paucos locos lib. IX et X ac XVI—XVIII accedunt quae ex codice
IV. ♃ Buslidiano (♃) a viris doctis olim excerpta habemus, de

*) Omnino omissa sunt in praefatione, litt. ti. modo indicata.

quibus cf. p. LXXV sqq. De libro illo iudicare non est facile; non plenum fuisse, sed aliquot tantum libros eosque ordine omnino mutato continuisse, nobis tantum per primum librum ampliora ex eo excerpta nota esse, de reliquis huius prioris partis libris nihil omnino compertum nos habere, ex libris posterioribus perpauca tantum tradi, supra sive expressis verbis diximus sive significavimus. Accedit, quod permagnam huius notitiae partem et per librum primum fere omnem uni Ludovico Carrioni debemus, cuius nec accuratio nec fides talis est, ut sine ulla suspicione omnia ab eo memoriae tradita pro veris accipere liceat*).

*) Carrionis non tantum vanitas et iactantia, sed etiam improbitas, fraus, furta identidem notantur: stellionem vocavit Lipsius, vehementissimis eum criminationibus accusat IIScaligér (praeter ea quae a vv. dd. infra ll. afferuntur cf. Scaligerana s. v. Carrio et Carrion p. 81 sq. ed. Colon. a. 1695 atque ipsius Scaligeri epp. Francogallice scriptas ed. Tamizey de Larroque p. 101; 142; 204; 208); ut unum tantum, idque gravissimum, afferam, Iusto Lipsio (ep. CCXXXIII in Burmanni syll. epp. I 238 cf. etiam Scaligeran. l. l.) narrat Scaliger ex Gellio quodam a Cuiacio cum veteribus codicibus collato quaternionem eum furatum esse, ut coniecturam aliquam (Scaligeri scil. ipsius secundum Scaligerana) ad Menandri ap. G. II 23 versus suam faceret: anno post se confessionem ab homine nihili extorsisse, ac quaternionem deinde. Etiamsi alia, quae adversus eum proferuntur, minus gravia sunt et passim excusari possunt, veluti, ipso Thomasio non refragante, id quod Iac. Thomasius de plagio litterario (Lips. 1673) § 378 sq. de coniectura quadam MADelrii a Carrione occupata narrat et falsa aetatis cod. Colonicusis Valerii Flacci aestimatio (cf. Thilo praef. ed. Val. Flacci p. LXX sq.: CSchenkl nunt. ac. Vind. cl. ph. hist. LXVIII p. 317; Baehrens praef. Val. Fl. p. XI), in universum tamen negari non poterit, iudicium illud severius de eo ferendum esse cf. ne multus sim. Schenkl l. l. p. 316; MBechert de M. Manilii emendandi ratione (Lips. 1878) p. 6 sqq. quosque afferunt; id unum addam Lachmanno quoque mendacii eum arguendum visum esse in adn. ad. Luer. II 850. Lud. Carrio (*).

In G. paucae tantum lectiones reperiuntur aut a Carrione plus semel aut et ab eo et ab aliis ita prolatae, ut neuter ab altero penderet. et in his, si illorum temporum rationes spectamus, differentias quidem nonnullas, quae neglegentiae suspicionem moveant, quae fraudis consulto commissae, nullam invenimus cf. I 15, 1 lin. 9 adn. et I 18. 1, ubi 'latinū prius' et 'resolueret' ex β affert z AL III 17 'prius Latinum' et 'resoluerit' simul 'operarum vitia' in loco illo commissa incusans zv et quae Lipsius ad IX 13, 12 lin. 26 attulit cum Carrionis AL II 1 composita.

Quod tamen summum est, finem capitis 2 atque initium capitis 3 libri I et initium capitis 9 libri XVIII in Buslidiano servata esse, id omni dubitatione caret; utrumque enim caput ἀκέφαλον a Guil. Cantero, homine indubitatae fidei*), ex β ab initio plenum redditum esse vidimus et, quem Carrio primus ex eodem protulit, finis cap. 2 lib. I non minus illis additamentis Canterianis, quod ad argumentum et ad orationis formam attinet, omni suspicione vacat, sed una cum toto fere initio capitis insequentis etiam in codice A, teste fidissimo, ante aliquot decennia inventus est. Vnde hoc certe colligendum est, propiore cognatione quam cum ullo alio libro hodie superstite codicem β cum libro illo vetustissimo coniungendum esse**); ex ipso A quominus deducatur, iam varietas lectionis utriusque libri in initio cap. 3 lib. I fere videtur impedire,

---

Nec maioris fere momenti, quod I 4, 1 'pleraque' ex β adiectum in κ teste κν omisit AL. I 19 et quod I 22, 10 admonendum esse videbatur. paulo gravius, quod quae I 21, 4 ex β profert κ, ea tanquam sua proposuerat AL III 12 et quod tria testimonia ad I 1. 1 ab eo prolata (cf. adn. et add.) non omnino inter se consentiunt. Et talibus certe vitiis nec ea carebunt, ad quae examinanda auxiliis, ut ita dicam, externis caremus; omnino ficta mihi videtur 'veterum librorum' scriptura 'infrunita' IV 9, 13 prolata emend. II 8; quanta licentia occasione oblata in editione Stephaniana uti sibi licere opinatus sit, p. CXX ubi de editione illa agetur, notabili aliquo exemplo proposito indicabitur.

*) Broukhusius ad Prop. III 2, 29 narrans, Canterum l. aliquo novarum lectionum tradere, Carrionem ibi in libro quodam pro 'ergo' perspicue 'illic' legisse, 'crederem' ait 'si id legisset Canterus'.

**) In archetypo cod. *R* (*VP*) eadem adfuisse videri indicatum est p. LVIII; nam adnotatio marginalis cod. *R* ibi proposita certe non ad Graeca I 2, 8 sqq. omissa spectat, quae in ipso contextu litteris 'gr.' ut assolet significata neque umquam praeterea aliter in eo codice notata sunt. Cognatio vero illa inter codd. Aβ eo propior aliquanto fit, quod etiam β Graeca videtur omisisse; ad I 8, 5; 15, 17; 22, 9 Graeca vocabula in eo deesse apertis verbis testatur Carrio (κν p. 45; 75; 105) cf. etiam κν I 2, 4 p. 15, quae adnotatio describetur ad ed. Steph.; versum Homericum a Cantero hunc locum ex β edente omissum merito de suo addidit κ AL III 17; Ὀδύσσεια tamen ibidem scripsit Canterus, at ego inde pro certo affirmare non ausim, hoc voc. Graecis litteris ibi in β exaratum fuisse; sane quidem III 16, 11 ex libris Ὀδυσσείᾳ edendum erat, VI 7, 11 vero 'Odyssia': de I 7, 19 v. add.

etiamsi Canterum in minutiis ex β describendis pro temporum illorum ratione non nimis accuratum fuisse concedas*); sed nisi fraudem aut graves errores in reliquis cod. β scripturis a Carrione potissimum prolatis statuas, alia quoque haud pauca ita comparata sunt, ut β omnino ex *A* derivari nequeat: omittere dicitur β bis I 3, 21; 7, 5 voce. 'in eo', complura, quae omnia in *A* omnibusque reliquis libris exstant**), in loco prorsus ab eo pessumdato I 7, 9; 'sacerdotium' I 12, 6; idem solus male 'accuratior' addit I 5, 2***) et, ut alia nonnulla afferam, in quibus cum cod. *A* plerumque solo, partim cum aliis reliquisve omnibus discrepat β, cf. adnott. ad I 3, 23; 30 lin. 138†); 4, 7; 8; 5, 1: 6, 3; 4; 6; 8; 7, 9; 12, 5, in quibus fere omnibus lectiones deteriores, erroribus interpolationibusve inquinatae ex eo proferuntur; alibi leviora illa vitia, quibus nec cod. *A* carere vidimus, cum aliis reliquisve omnibus vitat. Ab his etiam in iis, ubi *A* deest, saepe eum discrepare, vix est, quod post ea, quae hucusque prolata sunt, addam: enotabo tamen praeter cap. 9 lib. XVIII initium supra l. iustum additamentum a Raevardo primum indicatum ab eo praeberi I 12, 11††), nec minus recte se habent quae ex eo uno recepit ϰ I 1, 3: ea autem voce. a β servata, quae in rell. propter homoeoteleuton XVII 2, 13 exciderunt, vel eo confirmantur, quod etiam in *Z*†††) inveniuntur.

*) Vel minus certum indicium inde desumas, quod I 2, 13 voc. 'ipsum' ('ipsinm' *A*) a ϰ et AL I 19 et in ed. omittitur.

**) cf. etiam I 9, 12 lin. 44 adn. Quae *A* recte addit I 4, 3, neque ex β proferuntur et certe ab eo aberant.

***) Num etiam 'pleraque' per se sane tolerabile I 4, 1?

†) In hoc loco maxime memorabili ϛ sua aperte ex notitia cod. β a ϰ proposita hausit.

††) Perperam hoc additamentum. in rell. propter homoeoteleuton omissum addubitavit c; β etiam significari credas ϰν I 11, 4, ubi 'meliores membranae' voce. 'delectabili atque adeo' ante 'venerabili', recte ut arbitror (cf. ibi adn.), exhibere dicuntur; ib. § 8 lectionem praeterea quidem pleniorem recte β dicitur praebere, uno tamen voc. carentem, quod ex rell. supplendum est. De I 21, 4 cf. adn.

†††) Haud etiam (v. add. ad eum l.) in *Q*.

Prava autem additamenta per eos locos libri primi, quibus cod. *A* periit, in uno β inveniri dicuntur c. 8, 3 et 23, 4 (coll. ib. § 7)*), male idem sive singula sive aliquot verba omittit**) c. 2, 5; 7, 10; 20; 9, 2; 4; 11, 9 (ubi alia om. *P*); 13, 7; 18, 2 lin. 17 nec fere est, cur 'varia', a β solo l 11, 12 om., pro insiticio habeamus; paulo magis dubitare licet de pretio additamentorum c. 2, 4 et 6 atque 9, 6 (consentientibus quadamtenus 'conlectaneis' v. xv). Praeter accessiones supra allatas ex β solo recta scriptura 'numero' affertur in loco Plautino c. 7, 17 testante etiam LFruterio nec minus ex eodem libro indicativum 'docent' c. 3, 16 recipiendum esse putavi et 'milli' (= Macrobii *P*; σ certe ex β apud xv fluxit) in versu Luciliano c. 16, 11, ubi 'mille' rell. cum Macr. *B*; ac recepissem 'eique' c. 23, 13, nisi perperam fortasse dubitassem, an aut ex ipso Macrobio aut a χ ex Macrobio in β illatum esset; saepe plane singularia proferens a reliquis omnibus ita recedit β, ut aperte corruptus aut interpolatus videatur, alia ita comparata sunt, ut, si omnino Carrioni fides habetur, per se admitti possint, sed in re incerta codd. pleniores et plene notos meliorem recensionem omnino praebentes per hos quoque locos secutus sum. Alibi etiam β cum his contra libros deteriores facere aliquoties dicitur, ut c. 7, 20 cum *VPR* teste etiam LFruterio praebet 'clauderet' ('clauderetur' ς).

Per libros posteriores inde a nono non ex uno tantum, sed ex compluribus libris (IX; X; XVI; XVII; XVIII) scripturas ex cod. β nobis traditas esse, perpaucas sane ac dispersas, easque et ipsas plerumque Carrioni deberi iam indicatum est. Item vidimus in hac altera quoque parte codici illi singulare plane pretium tribuendum esse, cum iustissimum additamentum prabuerit, quo libri XVIII cap. 9 initium a Guil. Cantero, homine fidissimo, suppletum est, atque alterius quoque supplementi (XVII 2, 13), a Carriono prolati, quod

---

*) Vocc. quoque 'quod audierat' in l. plane mutato c. 23, 10 inserta pro genuinis non habenda sunt.

**) Teste scil. per haec omnia uno χ.

codice *Z* confirmatum est, mentionem iniecimus. Reliqua per hos libros ab aliis praeter Carrionem prolata*) et perpauca et satis levia sunt: unum fere memoria dignum et plane singulare, quod IX 13, 17 teste Lipsio epist. quaest. IV 2 (a. 1577) 'istius' praebet, non recte a x AL II 1 (a. 1576) probatum**), recte fortasse a Lipsio in 'ictnis' mutatum, ut verae scripturae vestigium indicet (in ictu *Q* icti *rell.*); praeterea idem ibidem inde ex § 12 profert 'lingua exerrare' = *ZBXΠNTY*, ubi *Q* recte 'linguam exertare', LFruterius verisim. III 11 ex X 15, 28 'in rita', quod proxime ad rectam scripturam 'in rica' a doctis saec. XVI hominibus certatim inventam accedit, cum *ZBNT*, 'felici' cum reliquis omnibus. A Carrione praeterea, ne IX 13, 7—19 iterum afferam, cod. β lectiones indicatae sunt ll. in adnotationibus ad singulos illos locos adnotatis, IX 12, 15; X 20, 10; 21, 2; 26, 2; 3; 10; XVI 9, 5; XVII 2, 16. Atque affertur ex β iustum additamentum X 21, 2 propter homoeoteleuton in *XOHN* omissum, quod etiam servatum est a *QZB****); vix recte solus om. vocc. 'in collum' IX 13, 18 et fort. 'cinctus' ib. § 14, nisi id incuriose om. Carrio; scriptura aperte recta ex eo solo numquam per hos libros affertur: XVI 9, 5 scriptura ex uno β adnotata 'omnino' (horum omnium *rell.*) ferri sane possit; verborum ordo IX 13, 14 mutatus, cui per se nihil obstaret, num ad cod. an ad Carrionis neglegentiam pertineat, dicere non ausim; fragmentum Sallustianum X 20, 10 ita, ut ex β recte affertur, in omnibus codicibus exstat, item 'praeceptus' X 26, 3; 'figuratione' XVII 2, 16, si modo 'vetus liber' ibi l. β est, ut mihi quidem videtur probabile esse, etiam in *QZ*

---

*) X 23, 5 ad Carrionem, non ad Lipsium referendum erat.

**) Vix crediderim, a Lipsio hoc ex x l. l. haustum esse, cum lectionis § 12 ab illo eodem l. prolatae (v. supra) x mentionem non iniciat. Omnia a § 7—§ 19 'uti legi debent ex cod β' l. l. protulit x, sed de singulis eius cod. lectionibus tum demum testimonium eius proferre licet, ubi expressis verbis ei a x adscribuntur.

***) 'ac postprincipia' (post *principia al.*) XVI 9. 5 codd. omnes exhibent, om. tantum *e*.

legitur; IX 13, 10 contra 'conclamat', si accurate Carrio rem egit, recte exhibet ϰ cum *XHNTY*, ubi 'conclamūt' *QZB*; non recte contra ibidem § 8 adversus horum librorum scripturam 'utrisque', β 'utrique' exhibet cum *HNTY* (utriusque *X*); multo saepius autem aperte prava ex eo proferuntur a Carrione v. adn. ad IX 12, 15; 13, 15 et 17 (ubi σ sua inde hausit); X 23, 5; 26, 2 et 10.

Ex paucis his adnotationibus, etiamsi Carrio neglegenter magis quam consulto prave nonnulla protulit, conicere licet, etiam per libros posteriores codicis β condicionem eandem fere fuisse quam in libro primo: saepe ab omnibus libris recedit, in reliquis neutri librorum familiae adnumerandus est. Singularis igitur plane locus libro huic aeque manco ac parum noto, cui tamen iusta aliquot additamenta partim una cum cod. *A* partim soli debemus, assignandus est. Propter illa autem additamenta id iam negari non poterit, eum ex archetypo fluxisse, ad quem inter codices hodie superstites per partem priorem unus *A*, per posteriorem nullus pertinet.

Archetypus codd. *VPR QZBXOΠTY*

Codices vero *VPRQZBXOΠTY*[*]) sane etiam vitia monstrant eo tempore orta, quo maiusculae litterae adhibebantur, alia autem ita comparata sunt, ut non directo ex maiuscula scriptura eos fluxisse perspiciatur, sed ex scriptura minuscula ante eam certe aetatem confecta, qua iusta verborum divisio plene instituta erat, sed haud diu ante eam aetatem, qua codices vetustissimi praeter *A* hodie superstites *OX* conscripti sunt: insunt enim tales in litteris permutandis errores, qui ad scripturas minusculas illas nationales saeculi Carolingici nos deducant, ut el et d praesertim et r et s litterae inter se permutatae, dum alii non nisi siglarum demum inde ab eo tempore adhibitarum sive permutatione sive perversa interpretatione explicari possunt, quarum omnium exempla satis frequentia praebent adnotationes. Ex pleniore autem fonte, etsi lib. XIX argumentorum indice et ipso carente, qui libri VIII lemmata continuerit et librum XX paulo longius con-

*) De cod. *X* cf. p. XCIII.

tinuaverit, praeterea praefationem in finem reiecerit ac libros VI et VII transmutaverit, codd. ς archetypum fluxisse ex iis, quae supra (p. LXXV) exposita sunt, patet; eum iam ex duabus partibus, altera libros septem priores, altera posteriores duodecim continente conflatum esse crediderim.

Codd. hos ς omnes non ita examinare nec potui nec, cum ad ipsa G. verba recensenda atque emendanda nihil fere inde lucrari possem, volui, ut de eorum inter se conexu iudicium proferre possem; de codd. praestantiorum stirpe ac familiis, quatenus ea dignovisse mihi videor, ac de universis Noctium Atticarum fatis, quantum mihi innotuerunt, cum maxime disserui. Haec vero traditionis Gellianae, ut ita dicam, historia non modo tam perplexa, sed etiam tam manca est, ut equidem stemma, quod vocant, ab ipsius auctoris chirographo oriundum eiusque fata inde ab Apulei exemplari usque ad ς uno obtutu explicans, cum satis plenum ac perfectum addere non potuerim, omnino non addendum esse crediderim, ne vana aut saltem incerta pro certis venditaturus esse viderer.

Omnia haec si frequenter non satis absoluta videbuntur, aequi iudices praeter ea, quae ad rationes meas personales supra indicatas spectant, id velim considerent, optimos quidem libros, ad quos Gellius recensendus esset, a Gronoviis plerosque indicatos et in usum vocatos esse, sed inde ab eo tempore i. e. per ducentos prope annos, quibus tota haec ars solidis demum firmisque fundamentis superstructa est, neminem Noctibus Atticis continuo recensendis atque emendandis operam dedisse, ut praeter insignem recensionem lib. III capitis 3 Ritschelianam ac singulares aliquot emendationes nihil, quo per totum hunc longinqui operis decursum uti possem, ab hominibus doctis saeculi XVIII et XIX praeparatum esset.

Quod denique ad Noctium Atticarum editiones attinet*), Editiones. Aetas I.

*) Tabulam omnium editionum satis absolutam praebet FLASchweiger in libro accuratissimo atque utilissimo 'Handbuch der classischen Bibliographie' II 1 (Lips. 1832) p. 375 sqq.; II 2 (1834) p. 1338 sq. cf. *i* ed. a. 1706 pone praef. f. ssss sqq.; p. XXXVIIII sqq. Conr.; Fabricii

Ed. princ. Rom. a. 1469.

princeps editio in forma maxima prodiit 'Romae in domo Petri de Maximis per Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz' vere (d. 11. m. Apr.) a. 1469. Editoris vices agebat vir scriptoribus permultis edendis de his nostris litteris meritissimus Ioannes Andreas episcopus Aleriensis. Aperte usus est codice integro, i. e. novicio et interpolato: in epistula ad Paulum II P. M. editioni praemissa*) perdifficilem duramque inprimis esse provinciam conqueritur, Aulum perpetuo lectitare, 'quia vix', inquit, 'Noctium ejus ulla erat, ... que sic legeretur, ut non aliqua, et persepe magna, pars ejus inassequuta minusque percepta linqueretur. Nam et multa Latina erant, librariorum inscitia, negligentia, socordia, depravata, et multo plura Greca propter linguae desuetudinem, corrupta, trunca, manca'**). Narrat deinde, iam temptasse quosdam utriusque linguae non expertes, hanc Latinis gemmam, hunc, ut vere dixerit, unionem detergere atque perpolire et omni sui parte lucentem ac nitidum reddere. Quos aut rei difficultate aut aliis occupationibus distractos, quod quidem sciatur, ab opere suscepto destitisse. Qua re motus ipse ad Gellium edendum accessit confisus, ut ipsius iterum verbis utar, praecipue de summa eruditione et benevolentia sui Theodori Gazae, qui non in una aliqua seorsum facultate, sed in omnibus generatim animi ingenui disciplinis esset doctissimus. 'Theodoro igitur opitulante', pergit 'multa, ut arbitror, Latina feci veriora, et ut Graeca Latine legerentur, consequutus sum'. Similiter distycha undeviginti ad calcem operis addita ab eiusdem societatis mentione ita ordiuntur:

---

bibl. Lat. III p. 6 sqq. Ern.; ed. G. Bipont. I p. VIII sqq.; λ I p. XIX sqq. His pauca addi possunt, imprimis ea, quibus index Bipontinus auctus est in ed. G. Londinensi a. 1824 (ex ed. IGronovii cum notis et interpret. in us. delph. etc. III 8) p. 1655 sq.; ea, quae ad haec supplenda ipse afferre possim, pauca sunt et minutula memoratuque hoc loco vix digna.

*) Iterata est in libro inscripto 'praefationes et epistolae editionibus principibus auctorum veterum praepositae curante Beriah Botfield A. M.' (Cantabrigiae 1861) p. 80—89; p. 90 ibi exstant distycha cum maxime commemoranda.

**) p. 80 B. cf. p. 87.

'Aulia mi quondam predigna volumina clausa,
Te pandente forem, iam Theodore lego.
Tu quencumque iuvat, mecum has evolvere Noctis,
Illas cum gaza me vigilasse tene.'

Insunt Graeca additis versionibus Latinis, a vocc. 'id est' incipientibus*). Verba tradita, ut codicibus comparatis patet, saepe non sine acumine ita mutaverunt editores, ut iustus sensus evaderet**): 'Gelium' ait Io. Andreas***) 'conati sumus intelligere; si omnia non recte pureque intelleximus, ad aliquam tamen intellectionem patefecimus melioribus viam'. Sequitur index capitulorum, qui teste Schweigero in aliquot exemplaribus in fine totius operis collocatur, expl. textus in vocc. 'quaeri invenirique possit' (praef. § 25) sequentibus distichis illis et subscriptione 'Anno Christi M. CCCC. LXIX., Paulo regnante II., anno eius V., die vero XI. mensis Aprilis. In domo Petri de Maximis.'

Ex hac editione in eadem domo Petri de Maximis ab iisdem typographis tribus annis post omissa tamen epistula illa ad Paulum II data expressa est editio altera (Romae a. 1472 d. 6 m. Aug. fol.). Rom. a. 1472.

Vtraque editione olim, cum editioni meae priori conficiendae operam darem, per aliquod temporis spatium usus sum, principe ex bibliotheca Gottingensi, altera ex bibliotheca Guelferbytana mihi commodata, usus est praeterea et satis accurate per priores certe libros excerpsit ALion; ex principe expressa esse dicitur utraque ed. Veneta a. 1472 et 1477; sed nec Brixiensis a. 1485 (fol.) longe, ut satis compertum habeo, ab ea differt, ut plerorumque, quae in ed. Brixiensi contra libros novantur, auctores sint vel IAAleriensis vel Theodorus Gaza.

*) Qua de re fuse disserit ep. l. p. 86 sqq. B. Idem mos in subsequentibus editionibus ante Aldinam servatus est cf. p. CXII.

**) Theodorum Gazam in eadem Vittorini Feltrensis schola, ex qua episcopus Aleriensis prodierat, instructum, Latinarum quoque litterarum gnarissimum factum esse inter omnes constat.

***) l. l. p. 88 B.

Quam cum per totum operis longinqui processum ex bibliotheca regia Vratislaviensi liberalissime mihi permissam ad manus habuerim, operae pretium non esse duxi, a bibliothecarum illarum praefectis iterum editionum illarum usum per aliquot annos continuos expetere: totas enim neque eas uno perpetuoque tenore contulissem nec reliquas veteres editiones contuli, sed tum demum inspexi, ubi scripturam a libris mss. traditam mutaturo quaerendum erat, num lectio in verborum ordinem recipienda iam antea prolata et a quo primum inventa aut publici iuris facta esset. Quod igitur nisi iis locis, ubi in editionum illarum lectionibus cognoscendis a Lione adiuvabar (ipse enim olim eas saepe quidem inspexeram, at ne tum quidem continuo excerpseram), non ultra ed. Brixiensem persequi potui. Omnium vero editionum catalogum hic proponere, non meum esse arbitror: significabo eas, quibus usus sum, earumque indici interseram hic illic paucas quasdam, quibus, de reliquis parum sollicitus, cum cuperem, uti non potui.

Brix. a. 1485. Ordinem igitur ducat 1)*) ed. Brixiensis supra significata. Cui post capitula et registrum operis inscriptum est 'Impressū Brixiae per Boninū de Boninis de Ragusia anno domini M . CCCC . LXXXV . Die tercio Martii. Correctore Marco Scaramucino de Palatiolo'. Sequuntur quattuor disticha, quorum tertium sic audit

'En tibi docta cohors marcus correxit ad unguem
Quem tulit adriaco Brixia marte potens',

cum subscriptione ἔρρωσο ἀναγνωστά. Expl. post verba illa praefationis § 25 supra indicata 'AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII FINIS BRIXIAE.' Corrector opera sua, ut significavimus, satis modeste et in iis quae novavit non inscite usus est.

Ven. a. 1489. Editio proxime Brixianam sequens, 2) Veneta a. 1489 in fol. ex una alterave praecedentium editionum Venetarum

*) Editiones a me ad hanc recensionem conficiendam usurpatas numeris continuis signavi.

iterata esse fertur. Equidem nuper eam mihi comparavi, ut per libros postremos data occasione cum Brixiana conferre eam potuerim, a qua fere nunquam in locis a me inspectis recessit. Impressa est secundum subscriptionem 'Venetiis per Bernardinū de choris de Cremona: & Simonē de Luero M . CCCC LXXXIX . Die . XIII . Augusti.'

Haud multo magis fere ab his editionibus recedit passim recognita ad exemplum fortasse proxime praecedentium edd., quae mihi praesto non fuerunt, Ven. a. 1491 et 1493*), Rom. a. 1493 3) Veneta a. 1494 in fol. sic inscripta 'Auli Gellii Noctium Atticarum libri | Perquam diligentissime castigati ac nuperri | me Impressi.' Indicem capitulorum in fine collocat, tum add. 'Auli Gelii noctiū atticarū finis. Impressarum (*sic*) Venetiis sumptibus Nobilis uiri domini Octauiani Scoti Civis Modoetiensis M . CCCC LXXXXIIII. Idibus nouēbribus. Per Bonetū Locatellum.' Adduntur in fol. extr. (72^{r}) capitula libri octavi (cf. l. infra in adn. * l.), subscr. 'FINIS', tum 'Registrum', iterum, sed litt. init. tantum maiore subscr. 'Finis'. Ven. a. 1494.

Proxima, qua beneficio bibliothecae Vratislaviensis per omne hoc tempus uti mihi licuit, editio interiectis duabus tribusve edd. Venetis (a. 1496; 1497?; 1500) emissa est 4) Beroaldina (Bonon. a. 1503 fol. min.). Orditur ab editoris Philippi Beroaldi epistula dedicatoria 'ad clarissimum Sigismundum Hoenloum**) scholasticum Germanicum compatrem suum'. Dicit ibi Beroaldus, se 'relegisse nuper emendasseque luculenti scriptoris noctes haud dubie luculentas' ac de 'noctibus nuper emaculatis' loquitur. Quibus emendandis Beroald. a. 1503.

*) Certe recedit ab hac in collocandis lib. VIII capitulis cf. adn. ad calcem libri VII vol. I p. 406. Non recte igitur editor ed. Venetae a. 1500, quod ex Chr. Tychonii ad Chr. Falsterum ep. huius vigiliae primae noctium Ripensium inserta compertum habeo (l. l. p. 69), contendit, omnium primam hanc ed. ex cod. vetustissimo haec capitula proferre, quod male (fort. ex ed. a. 1496, quam non novi, desumptam) in ed. a. 1509 repetitum est (v. p. CXIII n. *)).

**) Nunc familiae huius nobilissimae nomen 'Hohenlohe' scribi, in peregrinorum hominum usum adiicere non ab re erit.

iam antea operam aliquam impenderat in annotationibus in auctores antiquos, quae quindecim annis ante primum in publicum prodierant*), quarum tamen, cum libros N. A. universos ederet, satis incuriosus erat, veluti pro nomine Cispii montis XV 1, 2 in annotat. rectissime a se instaurato in ed. 'montem caspium' reliquit et pro 'aelurorum' voc. XX 8, 6 recte illic emendato retinuit 'aeliuorum'. Haud paucos tamen locos ac saepe non infeliciter mutavit, Graecis etiam supplendis et emendandis intentus, tamen ut libro ms. nullo, certe non meliore usus esse videatur; expl. etiam haec ed. in verbis illis praef. § 25 'quaeri invenirique possit' sq. subscriptione 'AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII FINIS. IMPRESSVM BONONIAE PER BE- NEDICTVM HECTORIS CALCO- GRAPHVM ACCVRATISSI- MVM. ANNO SALVTIS. M. DIII. Die primo Febuarii. (*sic*)', cui additum est registrum.

Ex edd. praecedentibus, praesertim Beroaldina, edd. proxime sequentes fere pendere videntur; earum certe duarum, quae mihi praesto fuerunt, quamvis passim mutatae atque hic illic vel emendatae sint, neutra pretium peculiare vindicare sibi potest: quarum 5) altera subscriptionem gerit hanc: 'in Bellovisu pro Ioanne Petit fidelissimo Impressore' exarata in forma octon. a. d. MCCCCCVIII d. XXII m. Martii', alterius tria exemplaria novi sibi simillima, et ipsa formae octon., inscripta 'AGellii viri disertissimi Noctium Atticarum libri XX summa accuratione**) Ioannis Connelli Carnotēn. ad recognitionem Beroaldinam repositi: cum Alphabetico indice'; incipiunt omnes tres ab ep. illa Beroaldina: una vero earum 6) secundum brevissimam Io. Connelli ad lectores epistulam ad calcem operis additam 'ad exemplar Beroaldinę recognitionis in ędib' qdē Ascensianis***) impēſis aūt Ioānis

Bellovis. 1508.

Connellianae.

*) Tum saepius repetitae sunt, postremum a. 1692 in Iani Gruteri lampād. I p. 188 sqq., ubi v. p. 224 sqq.

**) accusatione *Frellonianа*.

***) In adn. inde indicavi 'Ascens. 1511'.

Parni Bibliopolae nobilissimi: Anno salutis nrę. M. D. XI. ad Idus Nouemb.' expressa est, ex qua immutatae fere prodierunt aliae duae Parisinae et ipsae, s. l. quidem et a. indicio, nominibus tamen bibliopolarum in titulo insignitae, altera scil. 7) ap. Ieh. Frellon, altera 8) et ipsa ap. Ieh. Petit*).

Primus editorum post episcopum Alcriensem, qui libris mss. aut certe libro aliquo ms. (v. p. sq. n.) adiutus strenuam nec raro salutiferam operam Gellio praestitit, est Carolus Aldobrandus, qui 9) ed. Iuntinam curavit. Quae iam in fronte hanc laudem sibi vindicat inscripta 'A. GELLII NOCTES REDDI- TAE NVPER OMNI DI- SCVSSA CALIGI- NE MICANTIS SIMAE.' Paulo modestius Aldobrandus in ep. ad Laurentium Medici operi praemissa dicit, se Noctes Atticas 'si non emendatas, minus certe corruptas' ad alios transmisisse, qui sane multi temporis labor fuerit. In quo ait, se cum alios veteres codices, quotquot aspicere licuerit (impressos scil., ut mihi quidem videtur), tum vero 'ex antiqua Bibliotheca' (*sic*) Laurentii emendatos cum iis, qui circumferrentur, diu omni adhibita diligentia contulisse'. Porro in ep. ad lectores, quae sequitur indicem rerum adnotatione dignarum epistulae illi subiectum, postquam vitia a se commissa excusavit, 'Accedit etiam', inquit, 'is (vix = 'iis', voluit ni f. 'id') quod uetustati codicum multum tribuentes, quae inuenta in eis ambigua sunt, et de quibus adhuc inter grammaticos certetur, ea malumus qualia repperiebantur relinquere, quam inter eruditissimos aetatis homines iudices nos constituere'. Satis

Iuntina a. 1513.

*) Om. Schweigerus, qui tamen duas alias eiusdem omnino farinae ut videtur, affert, utramque et ipsam Parisinam s. a., alteram Marnefii, alteram Regnaltii nomine signatam. Animi causa addo, circa idem fere tempus Io. Rhagium Aesticampianum Lipsiae Noctes Atticas scholis suis tractaturum fuisse, quod tamen non perfecit, quia loco ad scholas aperiendas ei denegato Lipsia ille tum (a. 1511) abire coactus est v. GBauch Archiv f. Litteraturgesch. XIII 14 coll. p. 1 sqq.; Ioannes vero Caesarius Coloniae inde ab a. 1510 doctoris munere fungens (v. Eckstein Deutsche Biogr. s. v.) inter alios veteres scriptores re vera etiam Gellium interpretabatur cf. Paulsen Gesch. d. gelehrten Unterrichts a. d. deutschen Schulen u. Univ. (Lips. 1885) p. 80.

igitur caute instrumentis supra indicatis usus*) haud paucis tamen locis scripturam mutavit atque haud raro modo ex penu illa critica, modo de suo emendavit. Capitum index in fine collocatus est, subscr. 'FINIS.' tum 'Impreſſæ ſunt Florentiæ. A. Gellii noctes iſtæ lucubratiſſimæ ſupræma arte curaq; & ſumptibus Philippi de Giunta Florentini. Anno M. D. XIII Menſe Ianuario. Leone Pont. Maxi. Christiana R. P. moderante.' , sq. denique registro.

Aldina a. 1515. Duobus modo annis interiectis Iuntinam editionem sequebatur 10) Aldina, inscripta in fronte 'AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM LIBRI VNDEVIGINTI.', ad calcem 'VENETIIS IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE SOCERI MENSE SEPTEMBRI. M. D. XV.' Incipit ab editoris Ioannis Baptistae Egnatii Veneti epistula ad Antonium Marsilium Venetum data, in qua narrat, se Gellianas noctes exactiore cura recognitas, quantum sit datum otii per alias occupationes suas, in Aldina olim officina imprimendas curasse, easque castigatissimas industria sua redditas dicit. Ac sane, et ipse fortasse uno alterove libro novicio usus, haud pauca emendavit, tum praeter indicem alphabeticum alterum secundum argumentorum categorias ordinatum adiecit, denique Graecorum locorum versionem usque eo secundum editionis principis exemplum ipsi verborum contextui inculcatam seorsum cum locis Graecis iteratis iisque saepe emendatioribus primus post capitum indicem ad calcem operis composuit.

Ven. a. 1517. Ex proximorum annorum editionibus praesto mihi erant Veneta et Ascensiana (Paris.), illa in forma max., haec in octonaria, utraque a. 1517. Quarum 11) Veneta illa in fronte gerit titulum gloriosum rubro colore typis expressum 'AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM Cõmentaria per

*) Vsus certe est, quod adnotavit Bandini catal. codd. Lat. bibl. Med. Laur. II 651. cod. eius bibl. pl. LIV. XI, inscripto 'liber Laurentii et Ioannis Petri Francisci de Medicis num. XXVIII.'; est cod. membr. saec. XV non vetustior (v. p. LXXII). Fortasse hunc unum librum ms. indicat I. supra allato; libris vetustioribus atque melioribus Florentiae uti, quod sciamus, non poterat.

Bonfinem Aſcula- num ſumma nuper diligētia 7 ſtudio recognita ac priſtinae ſerenitati cau- doriq; reſtituta locis supra centum emendatis praeter ea: quae alii ante noſtram hanc editionem caſtigauerant: vt ex codicibus noſtris' ſi eum aliis conferantur: inſpici potest: 7 ad- iecta noua etiā indice tabula ſentētia- rum vocabulorum 7 aliorū deniq: lo- corum magis illustrium in mar- gines per eundem excepto- rum: ut ipsemet lati- us ſua ipſius de- clarat epi- ſtola.', expl. f. 135^{v} 'Impressum Venetiis per Ioānem de Tridino alias Tacui- num Anno domini M. D. XVII. Die primo decēb.' sq. registro.*) Praeter 'Epigrāmata quaedam in aliorum castigationibus edita ante recentem Bonfinis emendationem' et Beroaldi epistulam ad SHoenloum supra (p. CIX) commemoratam praemittitur Nicolai Feretti Ravennatis ad equitem Georgium Cornelium epistola d. Venetiis Idibus Octobris .M. D. XVII., ex qua nihil, quod ad Gellium et ipsam hanc editionem spectat, edocemur, nisi quod a Ferettio illo profectae sunt rerum notabilium significationes in margine additae; deinde post capitum tabulam sequitur editoris Matth. Bonfinis Asculani ep. dedicatoria ad discipulum quendam, qua edocemur, eum non solum ultra centum, ut in indice professus sit, 'sed ultra etiam ducenta loca purgata ac defecata reddidisse se confidere', in quibus tamen paucissima, quae re vera Gellii verbis emendandis inserviant, inveniuntur.

Haud sane magno. tamen paulo maiore cum fructu ad textum Noctium Atticarum emendandum 12) editio Parisina Ascens. a. 1517.

) Ap. eundem iam Venetae editiones a. 1496 cummaxime commemorata et 1509, secundum Schweigerum ex Beroaldina ed. expressa, prodierant; illam non vidi, hanc sero nactus obiter tantum inspexi; in titulo non recte gloriatur. inesse 'Et libri quem desideramus capita quae ante hac nunquam in lucem prodierunt' cf. p.CIX n.; praemittuntur omnia, quae in ed. a. 1517 describenda enumeravimus, ep. Ferettiana 'Venetiis Idibus Octobribus MDVIII'; IPFeretrius Ravennas, a quo procuratam dicit Schweigerus, primi tantum epigrammatis inter epigrammata supra l. auctor nominatur, operi praefuisse videtur NFerettus et ipse Ravennas; ex hac ed. expressam esse arbitror ed. a. 1517.

eiusdem anni die extremo emissa adhiberi poterat, inscripta 'Auli Gellii noctium at | ticarum libri undeviginti (nam octavus desideratur) | vna cum haud aspernandis Iodoci Badij Ascen=| sij annotationibus cũq; indicio diligentissi= | me collecto / atq; grecorum explanatione | suis locis inserta', infra appicto Bernardi Aubri nomine et insigni. Expl. 'FO. CLXVII' v 'Hoc ẽm insigne opus (additiõibus Ascensianis oĩbus adamussim collectis) excussũ ẽ año dñi. M. DXVIII. pridie caleñ. Ianuarias'. Iuc. ab Ascensii typographi ad Ludovicum Deberquinum 'epistolio', ut ait, 'nuncupatorio' pridie Non. Sept. M. D. XVII dato, in quo fatetur, se 'ex Italia nuper emissis exemplaribus fere contentum' fuisse, plusculos ad hoc locos ex sententia LCaelii Rhodigini (in antiquarum sc. lectionum commentariis anno ante Venetiis emissis) a se repositos esse et paucissimos ex sua, ex quibus tamen aliquotiens rectam scripturam ab eo inventam esse docet nostra adnotatio; adnotationes autem Ascensianae aliae non insunt, nisi brevissimi materiarum in marginibus indices*).

Basil. a. 1519.

Nec multum ad textum ab Aldina editione traditum emendandum contulit teste Schweigero**) editio Basileensis, quae a. 1519 mense Septembri prodiit apud Andr. Cratandrum sumptu L. Hornkenii bibliopolae, quamvis in epistula praevia ad 'literarum studiosum' Kalendis Septembribus eius anni data Cratander paulo gloriosius 'Quid praestiterim' dicat 'accipe. Varia corrogavi ab amicis exemplaria***), diuersitate aucupaturus synceram lectionem. Comperi neque Aldum liberum esse a mendis foedissimis, tametsi facile omnium fuit

*) Tertia ed., quae eodem anno prodiit, 'Argentinae in Aedibus Iohannis Knoblouchi. Mense Martio. Anno MDXVII. Ductu Matthiae Shurerii' praeter epistulam dedicatoriam Nicolai Gerbelii Phorcensis ad studiosos omnes data, in qua vocabula Graeca propter Schurerii inscitiam neglegentius expressa excusantur, nihil quod viderim, leviuscule sane eam inspiciens, sibi peculiare habet.

**) l. l. p. 377a; equidem hanc editionem sero a me inspectam, non constanter adhibitam esse doleo.

***) Typis tantum expressa fuisse patet.

oculatissimus, probeque stipatus praesidiis doctiorum, quos aluit, ut audio, domi suae perpetuo. Restitui eo interim ingenio mutila latina, pluries autem graeca, germanae puritati. omnia exactissima fide ac diligentia. Nec tamen, ut vere fatear, sine, quod aiunt, Theseo: Nam Beatum Rhenanum, si quando succumbebam, invocavi aut V. Fabritium Capitonem.'

Neque Ascensianae a. 1519 et a. 1524 cum scholiis Ascensianis 'collectis fere ex annotatis Aegidii Maserii' praesto mihi fuere neque aliae duae per hos annos emissae Paris. s. a. et Argent. 1521, usus autem sum 13, 14) duabus Coloniensibus eodem anno 1526 emissis, altera in forma maxima, inscripta litteris mainsculis 'A. Gellii lucu- Colonienses a. 1526.
lentiss. scriptoris noctes atticae Caſtigatae ſunt emaculataéq; diuerſorum codicum collatione, nec id tamē ſine doctioris cuiuſdam iudicio: à quo & græca, quæ paſim deprauatiſsima erant, ſunt recognita, & quantum licuit, genuinæ puritati reſtituta. Eucharius Cervicornus excudebat Anno M. D. XXVI.' et in fine 'Coloniae in aedibus Eucharii Cervicorni, ſumptu & aere M. Godefridi Hittorpii civis Colonien. nonis Martiis.', altera in forma octonaria tribus mensibus post ibidem 'Opera et impensa Ioannis Soteris. Anno. MDXXVI. Mense Iunio.' (in calce 'in aedibus Ioan. Soteris.') foras data. Et Hittorpius quidem in epistula ad studiosos operi praemissa narrat 'adhibitos esse qui exemplaria conferrent, adhibitos qui castigarent, et Herculana clava, si qua forte offenderent, monstra conficerent'; maximo autem adiumento sibi in hoc fuisse Arnoldum Vesaliensem, 'cui ob hoc etiam' inquit 'praecipua quaedam habenda est gratia, quod et graeca, quae passim mendosissima erant, variis in locis excussit, castigavit et reposuit.' Quamvis 'diversos' illos 'codices' sive 'exemplaria' non libros manuscriptos, sed impressos fuisse patet, tamen aliquot locis recta lectio coniectura in hac editione restituta est, quam accuratissime in universum sequitur Soteriana, hic illic tantum in locis praesertim Graecis refingendis (cf. epistulam ad lectorem post indicem ipsi operi Gelliano praemissam) ab Hittorpiana recedens.

Mosellani adn.

Eodem anno etiam Petri Mosellani († a. 1524) adnotationes Basileae a. 1526 prodierunt, quae per proxima decennia editionibus Noctium Atticarum satis frequenter additae sunt, interpretationi imprimis inservientes.

Paris. a. 1536. Gryph. a. 1537.

Neque Ascensianas, quae paulo post annis 1530 et 1532 publici iuris factae sunt, inspicere potui, neque Gryphianam a. 1534*): nescio igitur, num quae in 15) Parisina a. 1536**) et in 16) Gryphiana a. 1537, in hac additis imprimis variis lectionibus marginalibus, novata sunt, ad has ipsas editiones pertineant an ex illis desumptae sint; quae sequuntur Gryphianae permultae usque ad a. 1591 ab ed. a. 1537 parum recedunt.***)

Aetas II.

Sed cum omnes hae editiones post ed. principem ad textum semel impressum emendandum libros manuscriptos partim omnino non, partim inconstanter et, ut videtur, non nisi novicios (ς) adhibuerint, aliter rem aggressus est Ludovicus Carrio, a quo altera, ut ita dicam, periodus studiorum criticorum in Gellio collocatorum incipit. Is enim recensuit

Stephan. a. 1585 (χ).

Noctes Atticas in editione 20) ab Henrico Stephano Parisiis a. 1585 emissa, quae inscribitur 'Auli Gellii Noctes Atticae, seu Vigiliae Atticae, quas nunc primum a magno mendorum numero magnus veterum exemplarium numerus repurgauit. Henrici Stephani noctes aliquot Parisinae, Atticis A. Gellii Noctibus seu Vigiliis inuigilatae. Eiusdem H. Ste-

*) Nuper adeptus sum Gryphianam a. 1532. insignitam 'Seb. Gryphius Germ. excud. Lugd. anno 1532', quae, quantum videre potui nihil sibi proprii affert.

**) Insignitur sive 'in officina Ioannis Roigny' sive 'in officina Michaelis Vascosani', tamen in fronte gerit preli Ascensiani imaginem, ut eam, Ascensii scholiis sicuti praecedentes instructam, in adnotatione etiam Ascensianam a. 1536 vocaverim.

Gryphianae 1542 etc.

***) Adhibui ex his constanter edd. Seb. Gryphii Lugdunenses 17) a. 1542; 18) a. 1546, a quibus fere non recedit 19 ed. Lugd. a. 1539 'apud Haeredes Simonis Vincentii'; his nuper demum accessit Veneta Ioannis Gryphii a. 1556; obiter praeterea inspexi edd. Ant. Gryphii Lugd. a. 1566 et 1591 typis impressas.

phani Annotationes in alios Gellii locos prodibunt cum Notis Lud. Carrionis (qui vet. exemplaria contulit) prelo iam traditis.'*) Prima est haec editio ad libros nonnullos manuscriptos constanter recensita, qui etiamsi fere non optimi sunt, textus tamen arbitrariis priorum editionum lectionibus plerumque remotis firmo alicui fundamento perpetuo superstructus et saepe etiam sagaciter emendatus est, ut confiteri oporteat, non mediocriter de Gellio meritum esse Carrionem. Quibus vero libris mss. in initio certe laboris usus sit, perspicitur ex 'notis' illis in titulo editionis indicatis, quae inscribuntur 'Lud. Carrionis in A. Gellii Noctium Atticarum libros commentarios qui exstant castigationes et notae. Ad ampliss. virum Augerium Busbecquium'; constant hae castigationes et notae, quatenus typis impressae sunt, fasciculo 120 paginarum in forma octonaria atque desinunt in media explicatione verborum 'ἐκεχειρίαν dixerunt' (I 25, 8)**). Cur tam

*) De iis, quae inter Carrionem et HStephanum intercesserunt, rationibus cf. huius ad filium Paulum Stephanum epistulae ('Parisiis X Cal. Apr.' a. sc. 1585) editioni illi praemissae p. 18 sqq.; pactionem, quam cum Stephano fecerat Carrio anni praecedentis d. 27 m. Martii, ex cod. quodam bibl. urb. Bremensis edidit WCrecelius mus. phil. 30, 470 sq.; Carrionis Gellium et Macrobium se exspectare Petro Pithoeo scribit Ios. Scaliger d. 23 m. Iul. (a. 1585? v. Tamizeium l. infra l. p. 144, 2), se nescire, quid de his editionibus, quas typis exprimi audierit, factum sit, in epistula ad eundem data queritur d. 9 m. Oct. a. 1585 v. Lettres franç. de Joseph Scaliger ed. Ph. Tamizey de Larroque (Agen et Paris 1879) p. 142; 204. (Prodiit eodem anno apud Stephanum Macrobius, et ipse a Carrione recensitus, cf. HStephani epistulam die proximo post alteram illam ad Iac. Danesium datam, quam editioni illi praemisit.)

**) Libellum hunc rarissimum diu frustra quaesivi: a bibliotheca Parisina, ubi eum exstare sciebam, meo rogatu olim petiit HdeMühler, tum summus rerum scholast. in regno Boruss. praepositus; at responsum est, eum ed. Stephanianae exemplo annexum inter codd. mss. servari (sign. z 209 A) ibique ad eos pertinere, qui foras non commodarentur. Tum in ipsa hac univ. Vratislav. bibliotheca ad calcem exemplaris alicuius editionis Stephanianae in catalogo tamquam mutili propter ipsum hoc additamentum non satis accurate olim signati, ut equidem numquam antea id inspexerim, inventus est a RPrinz, tum eius bibliothecae custode, nunc bibliothecae Monasterien-is praefecto. Equidem non ab re esse

mutili relicti et, ut videtur, numquam publicati sint, ita in epistula ad filium modo I. p. 20 sq. explicat Henricus Stephanus, ut totis octo post Gellii impressionem mensibus septem dumtaxat illarum notarum folia a Carrione vix extorqueri potuerint. 'Quum igitur' ait 'tantam cunctationem ferre amplius non possem, et Notis illis, quarum praecipuum munus est, nomina librorum veterum unde singulae, quas ista editio affert emendationes petitae sunt, recensere, Gellium carere posse animadverterem: eum absque illa manuscriptorum recensione manumittendum esse iudicavi, atque adeo manumisi'*). Adhibuit vero Carrio ad libros Noctium Atticarum recensendos codices sat multos: praeter β tamen prorsus singularem ad libros certe priores, ut iam supra fere indicatum est, egregiae bonitatis nullum; ad voec. Graeca I 2, 4**) adnotat (p. 15): 'haec Graeca desunt libris manuscriptis. nec vestigium illorum in iis comparet. et, verum ut fatear, septem priorum istorum librorum nullum exemplar tam vetustum tamque notae bonae mihi videre contigit, ut Graeca haberet plene descripta et accurate: quod tamen in posterioribus duodecim non semel evenit'. Ad hos libros Biturigensis (s. Ioannis ducis Biturigensis) codex certe pertinuit, qui 'non nisi postremos decem libros habebat', cuius collatione a Iac. Cuiacio facta usus est Carrio***). Ad primum librum praeter β (v. p. LXXV *sqq.*;

putavi, specimen huius opusculi nunc fere ignoti indici scholarum in universitate Vratislaviensi per menses aestivos huius anni habendarum praemittere.

*) Varios ea de re aliorum nuntios atque iudicia affert INFunccius de vegeta L. l. senectute p. 330 adn. *t*.

**) κορτῶν τὰς σκαζούσας in lemm. notarum, κορτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας in ed.

***) cf. Carrion. not. ad G. I 3, 9 p. 22; emend. III 4; Cuiacii observ. III 36. Ab hoc cod. certe non diversum 'antiquum et fidele exemplar' a Cuiacio l. l. c. 39 ad G. XX 1, 45 allatum; in libris vero prioribus Cuiacius annotavit ex aliorum observationibus, quod sibi visum fuit, teste Carrione *not.* l. l., quae libri Cuiciani nomine et ibi et ad I 12, 11 p. 61 ab eo afferuntur; is est Gellius Cuiacii, 'quem ipse summus vir cum veteribus codicibus contulerat', ab HScaligero commemoratus in ep. ad Lipsium supra (p. XCIX) l. Atque eundem 'Cuicianum', non Biturigensem, ni fallor, Scaliger afferre debebat l. ad lemm. VIII 13 l.

XCVIII sqq.) in notis saepe affert coniectanea (s. conlectanea et collectanea) accuratius significata ad I 1 inscr. p. 7 'veterum scriptorum coniectanea ante annos, ut apparet, quadringentos conscripta', quae 'optima conlectanea' nominat (ad I 15, 2 p. 72); 'optimas' vero 'membranas'*), quas haud minus fere saepe affert, eas intellegi volebat, quas Aureliani Maximilianus Micaltius Indevelda parvo redemptas aere sibi dono dedisset. 'Erant in iis' inquit (ad I 16, 15 p. 83 sq.) 'fragmenta quatuor priorum librorum. integrae fuissent membranae, non concisae, non mutilae, non multis capitibus deminutae, parum esset quin plenam et absolutam Gellii emendationem possimus praestare'. Saepe etiam duos Puteani codd. affert, quorum alterum meliorem dicit**); tum ad I 1, 1 et codicem, quo usus sit Langius,***) (p. 9) et cod. Memmianum in transitu commemorat. Quod nos laudi fere Carrioni vertimus, id HStephano displicebat. Cum Carrio scilicet initio ei, ut narrat filio ep. l. p. 19, hoc assensus esset, ut quae in superioris temporis editionibus tolerabiles lectiones erant non mutaret, verum de iis, quae earum loco in veteribus libris exstarent, admonere in suis notis contentus esset, mutato tamen - 'nescio

*) 'Optimus liber' vix ab his secernendus affertur ad I 22, 9: 19 p. 105; 108; certissime vero idem est 'optimum exemplar Noctium Atticarum', quo Aureliani se usum esse dicit l. supra l. p. 7; scripturam vero 'ex libro Carrionis' a NRigaltio ad G. XVI 13, 6 allatam ad hunc eius codicem referri non posse patet, quo pertineat, in incerto relinquendum est.

**) Alterum credo - ipsas *sane* lectiones comparare nequeo, quia prioris huius cod. partis tantum lib. III et VI collatos habeo - S. Germ. 643 esse, quem Puteani fuisse constat; dicit quidem Carrio abesse Graeca plane descripta a codd. suis priores libros complectentibus, in SGerm. vero illa exstant, sed non tantum a m. demum alt., sed nec plene addita sunt.

***) Non dubito, quin innuat Carolum Langium, canonicum S. Lamberti Leodiensis, a quo etiam Plautum cum tribus codd. mss. conlatum esse ex Plantiniana Sambuci ed. (Antverp. 1566 cf. Chr. Plantini ad lectorem ep. A4v; FRitschl opusc. II 114 sqq.) p. 807 sqq. novimus, quae collatio iterata est duobus annis post Basileae in eruditorum aliquot virorum de comoedia et comicis versibus commentationum p. 301 sqq. Vbi Gelliani illius codicis mentionem fecerit Langius, dicere nequeo.

qua de causa' addit Stephanus - consilio, illas etiam mutandi libertatem sibi concessit. Atque hinc queritur factum esse, ut in quibusdam locis a recepta scriptura, contra quam vellet, discessum sit*). Ac sane nos quoque, qui laudavimus Carrionem, quod codicibus mss. usus spretaque tradita ab editionibus scriptura proprio Marte Gellium recensuerit atque emendaverit, non negabimus, eum hac libertate interdum abuti**), veluti XX 9 extr., ut satisfaceret iis, quae lemma sicuti in libris mss. traditum est exigere fere videbatur, Cn. Matio versus duos a se ipso fabricatos addidit. In his ac similibus sane reputare oportet, Carrionem, cum G. suus typis mandaretur, credidisse, una notas suas editum iri, quibus rationes lectoribus redditurus erat; nunc tantum praeter illud fragmentum ad unum primum librum et ne hunc quidem universum pertinens de aliis aliquot locis sententias eius, easque haud raro postea inter ipsum G. edendum mutatas, accuratius cognoscimus ex iis, quae saepius cum in scholiis in Sall. hist. libros (primum editis in ed. Sall. ap. Sanctandreanum a. 1574)***), tum in antiquarum lectionum commentariis (1576) atque in emendationum et observationum libris (1583) semper fere sagaciter, non minus saepe audacius disputaverat. Stephanum vero cum Carrionis notis profligatis puderet, ut ipse ait (ep. l. p. 21), Gellium ita edere, ut nulla nova commentatione adintus in publicum prodiret, ipse 'noctes aliquot vigilare necesse habuit' atque editioni illi addidit Noctium Parisinarum Atticis A. G. Noctibus invigilatarum e viginti septem' †), quibus praeter apo-

*) Similiter in ep. ad lectorem ed. Macrobii praemissa queritur Stephanus, quod nonnullis in locis Carrio a Ioach. Camerarii in ed. Hervagiana (Basil. 1535) lectione contra suam sententiam discesserit, quin etiam in quibusdam ab ea, quae non tantum in illa editione, sed in ceteris quoque exstet.

**) De fide Carrionis cf. p. XCIX sq. n. *.

***) Praef. historiarum Sall. ad Guidonem Laurinum Lovanio a. d. IV kal. Sext. a. 1574 data est.

†) De libri huius non *absoluti* consilio ac fatis disserit Stephanus in ep. ad Ioannem Vuleobium ei praemissae initio (p. 2 sqq.).

logiam A. Gellii adversus contumeliosum LVivis de eo iudicium (Nox II. III) et admonitionem de titulis capitum a quopiam Pseudogellio imperite scriptis deque eorum reformatione (Nox IV. V) exhibetur (Nox VI—VIII) 'specimen seu δεῖγμα emendationum partim e veteribus libris sumptarum, partim aliarum quas e suis coniecturis deprompsit' Stephanus. In quibus nonnulla recte, alia, ut ex iis quae antea diximus per se fere sequitur, setius administravit.

Textus vero huius editionis Stephanianae Carrioneus vulgatam lectionem constituit, per proximam aetatem ab omnibus fere editoribus deinceps plus minus accurate servatam. Ex editionibus igitur, quae eam secutae sunt, ea tantum nominabitur, quae peculiare aliquid continet. Ac septem modo annis post 21) a. 1592*) loco non iudicato (Lugduni scil.) ap. Ioan. Tornaesium, typographum regium, in forma minima impressae prodierunt 'Aulii Gellii noctes Atticae, Lucidiores redditae, tum collatione veterum exemplarium, tum innumeris emendationibus ac coniecturis *insigniorum* aetatis nostrae criticorum'. Cuius editionis margini variae aliquot lectiones cod. illius 'Tornaesiani', de quo cf. p. LXVII sqq.; XCVI, et 'editionis' alicuius 'veteris' appositae sunt, ed. Gryphianae scil. a. 1550; pietati Tornaesii hoc condonandum est - a patre enim suo impensis Seb. Gryphii eam editam esse in epistula dedicatoria narrat -, Gellio nullam utilitatem eo attulit. Praeterea cum ibidem passim emendandi conatus a viris doctis propositi adnotati sunt, tum 'doctorum virorum in aliquot A. Gellii locos coniecturae' per paginas nonnullas praemissae, in his haud paucae, quas Tornaesio dederat vir ei, ut ait, amicissimus, Is. Casaubonus. Tornaes. Is. Casaubonus.

Ad Gellium vero edendum non tantum strenuo accessit, sed rem incohatam etiam ad faustum finem perduxit vir ei negotio maxime par Ioannes Fridericus Gronovius. Ab eo tertia Gellianarum editionum periodus incipit; is enim non desultoria tantum opera sicuti x aliquot libros mss., plerosque Aetas III. IFGronov. (g)

*) Repetita est haec ed. a. 1621.

sane et per libros priores omnino novicios, congessit, sed primus non hic illic nonnulla, sed sedulo data opera per omnes libros aequabiliter optima emendandi instrumenta conquisivit ac sensim obtinuit iisque fultus, etiamsi ipse universum hoc negotium haud plane absolvit, Noctes Atticas et recensuit et emendare instituit; insequentes tamen editores praeter *i* tantum non omnes viam unice rectam ab eo monstratam aut non satis certo gradu continuaverunt aut omnino deseruerunt.

Amst. 1651. 22) *g* primum Amstelodami a. 1651 G. edidit apud Ludovicum Elzevirium*), nomen suum reticens; 'nova' tantummodo 'et prioribus omnibus docti hominis cura multo castigatior' editio illa in indice praedicabatur. Praemissa est epistula sine nominis locique indice a. d. IV Nonas Decembres MDCL. ad Rabodum (*sic*) Hermanum de Schele, ex qua nihil discimus, nisi editorem 'paucas horas ad lumina in Atticis, velut Initiorum festis, Noctibus egisse pervigiles', quocum convenit, quod Iacobus filius narrat**), patri suo in mentem venisse circa annum demum 1650 partem otii sui in Gellium conferre. Videtur tamen***) praecipuum quoddam emendationis illius instrumentum duorum scilicet codd. Petavianorum, et membr. (= *H*)†) et 'passim' chart. lectiones decem fere annis ante per peregrinationis Gallicae opportunitatem sibi parasse: hac prima occasione conciliatum Gellio et ex Salmasii scriptis lectionibusque in regio Galliae codice††) sparsim productis adeptum

---

*) Alia eiusdem editionis exemplaria Io. Ianssoni nomine insignita esse dicuntur.

**) v. *i* praef. ante Gellii ed. a. 1706 f. ***2r (p. XXIII ed. Conr.).

***) v. ibid. et p. sq.

†) v. p. LX; nec obstat in re certissima, quod collationem eius cod. ab ipso Gronovio institutam 'plerumque' cum altera 'ab viro docto fine anni 1594 ad ed. Gryphii a. 1531 instituta conspirare' dicit *i*. Virum eum doctum fuisse Ios. Mercerum adnotavit Abr. Gronovius; ipsa collatio Gryphiano illi exemplari, quod olim Salmasii fuit, illata exstat in bibl. Lugd. Bat. (Gron. O 103) nec non ibi invenitur (Periz. D 1) exemplar ed. Gronovianae a. 1651, quo eandem ex ipsa Gryphiana illa 'diebus III. V Kal. Iul. aō ℞ CIↃIↃCLXV' transtulerat.

††) Nactus erat ipsum Salmasii exemplar, cui hic varias illas lectiones commiserat teste *i* praef. ed. a. 1687 f. non num. a 7r. Praeterea

conspectum Gellii longe alium quam habuerant priores, accessisse cum denique ad exemplar illi editioni parandum narrat *i*, suo iure addens, eam merito in indice dici castigatiorem prioribus omnibus, tamen ut passim tantum reficta dici possit, non, quod ipsa apparatus critici tenuitas vetabat, aequabiliter recensita atque emendata*).

Aliquot alii philologi, ac plerique quidem primarii, qui Gellio operam suam impendebant eumque edituri erant, filum inceptum ad finem non perduxerunt, ut suo iure Chr. Falsterus (amoen. phil. II 241), dixerit, funestum fere esse Gellium, qui tot lucerna clarissimorum virorum Lipsii**), Ios. Scali- Lipsius. Ios. Scaliger.

---

etiam postea certe et Bourdeloti et Lambecii collationes praesto ei erant cf. ibid. a 6ᵛ sq., bᵛ et ed. a. 1706 f. non sign. ***4ᵛ (p. XXVIII sq. Conr.), ubi descripta sunt, quae ad 'tres has collationes' pertinent ex ep. IFGronovii ad filium data a. d. XIV Cal. Iun. a. 1671 (ep. XXVIII p. 53 sqq. ed. Hart. p. CXXV n. *** l.); Lambecii collatio ad utrumque cod. regium (*P* et *Q*) pertinens, ab ipso signata 'Petri Lambecii Hamb. Parisiis CIↃ IↃ [C] XLVII' in bibl. Lugd. Bat. etiamnunc servatur (Gron. O 108); utriusque cod. vv. ll. una cum cod. Frederici Morellii quodam inferioris notae etiam Bourdelotii excerpta amplectebantur (v. praef. ed. 1706 f. non sign. ***4ᵛ (p. XXVIII Conr.), nec minus Salmasii ex cod. reg. adnotationes (s. liber Salmasianus s. exemplar Salmasianum) ad libros posteriores ab *i* in adnotationibus adferuntur. Non satis intellego, quid sibi velit *i* (praef. 1706 ***2ᵛ, p. XXV Conr.) dicens, se nescire, quomodo aut quando pater compos factus sit collationis duorum regiae bibliothecae codicum, quos instar omnium esse novisset, 'vel quam Salmasius instituisset vel quam Lambecius'; nam alterum exemplar ex altero descriptum esse vix opinari poterat coll. iis, quae de tribus illis collationibus dixit in praef. a. 1687.

*) Ad calcem totius editionis post indices ex ed. Torn. descriptae sunt doctorum virorum coniecturae supra commemoratae.

**) Is editionem plane absolverat a. 1582: 'de Agellio meo quod quaeris, sane ita;' postrid. non. Oct. a. 1582 scribit MLydio (ep. XLVI epp. syll. Burm. I 49) 'miseram ad Plantinum ante menses quatuor, cum interea nobis nuntiatum Giphanium eundem iam scriptorem habere (ut loquimur) sub praelo, sed et in Gallia Currionem. Itaque destiti, et sollemni meo more non intervenire laboribus cuiusquam volui aut laudi. nobis in alio agro satis magna parata seges est, si ad colendum vires suppetunt ac valetudo.' Idem duobus fere annis post in ep. ad PColvium data (ep. CCX l. l. I 212) 'mihi' ait 'dudum paratus ad editionem is scriptor. fateor libere, sola verecundia me tenuit, ne occuparem in quo alii sitas habebant suas opes'.

Gifanius. Salmasius.

geri*), Gifanii**), Salmasii (p. CXXII sq. n. ††) aliorumque***) exstinxerit. De quibus h. l. singillatim agere longum est; sufficiat attulisse quae hanc in rem praeeunte *i* ed. a. 1706 f. ***** 2^{r} sqq., p. XLIII sqq. Cour. composuit IAFabricius in biblioth. Lat. (III p. 10 sqq. ed. Ern.), quem et Longolius in praef. ed. suae p. XXV et XXVIII secutus est et exscripserunt editores Bipontini I p. XIX sqq.; his pauca tantum infra in adnotationibus addita sunt.

Thys. et Oisel.

Vnicam hanc, quam ipse *g* emisit, editionem excipiebat editio, quae 23) Lugduni Batavorum (ex officina Petri Leffen) prodiit a. 1666, formae octon. Inscripta est 'Auli Gellii Noctes Atticae, cum selectis novisque commentariis, et accuratâ recensione, Antonii Thysi, J. C. & Jacobi Oiselii, J. C.' Incohaverat eam Thysius, I. Fr. Gronovii in academia Lugdunensi collega; qui cum anno 1665 diem suprenum obiisset, inde a lib. XIII perficiendam curavit Oiselius. Hic ipse in praefatione fatetur, editores, ut ipse Gellii verborum contextus quam emendatissime legeretur, ut plurimum secutos esse editionem illam Gronovianam. 'Nonnullis tamen in locis' pergit ibi Oiselius 'ab istâ Editione etiam discessimus, Veterum et meliorum Codicum ductu, cuius rei in Notis ubiq; ratio reddita est'. Sunt vero hi veteres et meliores codd. plerumque

*) De Scaligero nunc inspicere iuvabit epistulas eius Francogallicas p. CXVII n. * l. p. 21 sqq. disperse et p. 83, unde patet, eum Gellium, Macrobium, Censorinum una ('tout ensemble') edere voluisse.

**) cf. p. LXXX sq. In Schelhornii amoen. liter. XII (Francof. et Lips. 1730) p. 587 sqq. legitur supplicatio Iob. Hub. f. Giphanii ad regem Galliarum pro Impressorio, sine anni dieive indicio, ubi indicat, iam pridem patrem quondam suum aliquot libros typis mandare constituisse, atque diploma privilegiumque regium expetit, ne quis typographorum intra regis fines unum vel alterum librum praefati sui parentis imprimere ausit. In indice autem horum librorum subsequente invenitur 'Agellii (vulgo Auli Gellii) noctium Atticarum libri: aliquot veterum codd. ope diligenter emendati cum Notis'. Iam vivo ipso Gifanio specimen Gifanianae editionis se vidisse Colvio in ep. illa a. 1584 narrat Lipsius cf. etiam Io. Woweri ad Ian. Gruterum ep. a. 1595 datam (epp. eius cent. I 14 p. 28).

***) Vt Sciappii et Wowerii cf. p. LXXX n. ÷ *et* LXXVIII n. ÷÷÷.

certe, ut videtur, sive libri mss. ab aliis aut allati, veluti XIII 23, 3 'correptim', quod ex 'v. c.' affert Oiselius, ad cod. Torn. in mg. ed. Torn. propositum pertinere arbitror, aut collati*), sive veteres edd.; certe nihil fere inde propositum est, quo ad emendationem promovendam utaris; ipsae contra utriusque editoris coniecturae paucis sane locis adhiberi poterant.

Nullius, quod sciam, usus critici est ed. Parisina ad usum Delphini edita a. 1681 in forma quat. cum interpretatione et notis Iac. Proust, quas cum ex IGronovii notis novi, tum postea hic illic in ed. Lond. a. 1824 (III 8), cui insertae sunt, inspexi**). Paris. 1681.

Interim autem per duo decennia inde ab editione illa Elzeviriana usque ad diem supremum extremo fere anno 1671 *g* sedulo apparatum criticum ad Gellium recensendum auxerat et amicorum studio et per extremos duos vitae annos***) dili-

*) Sic Thysium usum esse invenio collatione quadam libri alicuius ms. notae inferioris a Fr. Iunio usque ad lib. XIII c. 24 inscripta exemplari ed. Gellii Venetae a. 1472 in bibl. publ. Lugd. Bat. (190 B fol. ex bibl. Is. Vossii) servato cf. modo V 19, 9, ubi Thysius narrat, verba usque ad 'filio est" deesse in Ms. in margine antiqui codicis adscriptum se invenire, quod huc pertinere *apparet*, etiamsi hoc ad verba vitae necisque' adscribit Thysius. in illo autem ms. etiam voce. praecedentia 'utique ei' deesse adnotat Iunius. ac pertinent eodem alia, quae ex 'Ms. quodam' aut 'Ms.' affert Thysius, veluti 'ceduut' VI 1, 2; 'voluntandum' VII 11. 1; 'Saure' ib. 15, 5. In manibus etiam habuit collationem Bourdelotianam utriusque cod. regii et Morelliani (v. p. CXXIII n. ††; cf. eius adn. ad I 11, 13; II 27, 2) et alterutrum Vossianum (v. i praef. 1706 f. ****2v, p. XXXIII Conr.).

**) Utriusque ed. et Thysio-Oiselianae et Proustianae gravissimus adversarius exstitit i cf. eius notas passim et de illa praef. ed. 1687 fol. non num. a 7 sqq.

***) cf. epistulas patris ad filium peregrinantem Londinum, Oxonium, Cantabrigiam, Parisios datas a Non. Iun. a. 1670 usque ad d. IV. Id. Nov. a. 1671 n. XVIII—XXXVII in IFGr. epp. ad fil. suum Iacobum editione Al. M. Harteri (Landishuti 1835) p. 38 sqq.; Iacobi epistula, Oxonio Kal. Sept. a. 1670 data, quaenam patri misit collationem cod. collegii Lincolniensis ad ed. Ven. a. 1491 adscriptam, inserta legitur ms. bibl. Lugd. Bat. Gron. Q. 57 fasc. 6. Queritur ibi, se varias has lectiones collegisse

gentia Iacobi filii in Angliam a. 1670 et in Galliam a. 1671 ab eo missi adiutus. Qua de re ipse ille filius sedulo agit
IGronov. (i). in utraque editione ab ipso, patris vestigia premente, publicata *). Harum 24) prior, unius patris nomen prae se ferens ac textum prioris illius editionis praeter minutias quasdam ad orthographiam et distinctionem pertinentes presse fere sequens,
g(i) LB 1687. sedecim demum post eius obitum annis prodiit (LB. apud Ioannem de (*sic*) Vivié MDCLXXXVII form. oct. inscripta 'Aüli Gellii noctes Atticae cum notis et emendationibus Joannis
g et i LB 1706. Frederici Gronovii', 25) altera post intervallum longissimo illo paulo brevius ibidem in forma quat. a. 1706**) ap. Cornelium Boutesteyn et Iohannem du (*sic*) Vivié inscripta 'Auli Gellii Noctium Atticarum libri XX prout supersunt quos ad libros mss^tos novo et multo labore exegerunt, perpetuis notis et emendationibus illustraverunt Johannes Fredericus et Jacobus Gronovii. Accedunt Gasp. Scioppii integra Msstorum duorum codicum Collatio, Petri Lambecii Lucubrationes Gellianae, & ex Lud. Carrionis Castigationibus utilia Excerpta, ut & selecta variaque Commentaria ab Ant. Thysio et Jac. Oiselio congesta.'

ed. a. 1687. Ad illam editionem praeparandam praeter collationes codd. *PQII* et excerpta 'cod. Fulviani' supra memorata praesto patri erant codd. *R*, paulo post editionem priorem, a. ut videtur 1652***), a possessore amico Bernhardo Rottendorff cum eo communicatus, *ZX*†), quorum illum ad priores libros, hos ad posteriores libros recensendos pertinere non est quod repetam. Autumno demum a. 1670 accessit collatio cod. Oxo-

'paene caecutiente per nimiam in socios bilem animo, horis insolitis, ne bibliothecae publicae datas amitteret, ter quoque immensis ventris terminibus relinquere pensum cogentibus'.

*) Vtrobique in praefationibus ad lectorem; in ed. posteriore etiam in epistula ei praemissa ad Dom. Passioneum.

**) Ep. ad Passioneum data est Lugduni ad Rhenum a. d. XIV Cal. Oct. CIↃIↃCCV.

***) cf. praef. ed. a. 1706 f. ***3^v sq., p. XXVII Conr.

†) v. ibid. f. non sign. ***4^r, p. XXVIII Conr.

niensis collegii Lincolniensis ab *i* confecta*), paulo post incunte a. 1671 cod. Schefferianus, iam quattuor fere annis ante ab amico Ioanne Scheffero, qui eius mentionem in libro de militia navali fecerat**), flagitatus***), uterque non magni ad opus promovendum pretii; extremis demum vitae mensibus accessit, quam dudum desideraverat, plena cod. *P* collatio ab *i* Parisiis, ubi ab exeunte fere mense Aprili a. 1671 commorabatur†), instituta. Novam textus recensionem ut conficeret ei non contigit, nam certe ea usus esset filius in ed. a. 1687, qua immutatam fere a. 1651 editionem repeti diximus; reliquit tamen pater notas et emendationes in Aulum

*) v. praef. a. 1687 f. 4v, a. 1706 f. non sign. ***4r, p. XXVIII Conr. (cf. p. CXXV n. ***). Dicit *i* in indice collationis 'Codex erat maiori forma membranaceus quidem non tamen vetustissimis accensendus', in epistula supra l. cod. *R* longe antiquiorem hoc codice vocat; et pertinet quidem, quod ex satis larga messe variarum lectionum ab *i* excerptarum per se patebat, ad codd. illos saec. XV novicios, omnes Noctium Att. libros complectentes v. Coxium catal. codd. in coll. anlisque Ox. I p. 35 sq.; dicitur ibi 'bene exaratus et ornatus', 'charactere nitidissimo scriptus' in catal. libr. mss. Angl. et Hib. I 2 p. 39 n. 1289. cod. Lincoln.

**) Vbsal. (*sic*) 1654 lib. I c. 3 p. 25; II 2 p. 71.

***) cf. praef. a. 1687 f. 4r, a. 1706 f. ***3rv, p. XXV sqq. ed. Conr., ubi de libri huius historia accurate in ep. ad *g* data agit Schefferus; dicit codicem membranaceum esse, litteris non inelegantibus viderique trecentorum circiter annorum aetatem referre: paulo iuniorem fuisse certe probabile est (cf. p. LXXII); desinebat in lib. XVI cap. 4. cod. Scheff.

†) Primas litteras Parisios, quo salvum eum pervenisse gaudet, ad filium IFGr. dedit 'a. d. pridie Non. Mai postridie quam nactus tuas 1671' p. 51 sq. Hart.; quae de cod. *P* indole, quam explorare filium iusserat litteris a. d. XIV Cal. Iun. eiusdem anni datis, secundum collationem a filio confectam exemplari suo pater adscripsit, ea filius publici iuris fecit praef. a. 1687 f. 2b; a. 1706 f. non sign. ***4v, p. XXVIII sq. Conr. Ad utrumque cod. regium *PQ*, etsi praecipue ad *P*, pertinere certe debuisse hanc collationem ex patris voto, sequi videtur ex *i* praef. a. 1706 (cf. p. CXXVIII sq. n. †, add. p. 5 7 sqq. Hart.) De Gellio, quem et ipsum autumno demum extremi huius vitae suae anno a Slegelio accepisse se filio *i* narrat *g* in ep. a. d. VII Cal. Oct. eius anni data, quam altera quattuordecim diebus ante scripta, sed ut videtur amissa, eundem nuntium ei allatura praecesserat (ep. XXXV p. 69 Hart.), nihil habeo quod addam: ne manuscriptus quidem codex num fuerit, ex nuda illa mentione constat.

Gellium, sed ne eas quidem absolutas et ad umbilicum perductas. Ad calcem ed. a. 1687 ab *i* additae 142 paginis comprehendunt Noctium Atticarum praefationem et libros septem priores addita una adnotatione ad lemma lib. VIII c. 15, tum ex iis, quae altera codd. vetustiorum parte continentur, quattuor modo prima libri noni capita; sunt tamen hae *g* notae optimorum fere librorum antea omnino non aut parce atque raro tantum adhibitorum fundamento superstructae pretiosissimum ad Gellium recensendum et emendandum instrumentum, sani iudicii, eruditionis amplissimae, magni acuminis cum non minore prudentia coniuncti testes*).

ed. a. 1706. Plus laboris in altera editione quam in hac priore collocavit Iacobus. In hac enim aut, ut ipsius verbis utar**), in edendis paternis nihil appendendum existimaverat sententiae suae aut meditationis, quoniam sola illa progredi desiderabat, id curasse pro tempore amans, si ab vermibus et situ ista domestica liberaret, vel quia, quidquid suum esset, non satis multos annos mitigatum, renovatum versatumque videbatur. Cum interim***) inter liturarios laterent adhuc quaedam semiperfecta, alia tantum incohata et primas cogitationis ad emendandum progressae lineas habentia, ea iam universa coniunxit et bona fide proximas morti paternae horas in Gellio usque ad libri noni caput quintum decimum extulit†): etiam

*) 'Hinc ergo' addit *i* in ed. a. 1687 post cod. *P* descriptionem paternam cummaxime memoratam 'progredienti inter varia fastidia in adhibendo quibuscumque varietatibus iudicio, vitae simul et huius operae filum ei ruptum est, postquam haec, quae vides, in mundum redegisset. Si recognoscere haec ipsa scripta, si examine altero collationem percensere licuisset, non potest esse dubium, quin et haec ipsa pinguiora elaboratioraque fuisses habiturus, et uberiores etiam in Gellio emendationes. Restat enim bona pars, sed nobis non licuit nunc ea vestigia premere; qui hoc curasse pro tempore satis habuimus, si haec ab vermibus et situ liberarentur et hactenus per paternum laborem Gellio prodessemus'.

**) Praef. ed. a. 1706 f. [illegible]r. p. XXX Conr.

***) Hic quoque ipsa fere Iacobi verba allata sunt ibid. f. [illegible]4v sq., p. XXVIIII sq. Conr.

†) Adnotationi patris ad verba 'offendens iam in eo' IX 15, 5 *i* addidit 'Hoc extremum Patris'. Tum vero praef. l. l.: 'Si recognoscere haec

per libros posteriores haud sane frequenter patris coniecturas nonnullas ex adversariis eius depromere potuit. Reliqua quominus ita perficeret ut in votis fuisset, 'adrepens' scilicet 'normae, quam antea duxerat pater quasi ad exemplum, ut sic perhiberetur telae opus per eos duos eadem Minerva exactum' sola librariorum voluntate impeditum se esse, queritur. Contigerat ei tamen, ut praeter omnia illa recensionis instrumenta etiam cod. *N* 'obiter' sane, ut ipse dicit, Florentiae a fratre et cod. *T* a se ipso Parisiis 'itidem' inspecto uteretur*). Vsus autem est his adiumentis ita, ut ad optimorum librorum a patre agnitorum et advocatorum normam Gellii verba, etsi non satis constanter, exigeret, in eo quoque nimis timidus, quod quae in codicibus recte sese habere sive ipse agnosceret sive a patre ex ipsis libris recte agnita aut iustis emendationibus inventa inveniret, non satis constanter in ipsum verborum ordinem reciperet: ab ipso quoque emendationem hic illic promotam esse non negaverim, in universum tamen iudicio et simplici et subtili atque acumine ingenii paterni careus saepe contorta et ex apicibus traditis artificiose exsculpta procudit, quibus tamen eadem timiditate ductus in ipso textu locum fere non

ipsa scripta, si examine altero collationem percensere patri licuisset, non potest esse dubium, quin et haec ipsa pinguiora elaborationaque fuisses ab eo habiturus, et magis uberes etiam in Gellio emendationes. Sed ista in vanum'. Quae proxime sequuntur, ita fere comparata sunt, ut credas, cum societatem ad opus paternum perficiendum cum fratre Laurentio Theodoro iniisse: et sane operam ille Gellio eo praestitit, quod Lutetiae Parisiorum a. 1579 mense Aug. et Septemb. utriusque cod. regii collationem confecit, quae servatur in bibl. Lugd., insignita Gron. O. 109. Eam significare videtur *i*. si l. l. addit, Lutetiae 'istam' collationem ita processisse, ut vetus scriptura multifariam sibi blandiretur; videtur igitur a. 1671 ipse eam ne quod ad cod. quidem *P* pertinet satis accurate instituisse; num tum omnino etiam cod. *Q* contulerit, praestare non ausim.

*) l. l. f. ****r, p. XXXI Conr.: de vv. ll. ex aliquot libris Vaticanis (inter eos sane etiam ex *V*) et Ottobonianis ductis, cum ad unum tantum locum lib. I 13, 11 pertineant (dedic. ad Passionenm f. **r. p. XVIII Conr.), non est quod verba faciamus; de excerptis Sciopianis (*z*) dictum est p. LXXVII sqq.

concessit, eam ob rem non minus laudandus quam quod post Carrionem et patrem, melioribus quam ille, pluribus et partim plenius collatis quam hic libris patrisque egregii adnotationibus usus, Gellii recensionem solido alicui fundamento partim ipse superstruxit, partim in adnotationibus superstruendam esse docuit.

Telam tamen, quam ille semiperfectam nec solum absolvendam, sed etiam multis locis retexendam reliquit, opus sane satis amplum, diu ac fere omnino adhuc nemo attingere a usus est.

i ed. Conradi Lips. 1762.

Ipsa vero haec Iacobi Gronovii editio 26) anno 1762 (II 8) Lipsiae, universa farragine Scioppiana suis locis inserta, repetita est per ILConradi, qui nonnullos excursus satis leves de rebus ad ius pertinentibus illustrandis (I 573 sqq.; II 519 sqq.) adiecit; praeterea ECAOtho, cui cura plagularum emendandarum demandata erat, adnotationibus coniecturas quasdam suas raro probabiles adspersit.

Longol. 1741.

Interim 27) Curiae Regnitiae anno 1741 (8) PDLongolius suo Marte Noctes Atticas recensuit, 'ex optimis' scilicet 'codicibus Msstis et primis editionibus', quarum praecipuas sibi ad manus fuisse dicit*): codicibus nondum adhibitis melioribus usus non est, num unum alterumve s codicem ad manus habuerit, discerni nequit; ex collationibus antea publici iuris factis et editionibus illis delectum aliquem fecit imprimis librorum optimorum, maxime regiorum, scripturas a *gi* indicatas verborum ordini sparsim modo merito modo immerito inserens. Ad eum referenda est capitum in paragraphos minores 'saepe satis moleste dispositas' consectio, quam, cum a Lione servata in usum vulgarem abierit, equidem neque in editione priore neque in hac editione mutavi, 'ne molestiorem numerorum in scriptore laudando diversitatem excitarem'**).

---

*) Praef. § XXXII.

**) cf. praef. ed. min. I p VI. ubi Longolianas potius quam Lionianas has paragraphos nominare debebam.

Insequentes editiones, quod sciam, omnes in verbis Gellii reddendis aut Gronovios secuti sunt aut 28) Albertum Lion (λ), qui Noctes Atticas 'collatis mscpt. Guelferb. et edd. vett. recensuit' etc. Gottingae a. 1824 et 1825 (II 8)*). Codex ille novicius ad textum corrumpendum magis quam emendandum aptus erat; tamen eius et veterum editionum scripturae saepe librorum optimorum lectionibus a *gi* propositis praelatae sunt ab editore, qui iusta methodo et acri iudicio non minus quam iusto apparatu carens, diligenter quidem, etiamsi non semper accurate, sat multa ad Gellium emendandum facientia nec Gellii expilatorum: Nonii, Macrobii, Ioannis Sarisberiensis incuriosus congessit, sed ipse constantem verborum recensionem ne adire quidem poterat; ex coniecturis eius, parum firmo fundamento plerumque superstructis, nonnullae tamen ad emendationem adhiberi poterant.

Lion (λ) 1824/5.

Inter Longolianam et Lionianam editionem una prodierat 29) Bipontina (a. 1784 II 8), eadem aetate (Lond. a. 1795 III 8) in sermonem Anglicum Noctes Atticae conversae sunt a WBeloe, cuius conamina aliquot critica haud inscita ex Lionis excerptis mihi innotuerunt. Eodem anno 1824, quo Lioniana editio emitti coepta est, tribus voluminibus in forma octonaria satis spissis (1658: CCLXVIII pag.) prodiit 30) ed. Londinensis inscripta 'Auli Gellii Noctes Atticae ex editione Jacobi Gronovii cum notis et interpretatione in usum Delphini**), variis lectionibus, notis variorum, recensu editionum et codicum et indice locupletissimo accurate recensitae' quam propter interpretandi, recensendi, emendandi materiam satis commode ibi digestam silentio transire nolo.

Bipont. 1784.

vers. Angl. WBeloe 1795.

Lond. 1824.

Interim tamen inde a IF et Iac. Gronoviorum aetate non defuerant alii, qui studia continua, seria illa atque operosa, Gellio dicarent, sed neque his contigit, ut quas partim certe

*) Ed. eiusdem minor sola Gellii verba sine adnotationibus continens prodiit ibid. a. 1825.

**) Ex ed. Proust (v. p. CXXV) repetitis.

molichantur editiones Noctium Atticarum aut perficerent aut perfectas ederent.

Bentleius. Hoc sane consilium RBentleii fuisse nescimus: tamen virum unicae fere in litteris antiquis pernoscendis et emaculandis praestantiae neque a Gellio alienum fuisse ex annotationibus eius Horatianis diu quidem notum erat*), magis vero nuper apertum est, adnotationibus proh dolor haud frequentibus exemplari eius, ut vulgo dicitur, manuali ed. Stephanianae adscriptis**), quas publici iuris fecit AStachelscheid mus. phil. 35, 633 sq. Inter eas nonnullae certe emendationes, partim quidem interim ab aliis praeceptae, inter ipsa Gellii verba recipiendae erant, nulla fere, quae non accuratiore indagatione digna esse videretur. Alios contra editionem Noctium Atticarum parasse aut constat aut saltem probabile est. Vt iam ad illos redeat oratio, universitatis Lugduno-Batavae bibliotheca continet apparatum satis amplum Gellianum ab

Abr. Gronovius. Abraha Iac. f. Gronovio congestum***), imprimis vero hic

*) cf. praeter locos Gellianos passim ibi adlatos emendationes in adn. ad G. IV 14, 5; XII 12, 4; XIII 12, 2; XIV 2, 1 propositas.

**) Inerant etiam collationes cum ab al. m. confectae codicum quorundam Parisinorum, et codd. *P*, ut mihi quidem videtur (cf. Bentleii ad Hor. S. II 1, 79 adn.) *Q* et recentioris alicuius cod. Morellioni, tum ab ipso Bentleio 'Ms. Regii Londini' per lib. I 8 sqq., 'excerptorum Msti Regii Londini 600 annorum' inde a lib. I 24 sqq., 'excerptorum Ms. cod. Regii sti Jacobi 700 annorum' ad lib. I c. 26 teste Stachelscheidio cf. etiam HHOnions journ. of phil. XI 1882 p. 77 sqq. De ms. illo Iacobaeo supra dictum est p. LIV sq.: non magis excerpta illa altera hucusque novimus quam Iacobaea; Dziatzkoni, cum in librum illum nuper, ut dixi, incideret ac Bentleianas inde emendationes, sibi tum ignotas, mihi pro sua erga me amicitia quamvis temporis angustiis pressus negotiisque obrutus describeret, ad excerpta quoque accuratius inspicienda tempus defuit. Hodie, quod sciam, codd. Gelliani vetustiores Londini inter libros mss. regios omnino non exstant.

***) Pertinent huc duo exemplaria ed. Gronov. a. 1706, quorum alterum (ms. Q 47 Gron.) Iac. et Abr. Gronoviorum, alterum (ms. Q 49 Gron.) Abrahae notis instructum est, eorundemque mss. n. 57 (= catal. bibl. Gronoviorum p. 35 n. 189 cf. Weel catalogus librorum mss. qui inde ab a. 1741 bibl. publ. L. B. accesserunt n. 605 p. 179) amplectens undecim fasciculos continentes 'Gronoviorum collectanea ad A. Gellium pertinentia aliaque'.

duoviri nominandi sunt, qui magnam vitae studiorumque partem Gellio edendo impenderunt, Christianus Falster et Andr. Wilh. Cramer. Quorum alter (1690—1752)*), rector Ripensis, vir de litterarum studiis in universum non immeritus, non tantum praeter alia, ubi Gellii interdum mentio inicitur, opuscula aliquot Gelliana publici iuris fecit**), sed etiam ed. Gellii amplissimis commentariis instructam absolvit. Quem Gellium benigno hospitio exceptum cum prelo Batavo desponsare, ut ipsius verbis utar***), enixe cuperet Sigeb. Havercamp, efficere tamen, ait, non potuit, 'quin Agellius in patriam rediret, quin nuptiis istis excideret, quin caelibem hodie vitam in bibliotheca mea agat. Scilicet terrebat bibliopolam moles operis tribus in folio, ut vocant, tomis comprehensa'. Nec postea lucem aspexit haec editio†). Chr. Falster.

*) Conscripta esse dicitur eius vita et ab Hansenio et a Thaarupio, altera programmatis duobus Ripensibus a. 1769 et 1771, altera ed. satirarum Danicarum Falsteri a. 1840 Havniae emissae inserta; hic satis habeo Bursianum laudavisse Gesch. d. class. Philologie in Deutschland I 367 ff. (Ad eundem Christianum Falsterum pertinet supplementum Latinae linguae ibidem sub Christophori Falsteri nomine allatum; corrigendus inde etiam index p. 1254b).

**) Vigilia prima noctium Ripensium s. specimen annotationum in A. Gellium, quo liber huius VIIIvus deperditus ex infimis tenebris in lucem vocatur praemissis prolegomenis ad tuendum (sic) γνησιότητα lematum Gellianorum adjectisq; ad calcem specimine lexici Gelliani et indice triplici. (Hafn. 1721; 8 min.); specimen emendationum in A. G. lib. I, II, III et IIII edit. Gronov. 1706 in 4. in IGKrausii Nov. litterar. a. 1721 p. 138—143; libellus commentarius de vita et rebus A. Gellii (amoenitat. philolog. s. discursuum variorum II, Amstelod. 1731, 8, p. 215—272); admonitiones ad interpretes A. Gellii cum epistola ad virum clarissimum J. G. Krause (ibid. III, 1732, p. 211—341), quibus permulti Gellii loci explicantur et temptantur, insertis multis iisque fere tantum non omnibus infelicibus coniecturis DWTrilleri, 'clarissimi', ut cum Falstero l. l. p. 215 loquar, 'Merseburgensium Hippocratis'.

***) Amoen. philol. II 243 in ep. ad Havercampum data.

†) Thaarupio ut videtur duce Bursianus l. l. p. 369 narrat, universum hoc opus servari in bibliotheca universitatis Havniensis, cui tribus ante obitum suum annis universam bibliothecam suam dono dederit Falsterus; Madvigius adv. crit. II 586 in eadem universitatis Havniensis bibliotheca non nisi Gronovianae editionis exemplum commemorat, quo Falsterus usus sit et in cuius marginibus nonnulla annotaverit.

IFChrist. Eadem fere aetate etiam a Ioanne Friderico Christ (1700 aut 1701—1756) Gellium una cum Plauto et cum Tacito non tam stili causa quam propter summam varietatem praecipue adamatum esse testatur Frid. Platner in promulside prima lanci satirae a se conscriptae praemissa, qua illustrissimi illius professoris Lipsiensis antiquarum litterarum peritissimi et de studio earum optime meriti vitam enarrat p. XVIIII sq.*); neque minus ipse Christius (noct. acad. spec. I, Hal. Magd. [1727] praef. p. 3) Gellii imprimis amorem profiteri se dixit eiusque lectionem (cf. Platnerum l. l. p. XX) maxime commendavit; ipse tamen, quod sciam, nil nisi unum Gellii caput XX 10 emendatum, ut ait, et illustratum edidit l. l. III (1728) p. 180—190, editionibus veteribus nisus; nos ex hac viri subtilis alioquin atque elegantis doctrinae opera hodie vix quicquam lucramur.

AW Cramer (c). Quattuor contra de Gellio excursus, singula eius capita (deinceps XV 4; XV 5; XV 14; I 12) enarrans, publici iuris fecit Andreas Wilhelmus Cramer, ICtus Kiloniensis**) (1760—1833), per totam fere vitam his studiis deditus, quorum fructus ditissimi et uberrimi in manuscriptis eius et adnotationibus ad margines editionum ab ipso usurpatarum additis in bibliotheca universitatis Kiloniensis asservantur***). Pertinent eo cum collatio cod. alicuius Havniensis novicii†), de quo olim, antequam accuratiorem eius notitiam haberem, nimiam

*) Inde repetit Edm. Dörffel IFChrist, sein Leben u. seine Schriften, Lips. 1878, p. 94, qui etiam ipsius Christii l. supra l. adscripsit.

**) Ad Gellium excursuum trias. Kil. 1827 et Ad G. excursus quartus ibid. 1832, 4; repetiti sunt omnes in Crameri opusculis ab HRatjen Lips. a. 1837 una cum OfNitzschii Crameri memoria editis p. 64—136.

***) cf. Nitzschii memoriam Crameri l. l. p. 18; Ratjeni introductionem ad Crameri opuscula p. XLVII sqq.; eiusdem Verzeichniss v. Hss. d. Kieler Univ. Bibl. Abth. 1—4 (Kil. 1873) KB 35 p. 13 et KB 36 p. 14. Cramerianis his omnibus olim Berolini Ratjeni beneficio uti potui.

†) cf. excurs. IV, opusc. p. 91, 1.

exspectationem professus sum*), excerpta Wowerii et Fr. Lindenbrogii, de quibus supra p. LXXIX dictum est, adnotationes quaedam IBongarsii ac Petri Franciscique Danielum ex exemplaribus bibl. Bernensis excerptae**), tum autem larga messis adnotationum ipsius Crameri et ad interpretationem et ad emendationem Gellii spectantium. Quae adnotationes, cum ex litteris et philologicis et iuridicis antiquioribus, quarum amplissima notitia Cramerus imbutus erat, haustae essent, summae mihi utilitati fuerunt atque haud pauca, quae ex his litteris, quamvis a me ipso etiam haud neglectis, in adnotationibus meis producere potui, uni Crameri diligentiae et eruditioni me accepta referre libens gratusque profiteor. Vix quisquam ex recentioribus ita in G. quasi habitabat ut Cramerus, qui, quem ab ineunte aetate in deliciis habuit, eum vir factus atque adeo iam senex talem semper existimavit, qui inter paucos aptissimus esset, qui vel in academiis tractaretur***), neque a philologis tantum grammaticisque, verum etiam sive a iuris consultis, sive a medicis et philosophis ac mathematicis, quarum scientiarum omnium ille si perfectum seminarium non reliquerit, semina tamen multiplicia disperserit†). Ipse vero pulpiti custodem peregrinationumque comitem eum vocitabat††).

Per proxima quoque decennia Noctes quidem Atticae et in Germania†††) et identidem Latine et Francogallice Lutetiae

---

*) Jahrb. f. wsch. Kritik 1843 II 60, 474.

**) De excerptis his Bernensibus cf. etiam opusc. 126 sq., 3., ne afferam eorum mentionem etiam in Crameri libello satis memorabili satisque miro 'Haus-Chronik' inscripto (Hamburgi 1822, auctoris nomine in titulo non indicato) fieri p. 156.

***) Ipse Cramerus selecta eius capita, quae ad ius et ad antiquitates pertinerent, 'magno saepe cum audientium favore' - Nitzschii verba sunt l. l. - 'usque ad annos extremos interpretatus est' cf. Ratjen l. l. p. XLVII.

†) Introd. in excurs. triadem, opusc. p. 64 cf. introd. in exc. quartum ibid. p. 88.

††) Teste Nitzschio l. l.

†††) Inter edd. stereot. Tauchnitianas Lips. 1835 (iterat. 1870). Praeterea hic nominare licent fasciculum VI et 35 paginarum pro obtinenda

Parisiorum editae sunt*), ab iis recensendis et emendandis per id quoque tempus, ut iam supra indicatum est, editores
Fr. Ritschl. plane abstinuerunt. Vnus Fr. Ritschelius exemplo insigni a. 1845 rectam viam et monstravit et iniit (v. p. XCII; CV; I p. 197).

Mllertzii) 1853. Novae recensionis libris supra enumeratis fere omnibus iam tum collatis**) periculum ego feci ante hos triginta duos annos in 31) editione Lipsiae sumptibus et typis B. G. Teubneri anno 1853 edita (II 8) ac bibliothecae scriptorum Graecorum et Romanorum Teubnerianae inserta***). Quid ibi praestare voluerim, breviter et in praefatione eius editionis et in huius praefationis initio exposui†).

---

venia legendi in universitate litteraria Rostochiensi a. 1843 publicatum, anthologiae alicuius Gellianae specimen continentem, qui inscriptus est 'Auli Gellii quae ad ius pertinent. Recognovit commentarioque critico instruxit D. Iwan de Gloeden', quem ad suscipiendam hanc operam ibi per libros tres primores propositam, postea non continuatam non satis paratum accessisse tum statim a me expositum est (Jahrb. f. wsch. Kritik. 1843 II 60. 473—477).

*) Praeter ed. V. Vergeri, quae decem annis ante primum emissa erat, a. 1830 repetitam (III 8) et in collectione Panckouckiana (1845 et 1846, III 8) et in Nisardiana (a. 1843) una cum Petronio et Apuleio; Gellium in hac ed. in sermonem Francogallicum verterunt vv. dd. Jacquinet et Fabre (v. la littérat. franç. contemp. V, Par. 1854, p. 654); Panckouckiana vero editio olim ab E de Chaumont, F Flambart, E Buisson confecta nuper (ap. Garnerios fratres) iterata est a duobus vv. dd. Charpentier et Blanchet. Cum Francogallicarum harum interpretationum propter textum Latinum iis additum mentio iniicienda fuerit, silentio praeterire nolo, Noctes Atticas nuper (Lips. 1875 sq., II 8) strenue et sedulo in vernaculum sermonem conversas esse a viro Gellii amantissimo Frid. Weiss, tum munere cantatoris aulici in theatro regio Dresdensi fungente, qui eo maiore laude dignus est, quod inter muneris illius officia ab his studiis alienissima indefessam neque infructuosam amasio suo operam impendit.

**) Accessit tantum postea praeter novicium illum Rehdigeranum (ϱ) fragmenti Bernensis continuatio Traiectina (B^{tr}).

***) Hanc editionem annis 1861 et 1871 et 1877 immutatam fere me ne certiore quidem facto repeti iussit redemptor. Correcta ibi sunt nonnulla vitia typographica atque uno alterove loco accuratior ordo alphabeticus a nescio quo in indicibus est restitutus.

†) cf. vol. I p. VII coll. h^e p. 3 sqq.: h^{ea} p. 5 sqq.

Post hanc editionem viri aliquot docti non tantum Gellii vitae et operi frugiferam diligentiam impenderunt, sed etiam verbis eius emendandis operam navarunt. Inter illos, quorum studia minus huc pertinent, quamquam data occasione hi quoque fere omnes sparsim quaestiones criticas attigerunt, nomino Iulium Kretzschmerum*) et Ludovicum Mercklinum**), quorum obitum lugeo, Ludovicum Friedlaenderum***) et Theodorum Vogelium†), quibus viris atque amicis

*Kretzschmer. L.Mercklin. L.Friedländer. Th. Vogel.

*) De A. G. fontibus part. I de A. G. auctoribus grammaticis (diss. Gryph.) Posnan. 1860 et Berol. 1866 (*k*). Iam decem annis ante HEDirksenius, ICtus eruditissimus et amabilissimus, scripserat de excerptis ICtorum Rom. in N. A. in comm. acad. Berol. a. 1851 = hinterlassene Schriften I 21 sqq.

**) Die Citiermethode und Quellenbenutzung des A. G. in den N. A. in ann. phil. suppl. III (Lips. 1860) p. 636—710 (*m*); A. G. N. A. capita quaedam ad fontes revocata ind. lect. Dorpat. a. 1861. Magnopere doleo, quod vir honestissimus, sed morbosus atque inde morosus et suspiciosus. de Kretzschmeri probitate dubitationes omni iusto fundamento carentes protulerit ann. phil. 83, 713—724 et contra modestam honestamque eius responsionem (ibid. 85, 361—368) atque unanimum GFSchoemanni, ASchaeferi, FSusemihlii, meum testimonium iterum ibid. p. 428—440, quod ad defendendam atque honorandam Kretzschmeri, adulescentis probi, strenui, eruditi, his studiis praematura morte erepti, memoriam hic quoque reticere nolui. Libentius commemoro, Mercklinum fere moribundum mihi dedicasse exemplar editionis meae a se diligentissime usurpatum et adnotatum (*m*^{a}), quod sat multa continet ad materias in scriptis illis tractatas complendas, nonnulla ad iudicem emendandum, quibus libenter usus sum, ad crisin facientia pauca, ut raro fere mentionem eius inicere potuerim.

***) De A. G. vitae temporibus. Regim. 1869. 4; Darstellungen aus d. röm. Sittengesch. etc. III (a. 1871) 414 sqq.; 658 (^{5} a. 1881 p. 470 sqq.).

†) De A. G. vita, studiis, scriptis narratio et iudicium. Zittav. 1860. 4; de A. G. sermone. comm. III; de copia vocabulorum A. G. comm. I Zwickav. 1862. 4. Magnopere dolendum est, reliquas duas commentationes viri eruditissimi 'de rebus grammaticis' et 'de compositione atque universo genere dicendi' (v. l. l. p. 1) in lucem nondum editas esse; nonnullas observationes scitu dignas protulit idem vir doctissimus ann. phil. 127, 185 sqq., inde a p. 189 origini Gellii Africae contra CSittelium merito adversans cf. etiam eiusdem censuras de vindiciis meis Gellianis alteris et de priore huius ed. volumine actas: ann. phil. 111, 561 sqq. et nunt. philol. 1884, 442 sqq.

laetor*). Inter hos, quibus Vogelium quoque, criticum sagacem et prudentem, adnumerandum esse docet adnotatio, multi singulos paucosve locos emendare studuerunt, quos suis fere locis attuli, hic potiores tantum significabo, eosque fere omnes sicut Vogelium cum historia editionis illius, ut ita dicam, coniunctos. Ac paulo quidem post eam publici iuris factam,
AFleckeisen. Lips. (Dresd.) a. 1854, Alfredus Fleckeisen, cuius amico ac salutifero consilio per ipsum laborem diutinum recensendi et, ubi locus esse videbatur, emendandi frui potueram, epistulam ad me dedit 'Zur Kritik der altlatein. Dichterfragmente bei G.', qua haud raro nunc quoque non sine magna utilitate uti licuit.

Ipsa illa editio, suavissimis verbis a Fr. Ritschelio excepta**), cum satis benevolos censores nacta esset, aliquot annis post paulo durius sub specie fucatae laudis plerumque in eam invectus est Reinholdus Klotzius in quaestionibus Gellianis, programmate universitatis Lipsiensis a. 1857: in quo libello, ad unum fere librum Noctium Atticarum primum pertinente, perpauca scite, reliqua omnia perverse administrata esse demonstravisse mihi videor in prooemio ind. lect. Gryphisk vald. aestiv. a. 1858, 'vindiciae Gellianae' inscripto (*kv*).

Per proximos annos, quod sciam, studia data opera in Gellio emendando posita fere nulla a viris doctis publice proposita sunt. Anno sane 1860 in emendationibus Livianis locos
INMadvig. nonnullos Gellianos attigerat unique eorum***) ingeniosissima emendatione remedium certissimum attulerat INMadvigius; idem aliquanto plures inter exempla artis criticae instituendae

*) Nuper (a. 1883) prodierunt dissertationes duae inaugurales, quas occasione data hic in transitu afferam: OGorges de quibusdam sermonis Gelliani proprietatibus observationes. Hal. Sax. et LRuske de A. G. N. A. fontibus quaest. sell.. Glaciae (Vratisl.); adicere liceat HNettleshipii commentationem eodem anno exeunte act. phil. American. IV 4 p. 395 sqq. insertam 'the Noctes Atticae of Aulus Gellius' = lectures and essays (Oxon. 1885) p. 248 sqq.

**) Ind. lect. Bonn. aest. a. 1854 p. IV = opusc. II 397.

***) VI 3. 35. ubi cf. adn.

recepit ac sanare studuit in libro primo voluminis primi adversariorum criticorum ad scriptores Graecos et Latinos Havniae a. 1871 editi*). Duobus vero annis post idem vir eruditissimus et sagacissimus eorundem adversariorum libri noni caput primum (vol. II p. 583—616) totum fere praeter paucas pagellas extremas Frontoni dicatas in Gellium emendandum insumpsit. Etiam in his Gellianis haud pauca inesse viro summo acumine praedito et in re critica exercenda versatissimo digna per se patet atque equidem, iusta eius admiratione inde ab adulescentia impletus, non negabo atque ingenue fatcor, me haud raro sano eius iudicio egregiisque emendationibus adiutum esse; praeterea autem non tantum insunt, ut fit, sat multa incerta, sed etiam vix minus multa aperte falsa. Vir enim ille Ciceronianae et Livianae latinitatis gnarissimus sibi visus est eodem modulo et latinitatem archaicam tum genuinam Plauti, tum fucatam Gellii Frontonisque metiri posse, tum autem acrimoniae suae fidens ea diligentia se supersedere posse credidit, qua opus est ad Gellium recte tractandum; me autem editionemque meam sane haud raro iure suo vituperavit, haud minus vero saepe mihi inurbanis partim inhumanisque verbis usus obiecit, quae secundum consilium a me publice indicatum non aliter administrare ibi debebam atque a me factum est, aliquotiens vero, ubi me non tantum edocere, sed flagitiis quoque persequi posse sibi visus est, ipse in graves errores incidit**). Quae ut retractaret, sicuti hominem honestum, qui alieno homini honesto iniuriam inflixit, errore cognito decet, bis frustra ab eo publice petivi: hic adversus octogenarium multis nominibus admirabilem eumque, quamvis fere caecutientem, indefesso labore etiamnunc largos atque egregios studiorum amplorum diutinorumque

*) De nonnullis eorum verba feci in commentatiuncula (misc. 27) de hoc volumine ann. phil. vol. 103 p. 266—273 (cf. p. 860 adn. *) inserta p. 270 sqq.; de volumine altero praeter Gelliana egi ibid. 109, 249—264.

**) cf. Vindiciae Gellianae alterae (*hac*). ann. phil. suppl. VII (1873) p. 1—91 cum additam. ann. phil. III, 506—508.

fructus cum orbe litterato communicantem querelis meis diutius immorari nolo: si solacio adversus eum egui, largissimum, simul sane etiam maestissimum, id iudicium mihi praebuit, quod in extrema commentatione, quam dum in vivis esset, museo suo philologico inseruit Fridericus Ritschelius*), sponte sua ac me inscio de hac Madvigii taciturnitate pronuntiavit, quocum alios viros gnaros et probos consentire scio**).

Non minus severum de studiis meis in Gellio positis iudicium paucis annis post a. 1876, non minus fere incuriosus eius consilii, quod in editione priore me secutum esse identidem publice exposueram, egit alius quidam criticus sagacis-
Th. Bergk. simus, Theodorus Bergk (ann. phil. 111, 329 sqq.), qui editione illa viginti tribus annis ante publicata usus est, ut me tanquam foedum eorum exemplum castigaret, quos posteritatis philologos ('Zukunftsphilologen') appellare posse sibi visus est. Quod num iustum aequumve fuerit, nunc, cum interim vir ille eruditissimus sane et sagacissimus litteris his nostris ereptus sit, disceptare nolo. Quae ipse ibi ad Gellium emendandum protulit, ingeniosa sunt fere omnia, certa aut saltem probabilia fere nulla***).

His honoris causa adiungam criticum illustrissimum,

---

*) 31. 554 sq. = opusc. III 173.

**) Nonnullos locos censores libelli mei pertractaverunt cum Illagen in Bursiani nunt. ann. a. 1873 p. 1408—1416, tum Th. Vogel l. supra l. Admonere hic liceat nonnulla eaque non infructuosa ad emendandos libros G. primores spectantia prolata esse in censuris de volumine huius ipsius editionis priore conscriptis ab OSeyffert (berl. philol. Wochenschrift 1884, 6, 173—176). Luciano Muellero (philol. Rundschau 1884, 9, 275—282), Th. Vogelio (l. supra l.), quae infra inter addenda singillatim commemorata sunt.

***) De uno loco ab eo tractato (III 7, 19) dixi ann. phil. 117, 254—256; reliqua eius conamina proposui adn. I 13, 11; II 20, 6; III 2, 10; III 7, 8 et 17—19; V 6, 12; IX 4, 6; ex iis praeter unum vocabulum 'praehibuit' III 7, 18, quod a Quicheratio iam dudum propositum erat, in verborum ordinem id tantum recipi posse mihi visum est, quod ad Sempronii Asellionis fragmentum II 13, 5 a G. traditum proposuit, ac credo, vix quemquam et rei criticae et Gellii satis peritum aliter indicaturum esse.

CGCobetum*), qui passim in Mnemosynes n. s. vol. VI**) VII VIII aliquot locis Gellianis coniecturas adspersit, et scripturae ab optimis libris traditae, quantum tum cognosci poterat, et eorum, quae alii ad G. emendandum praestiterant, satis incuriosus, ut vir de multis scriptoribus praesertim Graecis egregie meritus subitaria ac fugitiva hac opera Noctibus Atticis haud multam lucem attulerit. C. G. Cobet.

Bergkio et Cobeto melius de G. emendando meriti sunt duo Latinitatis imprimis pedestris existimatores peritissimi et prudentissimi CFW et HIMueller, qui identidem aut singulos aut complures Noctium Atticarum locos scite cauteque pertractaverunt. CFW et HI Muellerl.

Haec et alia ab aliis sparsim prolata in adnotationes illata sunt; ipse equidem per illos annos studiorum in Gellio positorum specimen unum alterumve publici iuris feci, partim tantum ad recensionem emendationemve spectans: praeter ea, quae et in proxime praecedentibus et supra p. IV nominavi***), ac praeter adnotatiunculas quasdam ad singulos locos pertinentes variis actis philologicis passim insertas hic afferre liceat commentationes de Nonii Marcelli†) et de Ammiani Marcellini††) studiis Gellianis et duas ramentorum Gellianorum mantissas (*hr*)†††). M. Hertz.

De ipsa hac editione post ea, quae cum in praefatione voluminis prioris tum in huius praefationis exordio de consilio Huius ed. (*h*)rationes.

*) Libenter memini, coniecturam egregiam ad Aristoxeni apud G. IV 11, 5 fragmentum iam a. 1847 ineunte Lugduni Batavorum, ubi tum morabar viri egregii Iac. Geel consiliis egregiis et suavissima hospitalitate gaudens, a viro doctissimo, tum principe iuventutis Batavae philologae modo ex itineribus in patriam reduce, mecum esse communicatam.

**) His partim, merito plerumque, adversatus est FRühl ann. phil. 117, 320.

***) De duobus ex libri quarti capitibus quattuor primis primo scil. et quarto paulo post ed. meam in nonnullis sane me prudentior et felicior disputavit Th. Mommsen (τ) in symbolis Bethmanno Hollwegio oblatis (Berol. 1868) p. 83 sqq. Th. Mommsen (τ).

†) Ann. phil. 85, 705—726; 779—799; 872. ††) Herm. 8, 257—302; 488.

†††) Prooem. ind. lect. Vratisl. aest. a. 1868 et 1869. Opuscula haec Gelliana praeter *hra* propediem una edentur in libraria Besseriana.

meo atque ibidem porro de recensendi emendandique instrumentis a me adhibitis dicta sunt, non multa adicienda habeo.

Gellium quantum pro viribus valerem sui ipsius similem reddituro nihil quidem intactum relinquere mihi licuit, quod corruptum videretur; ubicumque ad tales locos sanandos neque emendationes neque saltem coniecturas probabiles invenissem, librariorum tamen error erat indicandus. Vbi vero tales errores in locis partim sane dubiis ad ipsum Gellium pertinerent, non minus sane indicari debebant, ab emendandi contra conatibus erat abstinendum. Veluti, ut nonnulla tantum delibem, XIII 5 ipse quidem Gellius videri potest recte 'Eudemus', non 'Menedemus', sive scripsisse sive adnotasse, IX 4, 3 dubites, num perversa librorum scriptura 'Poly(i *al.*)stephanus' in iustum 'Philostephani' nomen mutandum sit; quod cum ibi post alios fecerim, impetrare a me non potui, ut III 10, 6 'Aristarchum Samium' pro 'Aristidem Samium' corrigerem, et cum ea de re disputari posse concedam, meo certe iure lib. V capiti 11 'Biantem' pro 'Bione' et XIII 19, 2 'Theaetetum' pro 'Theage' reliqui. Maxime vero hoc ad eos locos pertinet, quos ex aliis descripsit Gellius: ibi non id quod ipsi illi scripsissent restituendum, sed quid Gellius inde in Noctes Atticas intulisset libris accurate examinatis expiscandum erat: sic in re quidem incerta IX 4, 15, ubi libri Gelliani 'Q.', Pliniani superstites n. h. VII § 36 'C.' praenomen Publio Licinio Crasso cos. a. u. c. 581 tribuunt, rectum 'P.' cum Pighio posui; non minus dubitanter *II=* secutus sum XVII 17, 2, qui cum Plinio n. h. XXV § 6 h. l. a G. adhibito 'duarum et viginti' gentium linguas percalluisse Mitridatem tradunt, rell. libris 'quinque et viginti' sive litteris sive numeris indicantibus; cruces contra meo quidem iure plus semel apposui locis imprimis Plautinis, tum qui in ipsius Plauti libris iisdem vitiis laborant, tum qui ibi quidem recte traditi sunt, quos tamen ab ipso G. ex memoria minus recte allatos esse credebam*): sic LMüller ll. in add. ll. II 17, 2 in verbis

*) cf. adn. VI 17, 4; XIII 30, 6; XVII 6, 7; XVIII 9, 4.

Ciceronis or. § 159 pro 'inhumanus' 'immanis' scribendum esse poposcit: et Ciceroni quidem, nisi neglegentius h. l. illud scripsisse censeatur, hoc restitui debebit; 'inhumanus' contra certe Gellio relinquendum est, qui id totidem litteris scriptum in libris Ciceronianis invenerat eandem scripturam etiamnunc exhibentibus.

Cum unis hominibus doctis destinata haec editio iisque apparatus critici inspiciendi facultas ubique data sit, ipsum contextum vario litterarum genere distinguere aut adiectis uncinis aliisve notis criticis saepius intercipere nolui: itaque ne crucis quidem signum fere umquam nisi in locis aut aperte falsis atque omnino desperatis aut ab ipso G., ut mihi quidem videbatur, vitiose aliunde excerptis, de quibus modo dictum est, adhibui ac saepe quae mihi ipsi non satis certa viderentur verborum ordini inserui, uni lectorum diligentiae lectionum et traditarum et receptarum examen relinquens; lacunas asteriscis significavi, quibus in adnotationibus ita usus sum, ut singuli asterisci singulas fere litteras rasuris aliove modo haustas ubicumque satis accurate eas enotatas habebam, quod in cod. *X* praesertim primo a me collato non semper praestiterim, significarent; ubicumque uncinos in solis fere adnotationibus adhibui, quadratis uncinis [ ] circumclusi quae citra libros veteres adicienda, rotundis ( ) quae insiticia et eam ob rem ex verborum contextu amovenda sive aliis sive mihi visa sunt. De notis ad significandos codices virorumque aliquot doctorum editiones, adnotationes, commentationes adhibitis*) deque quibusdam aliis ad adnotationes pertinentibus dictum est in praefatione voluminis prioris**). Addere hic liceat in libris posterioribus inde a nono codd. recentiores (ς) rarius allatos esse, cum historiam corruptionis propagatae per antiquiores etiam libros (Vat. 3452, S. Germ. 643) prosequi liceret, quos

*) Notandum ibi erat, in locis rarissimis, ubi Henrici et Friderici Lindenbrogiorum adnotationes (ν) inter se in re paulo notabiliore dissiderent, illum *hν*, hunc *fν* nota indicatum esse.

**) v. p. V—VII.

saepe unos singillatim pro tota illa classe significavi. In universum ne eorum quidem scripturis allatis adnotationem sic quoque satis amplam onerandam esse censui; paulo accuratior horum librorum notitia hauriri potest ex iis, quae inde a Rud. Peipero ex schedis meis in Herm. Peteri usum enotata sunt*). Qua occasione oblata lectores monitos velim, in his aliisve excerptis a vv. dd. ad reliquias aliquot veterum poetarum scriptorumque Romanorum edendas ex collationibus meis factis raro, sed tamen interdum, inveniri, quae ab iis, quae iam nunc proposui, differant, id quod, etiamsi negare nolim, in tanta adnotationum mole nonnulla a me ipso in describendo peccata esse, plerumque tamen eo ortum est, quod siglas quasdam et compendia, a me uni mihi, ut arbitrabar, scribente usurpata, hic illic quamvis munere illo in universum prudenter et accurate fungentes et a me quantum in tali re fieri potest instructi non satis recte intellexerint**). Addere autem h. l. mihi liceat, me ex his studiis in fragmentis illis recensendis atque emaculandis et ab Henrico Iordano, Luciano Muellero, Hermanno Petero, Ottone Ribbeckio, Ioanne Vahleno et ab iis, qui illorum operibus usi telam ab iis inceptam pertexuerunt, positis non mediocrem ad Noctes Atticas illustrandas utilitatem cepisse. Quorum inventa ut fere plena, etiamsi inter ipsa scriptoris verba iis locum concedi posse non arbitrarer, in adnotationibus collocavi, ita etiam aliorum recentiorum conatus ad corruptos locos Gellianos instaurandos prolatos, quantum mihi innotuerunt, fere omnes, nisi a nulla parte memoria digni mihi viderentur, inserui, ut, cum maxime dispersi partimque locis satis reconditis abditi essent, aliis etiam de iis iudicandi potestatem facerem; vetustiorum contra, qui maximam partem iam in

*) Vat. 3452 pars altera ab eo in vet. hist. Rom. rell. (Lips. 1870) littera a, S. Germ. 613 littera g significatur.

**) Adnotationes Ennianas in usum Vahleni et Lucilianas in usum Iac. Beckeri, qui postea me intercedente Luc. Muellero eas concessit, ipse olim excerpsi.

prioribus editionibus commemorati sunt ac saepe fundamento critico ad superstruendas coniecturas non habili nituntur, paulo severiorem delectum habui; in quibus afferendis Crameri adnotationibus mss. me egregie adiutum esse libenter iterum grato animo profiteor. Quod in priorum editorum coniecturis proponendis non attuli, num ab auctoribus in verborum ordinem receptae essent, eo factum est, quod nusquam, ac minime quidem in patris coniecturis ab *i* allatis, eam diligentiam ad iudicium hac de re ferendum ab iis adhibitam esse viderem, ut lucrum aliquod illa notitia oreretur. In universum summae in adnotationibus brevitati operam dedi, quam tamen non eo usque persecutus sum, ut taciturnitatem Bekkerianam imitarer, sane saepius magis eloquentem illam quam multa ac lata multorum hominum doctorum verba: sed praeter illos coniecturarum adhuc prolatarum indices non modo locos aliorum scriptorum a Gellio allatos accurate significavi, sed etiam ubi sive iudicii mei rationem aliquam reddere me debere sive errorum a librariis in Gellii verbis describendis commissorum originem patefacere posse mihi viderer, chartae non peperci. Haec sane hominibus doctis in re critica versatis usui non fore haud ignoro, tamen ea adieci ad adulescentes harum rerum studiosos instruendos atque exercendos: qui experientia aliqua in adulescentulis ad haec studia recte tractanda erudiendis utitur, qualem ego per tria decennia seminariis philologicis Berolinensi *), Gryphiswaldensi, Vratislaviensi moderandis praepositus nactus esse mihi videor, non infitiabitur, editionum apparatu critico instructarum adnotationes saepe difficultates iis magis obicere quam eas solvendas eos adducere: quod cum brevissimis notulis adiectis facere studuerim, ne illi quidem doctiores merito de inutili quadam verbositate aut de charta nimis pessumdata conqueri poterunt. Nullo autem verbo adiecto opem non minus salutarem iunioribus illis me attulisse arbitror eo ordine, quo

*) Post CLachmanni flebilem obitum usque ad exoptatissimum MHauptii adventum, inde a vere a. 1851 usque ad autumnum a. 1853 vicarii munere fungens.

librorum scripturas ita fere in adnotationibus collocare studui, ut quatenus saltem fieri posset gradus corruptionis a rectis ipsius scriptoris verbis usque ad lectiones foede interpolatas, parcius sane allatas, perspicerent. Spatio vero quam maxime parcendo in ipsis lectionibus afferendis sedulo operam dedi: quae in libris mss. supra lineam scripta essent plerumque re, ut par erat, indicata ipsi verborum ordini inserui, compendia scripturae, si nullam dubitationem admitterent, ad eorum librorum lectiones adieci, qui eadem plene perscripta continerent*), lectiones sibi similes non omnes deinceps proposui, sed ita, ut quae a communi scriptura differrent parenthesibus inclusa illi insererem, imprimis autem in varietatibus librorum mss. orthographicis iusta, ut mihi quidem videtur, parsimonia usus sum, quae aliis nimia videbitur, dum alii, saniores fortasse illi, vel longius ea in re procedere me debuisse censebunt.

In universum credidi, ei orthographiae rationi, quae nunc inscriptionibus, grammaticorum praeceptis, libris mss. vetustis fideque dignis explorata est, quatenus ad Gellii aetatem ac doctrinam quadrat, in iis rebus, quae certae et indubitatae sunt, frequentibus librorum quorundum vitiis abiectis tacite obtemperandum esse. Scripsi igitur vitiis illis sollemnibus fere et unicuique harum rerum non omnino imperito notis**) non nisi ubi in ipso verborum nexu res poscceret atque interdum fortasse casu indicatis, solo cod. *A* excepto, cuius scripturas omnes proposui et quem fere in his quoque, ubi non omnino

*) Sic etiam nusquam fere indicavi, ubi p (per) pro 'par' et 'por', p̄ (prae) pro 'pre', q̄ (quae) pro 'que' scriptum esset, neque in *R*, libro neglegentia fere scatente, accurate depinxi litteras aut deletas aut supra lineam additas; in ge lectionibus in locis imprimis Graecis afferendis vitia manifesta ad orthographiam et ad accentus pertinentia perraro singillatim indicavi; nec ˜ vocalibus pro n aut m littera superscriptum in verbis vulgaribus adnotatum est.

**) Haec vitia, inutilem amplae per se materiae amplificationem evitaturus, ne ibi quidem indicanda esse credidi, ubi aliae variae lectiones ad talia verba pertinentes afferendae erant.

falsa exhiberet, secutus sum, ubique: ad (praepositionem), adulescens, amoenus, at (particulam) et atque, auctor, autumnus, calumnia (damnum etc.), cena, ceteri, coepi, comminus, commodum, communis, comoedia, condicio, contio, cotidie, cum etiam pro particula, cunctor, definio, dicio, disertus, elegans, epigramma, epistula, etymologia, fetus, futtilis, genetivus, grammaticus, hiems etc., historia, inclutus (s. inclitus), intellego (neglego), iucundus, littera, locutus (secutus etc.), mathematicus, membrum, mihi, milia, nihil, nuntius, nupsi et nuptum etc., oboedio, paelex, percontor, peripateticus, philosophus, poena, proelium, promptus etc., quattuor, referre, rhetor, rotundus, satura (s. satira), scaena, schola, sollemnis, stoicus, sumptus etc., suspicio, syllaba, tempto, tragoedia, utrobique, similiterque in multis nominibus propriis versatus sum. Constanter igitur ac tacite plerumque scripsi: Aegyptus, Africa, Antiochus, Apollinaris, Archytas, Aristoteles, Caecilius, Carthago, Carthaginiensis, Chaldaeus, Chrysippus, Demosthenes, Gracchus, Graecus, Hannibal, Hyginus, Lysias, Olympus, Pacuvius, Piraeus, Plutarchus, Poenus, Pyrrus, Pythagoras, Rodus, Sallustius, Sibylla, Sulla, Sulpicius, Theophrastus, Thucydides, Vergilius.

Praeterea tacite scripsi libris fere obtemperans*) eorundem, quendam etc., iisdemque fluctuantibus tamquam, numquam etc., nec e pro ae scriptum adnotavi, quod constanter fere invenitur in *QZ*, nec e pro oe, quod exhibere solet *Q*, plerumque etiam nec ae pro e positum adnotavi, nec t inter duas vocales pro c et c vel in simili condicione vel inter n praecedente vocali et i pro t positum, quod vitium a priore cod. *Q* manu (usque ad XV 8, 2) constanter fere commissum est: in universum, cum veteres in hac materia, ubicumque variae scribendi rationes adhiberi poterant, non tam firmum constantemque usum exegerint atque exercuerint quam nunc

*) Quamvis sane lineola ¯ vocalibus saepe superscripta dubitatio nôn absit.

fere vel a summis gubernantibus poscitur, in rebus dubiis optimorum fere librorum auctoritatem in singulis locis secutus sum*), imprimis etiam in assimilatione quae dicitur; quod etiam in litterarum exst, exsp iunctura servare debebam, ubi nunc contra constantem fere librorum Gellianorum usum s litteram servavi, quae potius aut raro secundum libros aut, si modo certam normam adoptare volebam, numquam inserenda erat. Libris porro potius quam Gellii doctrinae (v. IV 17, 7 et V 12, 10; XVI 5, 6 coll. II 3, 3) non recte fortasse obtemperavi obicio conicio etc., non obiicio, coniicio, et vehemens, non vemens scribens. Vo ubicumque in libris inveni servavi, non tamen aliorum v. l. uu adnotans. Scribendi vero rationes unice a cod. *N*, certe non ex archetypo, sed ex scribendi ratione a Nicolao Nicoli, archaicum quendam, ut arbitror, colorem scripturae indicaturo, observatas, ut u saepe pro i adhibitum, vicensimus et sim. (idem fere scribsi etc.) neglexi; item, ubicumque de recta scriptura dubitatio non adesset, geminationes falso in *R* potissimum admissas omissasve non adnotavi. Neque in vocabulis, quae aut coniunctim, ut equidem fere scripsi, aut separatim scribuntur, librorum inter se discrepantium discrimina adnotavi, nec in talibus, qualia sunt resp., s. c., compendiorum sollemnium usum indicandum esse censui. Praeterea a litteris initialibus sive maiusculis sive minusculis afferendis, ubicumque charta modo inutiliter eo consumeretur, abstinui: interpunctionis varietatem accurate observavi, sed ne ibi quidem in locis dubitatione carentibus minutias omnes nullius fere ad ipsam rem usus proferendas esse credidi. In Graecis afferendis singularum litterarum formas in variis codicibus ac vel in uno eodemque codice passim varie pictas ubivis accurate imitari nolui, sed singulas litteras singulis formis repraesentari iussi: in nonnullis, inprimis in *P*, litt. Λ (& al.) Λ Δ non facile semper discerni poterant et aliquotiens in ea re in initio praesertim a ne

*) Semper tamen scripsi imperium etc., aliud, illud, inquit, reliquit et sim.

erratum esse, non abnuerim*); in ipsa scriptura constituenda nullum inde errorem ortum esse, spondere posse mihi videor.

Indices et auctorum monumentorumque a me et rerum a Th. Vogelio olim confectos non plane quidem novavi, sedulo tamen perlustravi atque permultis locis et emendavi atque amplificavi et, ubi sine incommodo fieri posse videbatur, amputavi; libenter ibi eos, qui a G. ipso allati sunt, auctores ab iis, qui ab aliis in locis a G. excerptis afferuntur, signis additis separassem, quod Mercklinius olim poposcit (ann. phil. suppl. III 676 sq.), nisi in locis aliquot res tam dubia esset, ut sine ambagibus decidi non potuisset.

His omnibus quantum pro viribus condicionibusque meis licuit peractis, ut tandem aliquando opus diu susceptum ad finem perducatur, iam nunc nihil restat nisi amoenissimum gratiarum actionis officium. Studia haec mea a multis hominibus mihi caris atque optime de me meritis opera et consilio adiuta esse iam a. 1853 in praefatione editionis minoris profiteri mihi licebat, quorum memoriam hoc etiam loco pie grateque instaurare iuvat. Ex intimo igitur pectore repeto gratias tum actas patri cum omni in re tum in studiis his meis sublevandis liberalissimo, praeceptoribus incomparabilibus Augusto Boeckh et Carolo Lachmann, fautoribus egregiis cum Ioanni Schulze et Friderico Ritschl nostratibus, tum Iacobo Geel Leidensi, Carolo Benedicto Hase Parisino, Gabricli Laureani Romano, amicis eruditissimis Henrico Iacobi, Gustavo Wolff, Alfredo Fleckeisen, qui, cum praeter unum Lachmannum omnes tunc hac vita luceque fruerentur, nunc ex tot caris capitibus iam unus superest. Quem hominem eruditissimum atque integerrimum per totum hoc tempus firmae fidaeque amicitiae vinculo mecum coniunctum ut diu Deus O. M. incolumem servet, enixe precor. Is vero, cui indicis rerum elaborandi curam demandaveram, Theodorus Vogel, tum stud. phil. tamquam adulescens

*) Notavit MBonnet rev. crit. 1877, 367, 1.

sollers et strenuus doctis hominibus a me commendatus, nunc vir inter philologos et paedagogos unanimi atque eximia laude florens mihique candidus ac sincerus amicus factus, studia Gelliana egregia usque adhuc excoluit, ut etiam altera haec editio doctis eius commentationibus et censuris (v. p. CXXXVII sq.) haud pauca adiumenta debeat; spero equidem, eum ne nunc quidem inter gravissimi muneris ei nuper demandati onera otio ita destitutum iri, ut Gellium nostrum omnino omissum faciat.

Neque huic editioni adornandae hominum doctorum sive amicitia sive muneris studiorumve communione mecum coniunctorum officia defuerunt; ex quibus alios suis quemque locis libenter grateque nominavi, alios, qui potissimum me sibi devinxerunt, hic quoque cum laude et gratiarum actione iis debita afferre mihi liceat. Atque in rebus ad palaeographiam, historiam criticam, librorum mss. notitiam plerumque pertinentibus consilio et opera potissimum adiutus sum a Conrado Bursian (†), Alfredo Dove, collega tum suavissimo, Ricardo Foerster, Car.Ern.Georges, Ernesto Guhl (†), F. Maximiliano Müller, Frid. Guil. Schneidewin (†), Ludovico Schwabe, Maximiliano Treu, Guilelmo Wattenbach, Eduardo Woelfflin, de singulis vero locis sententias suas et coniecturas imprimis mihi obtulerunt Philippus Eduardus Huschke, Lucianus Mueller atque inter plagulas corrigendas Adamus Eussner, qui hoc quoque nomine me sibi devinxit; per tredecim libros priores adnotationes suas mecum communicavit Theodorus Mommsen, per omnes libros Carolus Dziatzko. Cui amico fidissimo et suavissimo eidemque summo bibliothecae Vratislaviensis praefecto non minorem gratiam debeo propter indefessam curam, qua per laboris longinqui decursum assiduo prompta benignitate summaque sollertia nec operae nec tempori parcens votis meis frequentissimis, saepe satis incommodis, ubicumque saltem fieri poterat, satisfecit; neque minus benigne reliqui eiusdem bibliothecae praefecti, imprimis FKolbe, RPietschmann, Aem. Thomas, RPeter officiosam seduli-

tatem mihi praestiterunt; quos autem libros hac in urbe nancisci non poteram, eos mea causa diligentissime et accuratissime Berolini conquisivit, inspexit, excerpsit Henricus Krause, bibliothecae universitatis Berol. custos, homo mihi quidem ipsi ignotus, sed veteris condiscipuli, hominis integerrimi Henrici Krause theologi filius, Francisci Everardi Marggraff, optimi olim praeceptoris, nepos. Porro huic quoque volumini a typothetae seduli sane ac prudentis atque interdum etiam a meis vitiis emaculando non minorem curam quam priori mecum impendit Adamus Eussner, corrector prudentissimus, peritissimus, subtilissimus, cui gratias sincerissimas iterare iuvat.

Denique ad vos me converto, fratres carissimi, quibus hanc Gellii editionem, multorum annorum multorumque laborum proventum, dedicandam esse censui. Nam vos, me paulo iuniores, per totum vitae nostrae decursum me perpetuo atque aequabili amore comitati, vos haec studia mea non minus perpetua atque aequabili cura prosecuti estis: tuae, mi Otto, spectatissime ICte, eruditionis aliquod documentum etiam his meis adnotationibus non sine magna laetitia inserere licuit, te, mi Wilhelme, una cum filio praestantissimo mihique carissimo Ioanne redemptorem non modo prudentissimum, sed etiam commodissimum et amabilissimum expertus sum.

Scr. Vratislaviae d. XXIX. m. Maii a. MDCCCLXXXV.

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER DECIMVS.

I.

Tertiamne consul an tertio dici oporteat; et quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos scriberet, quaestionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

Familiari meo cuipiam litteras Athenis Romam misi. In his 1.2
scriptum fuit, me illi iam 'tertium' scripsisse. Is ad me rescripsit 3
petivitque, ut rationem dicerem, cur 'tertium' ac non 'tertio' scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque mihi videretur, facerem se certiorem, 'tertium'ne 'consul' et 'quartum' an 'tertio' et 'quarto' dicendum esset, quoniam Romae doctum virum dicere audisset 'tertio' et 'quarto consul', non 'tertium quartum'que; idque in principio lib. III Coelium

---

QZBXOΠN

LIB. X Cap. I. (*lemm.*) 2 consulan *Z* ‖ Cn.] *om. QZB* .gn̄. *O* gn̄. *Π* ‖ poupei' *et hic et identidem infra Q* ‖ 3 honore *Z* ‖ suos] *om. O* ‖ inscriberet *OΠN* ‖ (§ 1) 5 litteris *X pr.* ‖ romani missi *Q* ‖ (§ 2) hiis *Z* ‖ 6 illum *X* ! illi *sup. lin. x* ‖ (§ 3) me] *sup. lin. add. n* ‖ 7 petuitq. *X pr.* ‖ diceret *ZB pr.* ‖ ac] an *X* ‖ 8 qđ *X* quidem *Z* ‖ illo *Z* ‖ 10 quom *N* ‖ 12 quartū que *X* ‖ *Coel. Ant. bell. Pun. alt. hist. inc. sed. fr.* 59 *p.* 164 (107ª) *P.* ‖ lib. III] *OMeltzer de L. Coelio Antipatro Lips. a.* 1867 *p.* 16 *cf. p.* 11; *Guil. Sieglin die Fragm. d. L. Coel. Ant. lib.* III *fr.* 29 *ann. phil. suppl.* 11, 84 = *Gell. fr.* 2 *p.* 22 *sq. cf. p.* 51 *sq.*; *GFUnger phil.* 40, 184 *sq.* (*ad a. sc. a. C. n.* 214 *h. l. referentes; itidem a.* 209 *intellegens OGilbert ann. phil. suppl.* 10, 374 *sqq.*; *nunt. phil.* 10, 395): libri *libri* (*Petrus*); *numerum excidisse censebat i cf. Groen v. Prinsterer de L. Coel. Ant. p.* 38 *sq.*; *de* I *cum aliis vel de* II *vel de* IV *vel de* V *cogitavit Nauta de L. Coel. Ant. p.* 19 *sq.*; 'quarti ?' (*et ipse h. l. ad a.* 214 *referens*) *CLRoth HVRR p.* 318 ‖ celium *X* celium *QΠ* ‖

scripsisse et Quintum Claudium in libro undevicesimo C. Marium creatum 'septimo' consulem dixisse.

4 Ad haec ego rescripsi nihil amplius quam verba M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius eum Coelio doctioris, quibus verbis utrumque, de quo ad me scripserat, 5 decideretur: nam et Varro satis aperte, quid diei oporteret, edocuit et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui.

6 Verba M. Varronis ex libro disciplinarum quinto haec sunt: Aliud est 'quarto' praetorem fieri et aliud 'quartum'; quod 'quarto' locum adsignificat ac tres ante factos, 'quartum' tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit:

'Quintus pater quartum fit consul'

et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet 'consul tertium' aut 'tertio', extremas litteras non scripsit.

QZBXOΠN

13 et] *om. Q* ‖ *Q. Claudii Quadr. ann. lib. XIX fr. 82 p. 234 (150*[2]*) P.* ‖ duodevigesimo *'annotatum in margine Scriveriani codicis ex Ms.' teste Thysio, ex cod. Pal. teste i* ‖ 14 C.] *om. QZBX* ‖ creatum consulem septimo consulem *X* ‖ creatum septimo] creatum consulem septimo *σ* ‖ consulem septimo *Π* ‖ (§ 4) 15 Nil *X* .Nichil *Π* ‖ quam] *om. Z* ‖ ũbrã narronis *Z* ‖ M.] *om. Q* ‖ 16 cęlio *X* celio *QBΠ* ‖ 17 doctoris *X pr.* ‖ verbis] = *O:* uerbum *O m. rec.* ‖ 18 desideretur *Z* deiceretur *X* ‖ (§ 5) fatis *B* ‖ opteret *B* ‖ 20 uoIui *B* ‖ (§ 6) 21 uerbū narronis *QZB* ‖ *Varr. disciplin. lib. V fr. p. 202 Bip. cf. Ritschl. opusc. III. 362; hausisse inde Nonium p. 435, 8 M. s. v.* quartum *et* quarto *idem fragm. usque ad voce.* fit consul *exhibentem probabiliter et Mercerus censuit et Ritschelius* ‖ IIII. *x., at cf. ı et Ritschelium l. l. p.* 368 ‖ 22 praetore *X* ‖ et alind quartum praetorem fieri *Nonii Harl. pr., Paris. 7667* ‖ et aliud] *B, Quicheratius ap. Non. cf. adn. praec.:* et *rell.; om. Non. Leid.* aliud *Nonii Harl. m. alt. et codd. rell. ut vid.* ‖ 23 quartum] *om. Non. Leid.* ‖ quod quarto] et (?) quarto *Leid.* et quartum *Non. Harl. m. alt. et vg.* quartum *Non. Par.* ‖ ad significat *Z* significat *Nonius* ‖ ac—adsignificat] *post* adsignificat *om. Z* ‖ ac] et *Non. Harl. m. alt. et vg. om. Non. Harl. pr. P ('deleto* et' *Quich.) L* ‖ 24 quarto *Non. Harl. et vg.* ‖ templum *XII* ‖ significat *Nonius* ‖ et] = *Non. Harl., vg.:* om. *Non. PL* ‖ 25 Igitur—scripsit] Ennius recte *Nonius* ‖ Ennius—scripsit] *bis deinceps in Z* ‖ *Enn. ann. lib. VIII fr. XIX v. 293 V.* ‖ 26 Quintus] quintum *Non. PL* ‖ 28 tertio aut tertium *Π* ‖ 29 .] *om. Z* ‖

Quod de Pompeio Varro breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius, Ciceronis libertus, in epistula quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum: Cum Pompeius, inquit, aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores scriberentur, quaeri coeptum est, utrum 'consul tertio' inscribendum esset an 'tertium'. Eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos civitatis, cumque dissentiretur et pars 'tertio', alii 'tertium' scribendum contenderent, rogavit, inquit, Ciceronem Pompeius, ut quod ei rectius videretur scribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opinionem improbasset, ipsos videretur improbasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque 'tertium' neque 'tertio' scriberetur, sed ad secundum usque t fierent litterae, ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret. 7

Id autem, quod et Varro et Tiro dixerunt, in eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam cum multis annis postea scaena, quae procciderat, refecta esset, numerus tertii consulatus non uti initio primoribus litteris, sed tribus tantum liniolis incisis significatus est. 8 9

In M. autem Catonis quarta origine ita perscriptum est: 10

QZBXOΠN

(§ 7) 30 Quod—scripsit] *post* scripsit *om. Π* ‖ quodq; de *Z* ‖ tyro *QZB* ‖ 31 *M. Tullii Tiron. epp. fr.* 6 *p.* 12 *Lion Tiron. et Maecenat.*[2] ‖ 32 Ad *Π* ‖ adhūc *Z* ‖ modum cum *Π* ‖ *post* inquit] ** *aut* *** *O* ‖ 33 Victoriae] Minervae *l. Plin. n. h.* VII 27 [§ 97] *c* ‖ uice *Π* ‖ 34 inscriberentur *XΠNo* ‖ 35 consul tertio] = *q:* consul tertĩ *Q* consulĩti *Z* ‖ 36 .] *om. B* ‖ rem] *om. B* ‖ exquisiturus 'in *Scriverii cod. annotatum' teste Thysio* ‖ 40 Tu *X* ‖ cicero *X pr.* ‖ 42 improbasse persuasit. Igitur *Q pr.* ‖ 43 usque t] = *X pr. ut vid.:* usq. *x* usq; tereiũ *QZB* ‖ 44 fierent. *Z* ‖ perscriptores (perscri|tores *X*) quidem *ZXΠ* p scriptores quid ē *Q* ‖ (§ 8) 47 tyro *ZXΠ* ‖ dixerē *Z* ‖ (§ 9) 48 cum] *om. X* ‖ 49 refecta] *in mg. iteravit O* ‖ numerus—M. autem] *om. B, in mg. add. b cf. v. l.* ‖ ut ī īicio *b* ‖ 50 liniolis] = *O:* liniol: *in mg.* o lineolis *QX* liniosis *b* ‖ (§ 10) 52 in mautem *Z* ‖ ÷ mautem cato *b* (Catonis *in ord. verb. adest in B*) *Catonis orig. lib.* IV *fr.* 84 *p.* 77 (57[2]) *P. cf. G.* V 4, 5 *cum adn.; Non. s. v.* duo(de)vicesimo *p.* 100, 11 *M.* ‖ quarto *O pr.* ‖ scriptum *XOΠ* ‖

Carthaginienses sextum de foedere decessere. Id verbum significat, quinquiens ante eos fecisse contra foedus et tum sextum. 11 Graeci quoque in significandis huiuscemodi rerum numeris ‘τρίτον καὶ τέταρτον’ dicunt, quod congruit cum eo, quod Latine dicitur: ‘tertium quartumque’.

II.

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

1 Aristoteles philosophus memoriae tradidit, mulierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam, eumque esse finem dixit multiiugae hominum partionis neque plures umquam simul

---

QZBXOΠNTY

53 defe*dere (n) *X* | 54 quinquiens] *O pr. Π:* quinqnies *cum X* | .] *om. BX* | (§ 11) 55 quoque] *om. Z* | huiusmodi (huiuscemodi *x*) huiuscemodi *X* | τρίτον καὶ τέταρτον] *om. X pr.* | tpiton *QZB* triton *Π* TPTON *x* | 56 καὶ] *om. Q 7 ZBΠ* | tetapton *QB* teapton *Z* tetrarton *Π*

II. *Exstat in TY* | (*lemm.*) 2 Quit *B* | (§ 1) 3 *ristoteles *O pr.* | philoph᷑ *Y* | *H. l., quantum video, neque a VRose neque ab Acm. Heitz inter fragmenta Aristotelia receptus est; mihi tamen merito sic significari videtur ab A de Gutschmid ann. phil. suppl.* 2, 182 *sq.*, 6. *Nam si accurate, ut assolet, G. Aristotelem excerpsit, alienus est h. l. ab hist. an.* VII 4 *p.* 584ᵇ *Bk.* (τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον καὶ περὶ τοῖς πλείστοις ἓν τίκτουσιν αἱ γυναῖκες, πολλάκις δὲ καὶ πολλαχοῦ δίδυμα, οἷον καὶ περὶ Αἴγυπτον. τίκτουσι δὲ καὶ τρία καὶ τέτταρα .. πλεῖστα δὲ τίκτεται πέντε τὸν ἀριθμόν· ἤδη γὰρ ὤπται τοῦτο καὶ ἐπὶ πλειόνων συμβᾶν ἐκεῖ.), *quo eum viri illi docti videntur referre, multo magis vero abest ab h. l. de anim. generat.* IV 4 *p.* 770ᵃ (διὸ ἐν ἀνθρώπῳ ἥκιστον· ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ μονοτόκον ἐστὶ καὶ τελειογόνον, ἐπεὶ καὶ τούτων ἐν οἷς τόποις πολύγονοι αἱ γυναῖκές εἰσι, τοῦτο συμβαίνει μᾶλλον, οἷον περὶ Αἴγυπτον). *Denique h. l. ab eo quoque l. Aristotelio cum Gutschmidio videtur secernendus, quem Strabo affert* XV 1, 22 *p.* 695 *C, et ipse ab illis fragmentorum editoribus in ordinem non receptus,* Τάς τε γυναῖκας ἔφ᾽ ἕτει καὶ τετρίδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας· Ἀριστοτέλης δέ τινα καὶ ἑπτάδυμα ἱστορεῖ τετοκέναι, καὶ αὐτὸς πολύγονον καλῶν τὸν Νεῖλον καὶ τρόφιμον, *ubi fuerunt qui πενταδύμα corrigere vellent recte refragante Kramero: nam numerus ille septenus ab Aristotele certe tamquam fonte primario derivandus et apud Plinium redit n. h.* VII § 34 *atque inde ap. Solin.* 151, *qui Trogum auctorem afferunt, et ap. Iul. Paulum Dig.* V 4, 3, *qui* ‘non leves auctores’ *nominat; Gutschmidio potius assentiaris, qui Straboncm et Trogum corruptis Aristotelis codicibus usos esse opinatur* | 4 uno] *lac. vel. om. Z: exortã inseruit m. rec.* | eamque *X teste i (?); ad Lincoln. male rettulit λ* | 5 multi iugae *T* | partionis (u ?) *Q* partit(e *B*)ionis *BT* portationis *X* particionis *Y* | pleres *T*

genitos compertum, hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed et divo Augusto imperante, qui temporum eius historiam scripserunt ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt eosque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum, non multo postquam peperit, mortuam monumentumque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, inque eo scriptum esse numerum puerperii eius, de quo diximus.

III.

Locorum quorundam inlustrium conlatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.

Fortis ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. 1 Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior, ampliorque esse M. Tullio, ferri id qui potest? Legebamus 2 adeo nuper orationem Gracchi de legibus promulgatis, in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani quanta maxima invidia potest conqueritur.

Verba haec sunt, quae super ea re fecit: Nuper Teanum 3 Sidicinum consul venit. Vxor eius dixit, se in balneis

---

QZBXOΠNTY

6 hunc nūm ait.ēē.aū *B* huc (hunc *z*) numerū ait ēē autem *Z* Nunc (aū *sup. lin. add.*) i numerū ait . ēē. *Q* ‖ (§ 2) 7 duo *P* ‖ 9 dies] *om. Q* ‖ 10 *fort.* pepererit ‖ 11 monu mentv̄q. *x* monu mentaq. *X* ‖ que] *om. Z* ‖ ei] *om. B* eius *X* ‖ augustini uia *Z* ‖ 12 inq. *T* ‖ eos *QZ* ‖ puerpuerii *X pr.* puerii *O pr.* ‖ eius] *om. B* ‖ qua *X* ‖

2 matus est iurisque divini et humani peritus fuit. Is Draco leges,
3 quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis legi-
bus furem cuiusmodicumque furti supplicio capitis poeniendum esse et alia pleraque nimis severe censuit sanxitque.

4 Eius igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores,
non decreto iussoque, set tacito inlitteratoque Atheniensium con-
5 sensu oblitteratae sunt. Postea legibus aliis mitioribus, a Solone compositis, usi sunt. Is Solo e septem illis inclutis sapientibus

---

QZBXOΠNTY

16 quaesi *O* ‖ sese] ce *QZB* ‖ arbitrari sese *Π* ‖ arbitraria *Q* ‖ 17 nocari *Q* rotam *Z* lotam *z* ‖ morte *Π* ‖ 18 fieret *Z* ‖ XVIII = *Π in lemm. tab.; num. ibi om. B* XVII *rell.;* = *O in inscr. cap.; XV Q XVII ZΠNx; de B nil adnotavi. Exstat in TY* ‖ *(lemm.)* 2 quia *X* ‖ dracho *Z* ‖ attheniensi *q*: attheniensis *Q* ‖ 3 Solon; et] = *q x*: solon ei *Q* solonei *ZB* solet n& *X* ‖ decem uiri *ZXO* ‖ uiri *O* ‖ 4 q duodeci q. XII. *B* ‖ 5 furtaliacita *X* ‖ 6 quodque *X* ‖ exicitio *Q* ‖ caelebrata *X* ‖ 7 M.] *om. QZB* ‖ sententio *X* ‖ (§ 1) 8 atenienses *B* ‖ 9 iurisque] iuris *TY sq.* 5 *fere litt. lac. in Y* ‖ huma (ni *om.*) *Z* ‖ (§ 3) 11 furum *O* ‖ cuius modicumque *QZOX* cuius modicumque *XT* cuiusmodi cumque *B* ‖ supplitio *Z* ‖ punicendum *QOT* ‖ 12 pluraq; *Z* ‖ seue recensuit *Y* seue recens u(*ex* a *ut vid. corr.* *x*)it *X* siue recensuit *T* ‖ (§ 4) 13 itaque *Π* ‖ 14 noude creto *X* ‖ secta cito *B* ‖ inlitteratoq. qnae *X* inlitteraq; *Z* ‖ 15 oblite_ratae *X* ‖ (§ 5) aliis *Z* ‖ mittioribus *O* ‖ solonibus *X* ‖ 16 (Is—fuit.) λ ‖ Solo e] = *bx*: soloe *ZB* solo e(*l ut vid.*)*x* solone *Q* solo ex *TY* ‖ implutis *Π* ‖

fuit. Is sua lege in fures, non, ut Draco antea, mortis, sed dupli poena vindicandum existimavit.

Decemviri autem nostri, qui post reges exactos leges, qui- 6
bus populus Romanus uteretur, in XII tabulis scripserunt, neque pari severitate in poeniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate usi sunt. Nam furem, qui manifesto furto 7
prensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut, cum faceret furtum, nox esset, aut interdiu telo se, cum prenderetur, defen-
deret. Ex ceteris autem manifestis furibus liberos verberari ad- 8
dicique iusserunt ei, cui furtum factum esset, si modo id luci fecissent neque se telo defendissent; servos item furti manifesti prensos verberibus adfici et e saxo praecipitari, sed pueros impuberes praetoris arbitratu verberari voluerunt noxiamque ab his
factam sarciri. Ea quoque furta, quae per lancem liciumque 9
concepta essent, proinde ac si manifesta forent, vindicaverunt.

Sed nunc a lege illa decemvirali discessum est. Nam si qui 10
super manifesto furto iure et ordine experiri velit, actio in qua-

---

QZBXOΠNTY

17 duplici *OTYqx* ‖ 18 penam *Z* ‖ (§ 6) 19 Decē uiri *QZXTY X*, uiri *B* ‖ leges *Y pr.* ‖ exa*tos *Y* ‖ 20 in] *om. O* ‖ tabulas *O pr.* ‖ 21 pi *B* ‖ saeueritate *O pr.* se*ueritate *X* ‖ puniendis *QZBT* ‖ itaque omnium *QZB* (*equidem ex* itate *litt. in* seueritate *male repetitis et mutatis* itaque *ortum esse arbitror*) aeque omnium *RSchoell* XII *tabb. p.* 145 τ utique omnium *HIMueller mus. phil.* 21, 412, 10 ‖ (§ 7) 22 fu*rem *X* ‖ 23 prensus (~) *Q* ‖ tum] cum *Z* ‖ 24 inter diu *ZT* ‖ secum *ZX pr.* ‖ prehenderetur *Π* ‖ defenderet ex *N* ‖ (§ 8) 25 Ex ceteris] = *x:* exteris *X* ‖ .liberos *N* ‖ uerbe*ri *X pr.* ‖ adducique *O pr.* ‖ 26 ei iusserunt *Π* ‖ ee *Q pr.* ‖ modū *OX pr. ut vid.* nōdū *x* ‖ lucri *Q* ‖ 27 telo—et e] *rell. usque ad litt.* te *redeuntes om.* te *Z* ‖ furti] *om. X* ‖ manifeste *x* ‖ 28 adficiet esaxo *Q* ‖ e] *om. B* ‖ *S*; *Π* ‖ 29 uerbera** *X* ‖ uoluerunt uerberari *Z* ‖ noxiamque] *ZXO*(*iterat o in mg.*)*ΠNTY cf. P. D. p.* 175, 5 *M. et gloss. a GLoewe prodr. corp. gloss. p.* 101 *l. coll. MCohn Z. d. Savigny-Stift. R. A.* II 112, *qui docet in gloss. cod. Voss.* noxiam (*non* noxam) *legi:* noxamque *QB* ‖ hiis *Z* ‖ 30 farciri *Y* satiri *Q pr.* ‖ sarciriea *ZB* ‖ (§ 9) furtaq; per *Z* ‖ 31 si] *om. Π* ‖ manifesta forent manifesta *X* ‖ uindicarentur *T* ‖ (§ 10) 32 decem uirali *Z* decem uirili *T* ‖ dicessum *Q* decessum *Z* ‖ quis *O* ‖ 33 manifesto*(s) *O* ‖ iure furto *X* ‖ uelut *Z* ‖ § 11—14 *Mos. Sabini de furtis libri fr. 7 Huschk. IAQS p.* 124 *sq. cf. p.* 125, 1; *HEDirksen opusc.* I 43 *sqq.*

11 druplum datur. 'Manifestum' autem 'furtum' est, ut ait Masurius, quod deprehenditur, dum fit. Faciendi finis est, cum 35
12 perlatum est, quo ferri coeperat. Furti concepti, item oblati, tripli poena est.

Sed quod sit 'oblatum', quod 'conceptum', et pleraque alia ad eam rem ex egregiis veterum moribus accepta neque inutilia cognitu neque iniucunda qui legere volet, inveniet Sabini librum, 40
13 cui titulus est de furtis. In quo id quoque scriptum est, quod volgo inopinatum est, non hominum tantum neque rerum moventium, quae auferri occulte et subripi possunt, sed fundi quoque et aedium fieri furtum; condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito possessione eius dominum 45
14 intervertisset. Atque id etiam, quod magis inopinabile est, Sabinus dicit, furem esse hominis iudicatum, qui cum fugitivus praeter oculos forte domini iret, obtentu togae, tamquam se amiciens, ne videretur a domino, obstitisset.

15 Aliis deinde furtis omnibus, quae 'nec manifesta' appellantur, 50
16 poenam imposuerunt dupli. Id etiam memini legere me in libro Aristonis iureconsulti, hautquaquam indocti viri, aput veteres

---

QZBXOΠNTY

(§ 11) 34 manifetum *Q* ‖ massurius *Π* mansurius *TY* ‖ 35 reprehenditur *PWesseling obss. var.* I 16 *p.* 47 *ed. Frotsch.* ‖ ſit faciendi *Z* ‖ 36 platum quo *ZB* ‖ quod *X* ‖ cōceperat *B* ‖ coeperat furti *ZT* ‖ (§ 12) concepti .Item *B* ‖ 37 triplici *Q* ‖ 39 eam] eandem *B* ‖ rem] *om. X* ‖ eggregiis *Z* ‖ ĩ***lia cognitu*(m) *X pr.* ‖ 40 iniocunda *OΠTY* inicieunda *B* ‖ 41 tutulus *Π* ‖ de furtis. In] in *Z* ‖ (§ 13) 42 hominium *O* ‖ 43 mouentiumq; auferri *Z* ‖ quae offerri *Π* que auferi *Q* quo efferri *O pr.* quei (o *supscr. corr. in* quo) offerri *X* ‖ 44 eccdium *B* ac ędium *b* ‖ condepnatūq; furti *Z* ‖ 45 condixerat *O pr.* con******* *X pr.* ‖ possesione *B* possessionē *X pr.* ‖ (§ 14) 46 etiam id *T* ‖ 47 fabiu' *X* ‖ fugitibus *ZBXOpr.ΠNT* e" fugitiuis *N in mg.* fugientib; *x* ‖ 48 ir* *X* ire *x* ‖ obtentuto getāq (*in* gę tāq *corr. x*) *X* ‖ tam quam *Z* ‖ 49 abstitisset *QZB* ‖ (§ 15) 50 .Aliis] aliis *Z* ‖ furtib; *X* ‖ manifesta sunt appellantur *Z* ‖ 51 poenam] *om. TY* ‖ poenamin posuerunt *X* ‖ .dupli. id *B* duplit. id *Z* ‖ dupli etiam memini *Y* dupla. Memini etiam *T* ‖ me in libro legere *T* ‖ (§ 16) 52 *T. Aristonis fr. Huschk. l. l. p.* 145 *cf. Dirksenius* l. l.; *Z. f. Rechtsgesch.* 7, 475 ‖ iure consulti(* *X* = u?) *QOTx* ‖ hautquamquam *ZB* haudquamquam *X pr. N* haud quāquā *O* ‖

Aegyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis sollertes exstitisse et in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita et inpunita.

Aput Lacedaemonios quoque, sobrios illos et acres viros, cuius 17
rei non adeo ut Aegyptiis fides longinqua est, non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum memorias condiderunt, ius atque usum fuisse furandi dicunt, idque a iuventute eorum, non ad turpia lucra neque ad sumptum libidini praebendum comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaque rei bellicae factitatum, quod haec furandi sollertia et adsuetudo acueret firmaretque animos adulescentium et ad insidiarum astus et ad vigilandi tolerantiam et ad obrependi celeritatem.

Sed enim M. Cato in oratione, quam de praeda militibus dividenda scripsit, vehementibus et inlustribus verbis de inpunitate peculatus atque licentia conqueritur. Ea verba, quoniam nobis inpense placuerant, adscripsimus: Fures, inquit, privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt, fures publici in auro atque in purpura. 18

Quam caste autem ac religiose a prudentissimis viris, quid esset 'furtum', definitum sit, praetereundum non puto, ne quis eum 19

QZBXOΠNTY

53 cõsistat 7 martibus *Q* | repperiendis *O pr. ΠY* | 54 cogitat(c *Q*)ione *QZB* || 55 inpoenita *Xo* inpenita *O* poenita *N* | (§ 17) 56 .Aput] aput *Z* | lacede monios *X* lacedemonias *BTY* | ollos *O pr.* || a•cres *X* aeres *Q* || viros] *om. X* | 57 egypt' *Q* aegyptio2. *x* aegyptil• *X* | 58 ''legibus ''morib;que *Z* || memorias eorum *X* | 59 dr̃ (*i. e.* dicitur) *X* | aiuuentutę *X* | 60 non ob turpia *XOΠ* | 61 compandū ue opitulantia *Z* || pro] *om. Z.* | exercitio] = *x*: exerticio *Y* exercitioque *X* || 62 repellice *Y* R. P. *T* || fractitatum *Z* || haec] *hra p.* 65 *sq.*: ea μ et *XNhr* (*cf. hra l. l. obloq. HHagen in Bursiani nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1416) ex *QZBOΠTYn*ꝫ || purandi *X pr.* || asueto *TY* assueto *t* 'quasi *innueret* assuetio' *i* | 63 adulescentum *X pr.* || et] *om. O* | ad] *om. ZB* || astus] *O ex sil. e:* actus *vell.*, ꝫ || 64 tollerantiam *Z* || ad obrependi] obrependi *o* ob rependi *N* ob repetendi *XO* ob repetendi *Π* || (§ 18) *Caton. or. de praeda milit. dividunda fr. p.* 79 *HM*² *fr.* 1 *p.* 69 *Iord.* || 65 orationẽ *ZOY* || praedāilitibus *X* || 66 uehementiꝫ *O pr. Π* | 67 cōq̃ *B* | quom *N* || 68 nobis] *om. X* | placuerunt *XOTY* || abscripsimus *Y* | 69 futuro2. *Z* || in] *om. Π* || 70 agunto *x* || publice *X* | in] *om. Π* || purpurã quam *Z* | (§ 19) 71 quam castae *x* quamastae *X* | prudentib: *B* | 72 Ne *Π* |

20 solum esse furem putet, qui occulte tollit aut clam subripit. Verba
sunt Sabini ex libro iuris civilis secundo: Qui alienam
rem adtrectavit, cum id se invito domino facere iudi- 75
21 care deberet, furti tenetur. Item alio capite: Qui alienum
iacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur,
sive scit, cuius sit, sive nescit.
22 Haec quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit de
23 rebus furti faciendi causa adtrectatis. Sed meminisse debemus, 80
secundum ea, quae supra scripsi, furtum sine ulla quoque adtrec-
tatione fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, adnitente.
24 Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus
furti sit condemnandus, qui servo suo, uti furtum faceret, imperavit.

QZBXOΠNTY

73 furem esse *XOΠN* ‖ tu*lit *X* ‖ clam] = *x in ras.* ‖ (§ 20) *Mas. Sabini de iure civ. fr.* 2 *Huschk. IAQS*[4] *p.* 124 ‖ 74 aliam *TY* ‖ 75 aut trectauit *Y* ‖ (§ 21) *Mas. Sab. de iure civ. fr.* 3 *Huschk. l. l.* ‖ 76 capite] = *Π ut vid.*: capitl *π* ‖ alio non *T* alię ñ *Y* ‖ 77 iacens] *x cf. Ulp. lib.* XLI *ad Sabinum D.* 47, 2, 43 § 4: quid iacens *ex D. l. l. AAugustinus emend. et opin.* IV 4 (ɔ) tacens *libri* ‖ lieri *O* ‖ substulit *Y* ‖ obstringuitur *X pr. ut vid.* substringitur *T* abstringitur *t* ‖ (§ 22) 79 sic] *om. Π* ‖ quo] que *Z* q *Y* ‖ dixi] = *e*: dixi libro *X ex sil. e* ‖ Sabinus] = *x*: ſlabimus *aut* stabimus *X pr.* ‖ 80 atrectatis *B* ‖ (§ 23) 81 eaq̃; *X* ‖ sine *Z* ‖ 82 mentes *y* ‖ (§ 24) 83 quocira *X pr.* q̃eirca *Q pr.* ‖ dñi *Q pr.* ‖

Explic̃ Lib̃. XII· Incipiũt Cap. XIII. *Q* (*post lemm. tab. inscr. carent QZBX; in lin. continua* Cap̃. I· lib̃· XIII· *Q*) Incipit lib̃ tercius (*sic*) *Z* (Lib XIII· In lib. impr. inscrip. XII· *Z m. rec.*) a GEllii noctiu̇. atticarv̄ lib. XII explicit. incipit XIII feliciter X̊ I̊I̊I̊ cõm̃tario ñ ĩsvnt. *B* a. gellii. noctiũ atticaꝝ. lib̃. ·XII· expl; inciꝑ. XIII; tercio decimo cõmario (cõm̃tario *m. sec.*) haec in ; sunt *X* ·A· GELLII NOCTIŨ ATTICARŨ LIB̃ XII EXPLICIT̃· INCIPIT LIB̃ XIII FELICIT̃. TERTIO DECIMO CŌ MENTARIO HAEC INSUNT (*in mg. m. rec. ad* LIB̃ XII *adscr.* in impr. cod. XI *et ad* LIB̃ XIII *add.* in imp. XII.) *Post lemm. quattuor lin. vac. rel., quibus m. rec. inscr.* Liber XII. *O* Agellii noctium atticarum liber ·XII· explicitus.) Tercio decimo commentario haec insunt *tum post lemm.* Incipit liber tercius decimus Agellii noctium att. *Π* A. GELLI. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XII. EXPLICITVS INCIPIT. LIBER. XIII. FELICITER. COMMENTARIO. XIII. HAEC. INSV̄T. *et post lemm.* A. GELLI. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XIII. EXPLICITVS. *N.*

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER DVODECIMVS.

I.

Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili feminae, uti liberos, quos peperisset, non nutricum aliarum, sed sibi suo lacte aleret.

Nuntiatum quondam est Favorino philosopho, nobis prae- 1
sentibus, uxorem auditoris sectatorisque sui paululum ante enixam, auctumque eum esse nato filio. 'Eamus', inquit, 'et puerum visum 2
et patri gratulatum'.

Is erat loci senatorii, ex familia nobiliore. Imus una, qui 3
tum aderamus, prosecutique eum sumus ad domum, quo pergebat, et cum eo simul introgressi sumus. Tum in primis aedibus com- 4
plexus hominem congratulatusque adsedit. Atque ubi percontatus est, quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent, puellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit,

---

QZBXOΠN

LIB. XII c. I (lemm.) 2 ut *O* ‖ liber**** *X pr.* ‖ 3 nutr*ricū *X* ‖ aliarum] *Q* (*cf.* § 21: 22): habitarū *ZB* adhibitarum *XOΠN* (*cf.* § 5) ‖ suo sibi *XON* suo *Π* ‖ (§ 1) 4 quadā *X* ‖ est quondam *Π* ‖ est] *om. Z* ‖ 5 sectatoris quo *X* ‖ 6 actumq. cū ee *X pr.* ‖ (§ 2) puer** *Q* puer *X pr.* puerperam *OΠN*ς ‖ 7 gratulatum is erat *B* gratulatum miserat *Z* ‖ 8 Is enim erat *Π*ς ‖ Nobiliorum *i* ‖ (§ 3) 9 cū *Z* ‖ (§ 4) 11 congratulatus quae adsedit atque *O* congratulatusque (que *x*) ad se ditatq; *X* ‖ ubi] *Πg:* ibi *QZBXO* (e, *HStephanus l. infra l.*) ‖ percontentus *X pr.* ‖ 12 puer periū *X* purpiū *B* ‖ tuxus *Q pr.* ‖ 13 *aut* Puellamque ubi (*s.* postquam *s.* quoniam) defessam *aut* fabulari igitur (*vel* itaque fabulari) instituit *HStephanus spec. em. p.* 153 ‖ uigilia° *X* ‖ sopnū *Z* ‖

fabulari instituit prolixius et: 'nihil', inquit, 'dubito, quin filium lacte suo nutritura sit'. Sed cum mater puellae parcendum esse ei diceret adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet: 'oro te', inquit, 'mulier, sine eam totam, integram matrem esse filii sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus, peperisse ac statim a sese abiecisse? aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret, non alere nunc suo lacte, quod videat, iam viventem, iam hominem, iam matris officia inplorantem? An tu quoque', inquit 'putas, naturam feminis mammarum ubera quasi quosdam venustiores naevulos, non liberum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? Sic enim, quod a vobis scilicet abest, pleraeque istae prodigiosae mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere et exstinguere cum periculo quoque aversi corruptique lactis laborant, tamquam pulcritudinis sibi insignia devenustet, quod quidem faciunt eadem vecordia, qua qui-

---

QZBXOΠN

14 institit *IGGraevius ad Suet. Vitell. c.* 2 *improb. ibid. FOudendorpio* ‖ qui infilium *Q* ‖ (§ 5) 15 cum] *om. QZB* (*i*) ‖ parendum *X pr.* ‖ 16 dicere, — accederet. Oro *i* ‖ pueros *Q* ‖ ue *Q* ‖ dolore quo sine nitendo *Q* ‖ in] = *x*: sine *ut vid. X* ‖ 17 emittendo *Z* ‖ tullisset *O* ‖ minus *ZB pr. X pr.* ‖ diffcille *X* ‖ 18 accideret *QZB* ‖ te‹(i) *X* ‖ te inquit te *Π* ‖ totam, integram] *h cf. praef.* § 18 *adn.*: totam integram (integrã *x in ras. paulo angustiore*) *libri* totam ac integram *aut* totam integramque *Ascensius* ‖ 19 esse matrem *X* ς (= *SGerm.*) ‖ (§ 6) 20 matrum *Π* ‖ ab *N* ‖ 21 *distinctionis notam om. Z* ‖ alu‹isse *X* ali'se *B* alius se *Z* ‖ 22 iam hominem] *om. X* ‖ 23 offitia *Z* officio *O* ‖ (§ 7) 24 seminis *B pr.* ‖ libera *ZB* tubera *HStephanus l. l. p.* 154 ‖ uenustiorẽ snae(sne *B*)uulos (*B*) *ZB* ‖ 25 neruulos ς torulos *HStephanus l. l.* ‖ ordinandi pectori *Z* ‖ (§ 8) 27 mulieris *X pr.* ‖ f‹ontem (r) *X* feceri *Q et* ecerĩ *sup. spat. vac. post* f *a B rel. add. b* 11 *fere litt. spat. rel. om. Z* ‖ 27 sanctissimum] se: sanctissimi ‖ 28 humane educatorem *B* ‖ educatore *Z* ‖ extingere *OX* ‖ periculo] 8 *fere litt. spat. rel. om. Z* p (4—5 *litt. spat. post* p *rel. B*) *QB* ‖ 29 pulchritudinis *XOΠN* ‖ 30 deueniunt *Q* de *deinde* 12 *fere litt. spat. rel. Z* de'mit(tat *in f. sup. lin. add. b*) *B* ‖ eademue cordia *X pr.* ‖ uaecordia *n* ‖

busdam commenticiis fraudibus nituntur, ut fetus quoque ipsi, in corpore suo concepti, aboriantur, ne aequor illud ventris inrugetur ac de gravitate oneris et labore partus fatiscat. Quod cum sit publica detestatione communique odio dignum, in ipsis hominem primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipsas artificis naturae manus interfectum ire, quantulum hinc abest, iam perfectum, iam genitum, iam filium proprii atque consueti atque cogniti sanguinis alimonia privare?

'Sed nihil interest', hoc enim dicitur, 'dum alatur et vivat, cuius id lacte fiat'. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capescendis naturae sensibus tam obsurduit, non id quoque nihil interesse putat, cuius in corpore cuiusque ex sanguine coneretus homo et coalitus sit? an quia spiritu multo et calore exalbuit, non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? nonne hac quoque in re sollertia naturae evidens est, quod, postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis

---

QZBXOΠN

31 comenticiis *Z* oñutit' *Q pr.* ‖ fraudib; nituntur *x:* fraudi** ***untur *X* ‖ ipsis *B* ‖ 32 contempti *Z* ‖ abortiant *B* ‖ ne aequor] necor *B* ue cor *Z* ‖ inruge*** *O pr.* ‖ *Ovid. Am.* II 14, 7 *sq.* 'Scilicet ut careat rugarum crimine venter Sternetur pugnae tristis arena tuae?' *affert H.Stephanus l. l. cf.* § 9 *adn.* ‖ 33 de] *'quaedam exemplaria non habent praepositionem* de' *HStephanus l. l.* ne μ, *at cf. hr^a* 66 *sq.* ‖ honeris *ZO pr. x* ‖ part** ****scat *X* ‖ (§ 9) 34 communique odio] *om. cod. Pembrok. test. v. d. misc. obss.* IV *a.* 1734 *p.* 437 ‖ odiū *Z* ‖ hoīm *Π* hominum *X* ‖ 35 *Ovid. Met.* XV 216 *sqq.* 'Fuit illa dies, qua semina tantum, Spesque hominum primae materna habitavimus alvo. Artifices natura manus admovit' *affert i cf.* § 8 *adn.* (Artifices manus *etiam Am.* III 2, 52) ‖ 36 hic *X pr.* ‖ abest iam] ad bestiū *B pr.* ‖ 37 atque congeniti *vel* (atque cogniti) *Steph. l. l. p.* 154 *sq.* atque cognati *Fr. Iurctus ad Symmach. epp.* VIII, 31, *quod Stephano quoque primum in mentem venerat, cuius alteram coni. ipse Iuretus commemorat* ‖ (§ 10) 39 inter est *X* ‖ *7* uiuat *7* cuius *ZB* ‖ 40 fiat cur *B* ‖ (§ 11) itur *Q* ‖ capescendis *Z* ‖ 41 obsurdnit *Q* obsorduit *B* obsorbuit *Z* ‖ 43 et] atque *Π* ‖ quo alit' *QZB* ‖ (§ 12) qui a *X* ‖ spiritu] *'quid* spiritus *hic? an* halitu, *ut sit pro sputo?' mire c* ‖ **lore *X pr.* ‖ exalbuit] *7* albuit *Q pr.* ‖ 44 nunc] nunc spū multo (*his duobus vocc. male iteratis*) *Q* ‖ u**tero(e) *X* ‖ (§ 13—20) *ord. mut. pleraque partim adhibuit, partim descripsit Macr. Sat.* V 11, 14—19 ‖ (§ 13) non ne *Z* ‖ 45 **euidens(a) *X* ‖ postquam] = *Macr.* § 16: posteaquam *X* ‖ 46 penetrabilib' *Z* ‖

finxit, adventante iam partus tempore, in supernas se partis perfert, ad fovenda vitae atque lucis rudimenta praesto est et
14 recens natis notum et familiarem victum offert? Quamobrem non frustra creditum est, sicut valeat ad fingendas corporis atque animi similitudines vis et natura seminis, non secus ad eandem
15 rem lactis quoque ingenia et proprietates valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animadversum. Nam si ovium lacte haedi aut caprarum agni alantur, constat ferme in
16 his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam et frugibus maior plerumque vis et potestas est ad earum indolem vel detrectandam vel augendam aquarum atque terrarum, quae alunt, quam ipsius, quod iacitur, seminis, ac saepe videas, arborem laetam et nitentem in locum alium transpositam
17 deterioris terrae suco deperisse. Quae, malum, igitur ratio est, nobilitatem istam nati modo hominis corpusque et animum, bene ingeniatis primordiis inchoatum, insitivo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? praesertim si ista, quam ad praebendum lactem adhibebitis, aut serva aut servilis est et, ut plerumque solet, externae et barbarae nationis est, si improba, si informis, si inpu-

---

QZBXOΠN

47 effinxit atque aluit *Macr.* ‖ partes *Q* ‖ 48 profert *BXO* profert. *Π* ‖ et ad *X* ‖ es et *ZB* ‖ 49 natus *Z* ‖ offertur. *N* ‖ (§ 14) 50 sicut] = *Macr.* § 17: sicuti *ZN* ‖ ualeat *X* ‖ ad] atq; *QZB* ‖ fingendas (*sic*) *sup. lin. add. b* ‖ atque] *sup. lin. add. b* ‖ 51 animis *X* ‖ similitudines uis] *om. Z* ‖ similitudine sui * natura *Q pr.* ‖ feminis *X pr.* ‖ 52 ingenia—quoque] *lin.* 53 *post* quoque *om. Z* ‖ proprietates *X* ‖ (§ 15) 54 aedi aut *x* aedi* *** *X* ‖ agni forsitan alantur *Macr.* § 18 ‖ 55 hiis *Z* ‖ lanē *X pr.* ‖ illis] = *Macr. Cantabr.*: his *Macr. Par.* ‖ gigni] *om. Z.* ‖ (§ 16) 57 detrectandam] = *Macr.* § 19: detractandam *Z* detretandā *B* deterendam *HStephanus l. l. p.* 155 ‖ 58 idicit̃ *X* ‖ 59 intentē *Z* ‖ transpositū *Π pr.* ‖ 60 succo *ZB* ‖ dep se *Q pr.* ‖ (§ 17) Quęmalum *x* Quemalum *X* ‖ mali *q* ‖ 62 ingematis *Q* initiatis *cod. Scheff.* ‖ degeneriq** (*s.* ***) *X pr.* ‖ 63 corrūpte *Z* ‖ istaę *X* ‖ lactem] *sic praeter codd. in aliquot vett. auctorum locis, quos v. ap. Ritschelium, opusc.* II 576 *sqq., Neuium Forment.* I² *p.* 553, *Georgesium lex.*⁷ *s. v.* lac, *et inscr. CIL.* IX 3009 *a Neuio allata:* lac tunc *ns* lacte *Ritschelius l. l.* ‖ 64 est et. ut] = est; et ut *x* ‖ plerumqne] *sup. lin. add. b* ‖ 65 barbarae*** (*s.* ****) *X* ‖ est] = *x*: *om. X* ē. *Π* ‖ informisi *Z* ‖

dica, si temulenta est; nam plerumque sine discrimine, quaecumque id temporis lactans est, adhiberi solet.

Patiemurne igitur, infantem hunc nostrum pernicioso contagio infici et spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex corpore et animo deterrimo? Id hercle ipsum est, quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes exsistere. Scite igitur et perite noster Maro, quod, cum versus illos Homeri consectaretur:

Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής,

non partionem solam, tamquam ille quem sequebatur, sed alituram quoque feram et saevam criminatus est; addidit enim hoc de suo:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis et natura lactis tenet, quae iam a principio imbuta paterni seminis concretione, ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.

QZBXOΠN

66 pleraq. *X pr.* ‖ 67 lactens *ZXN* ‖ adhibere *X pr.* ‖ (§ 18) 68 Patiemurne] nē *Z* ‖ 69 infici et] inficiet *Π* infici *Q* ‖ ducere] *om. O pr.* ‖ in aī | nimum *Z* ‖ in] *om. Z* ‖ (§ 19) 70 ercle *Q pr. B* herede *X pr.* ‖ ipsum hercle *Π* ‖ sepe numero *QZBX*π sepe *Π* ‖ 71 pudicā *X pr.* ‖ (§ 20) 73 nŕt *O* ‖ omeri *X* ‖ 74 consectaret *Π* ‖ *Hom. Il.* XVI 33 *sqq.* ‖ Gr. *Q*, 5 *lin. vac. rel. om. O* ‖ 75 *Initium v. Hom.* Νηλεές, *add. Macr.* § 14 (NHEEAC *Macr. P*) ‖ COΥ *Macr. P* ‖ ἦν] *om. Vrb.* ‖ ΠΕΛΕΥC *ZB* ‖ 76 Οὐδὲ — τίκτε *om. ZB* ‖ ΘΕΘΙC *Macr. P* ‖ ΓΑΛΥΚΗ *X* ΓΑΛΥΚΕ *x* ‖ σ' ἔτικτε *v. l. ap. Hom.* ‖ ΤΙΚΙΕ *X* ‖ ΘΑΛΑΣCΑ *ZBXΠN Vrb.* ΤΑΛΑCCΑ *Macr. P m. pr.* ‖ 77 *om. Macr.* ‖ δ' *v. l. ap. Hom.* ‖ ΤΕΛΙΒΑΤΟΙ *X* ‖ ὅτι *Aristarchus* ‖ ἐστὶν ἀπηνής] ΕΙΝΑΙΠΗΝΗC *XΠN Vrb.* ΕΤΑΙΠΗΝΗC *Z* ΕΤΑΙΠΕΝΕC *B* ‖ 78 naın *O pr. Π* ‖ non partionem solam] = *Macr.* § 15 ‖ Non partitionem solam, tanquam ille *HGiphanius Mureti epp.* I 74 ‖ partitionem *O pr. Π* partitionem *X pr.* ‖ sicut *Macr.* ‖ ille quem sequebatur] = *x cf. i* ‖ 79 enim] *om. Z* ‖ *Verg. Aen.* IV 367 ‖ 80 hyrchaneq; *QB* hircanaeq. *X* hyrcane aeque *OΠ* hyrca ne eq; *Z* ‖ tygres *XOΠ* ‖ 81 videlicet] = *Macr.*: scilicet *Q* ‖ 82 nutricis ingenium *Macr.* ‖ altrici s; naturam *QZ* ‖ naturam *B* ‖ 83 imbuta] *nominativum etiam legit Macr.* (quae infusa tenero et mixta parentum semini adhuc recenti *etc.*): imbutam μ ‖ et] *om. X* ‖ 84 configurant *Π* ‖

21 Et praeter haec autem, quis illud etiam neglegere aspernarique possit, quod quae partus suos deserunt ablegantque a sese et aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt aut
22 certe quidem diluunt deteruntque. Nam ubi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitiost, vigor ille maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur omnisque inpatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit, neque multo minor amendati ad nutricem
23 aliam filii, quam morte amissi, obliviost. Ipsius quoque infantis adfectio animi, amoris, consuetudinis in ea sola, unde alitur, occupatur et proinde, ut in expositis usu venit, matris, quae genuit, neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea, oblitteratis et abolitis nativae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis et opinabilis'.

24 Haec Favorinum dicentem audivi Graeca oratione. Cuius sententias communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, rettuli, amoenitates vero et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quaedam indipisci potuerit, mea tenuitas nequaquam.

QZBXOIIN

(§ 21) 86 qd' q̃* (;) *X* quodque *QN* ‖ deserant *Q* ‖ ab*legantque *Q* ablegãque *Π* ablegamque *O pr.* allegant quae (que *x*) *X* ‖ ab *N* ‖ 87 ded'unt *Q* ‖ *coagulumq; (q;?) *X* coagulumq (~) *Q* ‖ 88 qua *Π* ‖ filiis] *lac. 6 litt. rel. om. Z, lacunae spscr. b* liberis *teste i Q* ‖ naturam sociant *X* ‖ consociant *ZOΠ* ‖ 89 deseruntq. *B* ‖ (§ 22) alior sum *X* ‖ 90 amolitio est *QXo* ‖ uigor*(i) *X* ‖ semsim *Q* ‖ 91 restringuit *Z* restingitur (*sic fere*) *Q* restinguntur *X pr.* ‖ solitudinis *X pr.* ‖ 92 strepidus *B* ‖ minor$^{\tilde{a}}$ mendati *B* minor a commendati *ZB dupl. archetypi scripturam indicantes; alteram* commendati *praebet X, et ipsam sensui accommodatam* (*cf. i et Georgesii lex.*⁷ *s. v.* commendo I) amendatio *O pr.* ‖ 93 ũli *O pr.* ‖ amisi *Z* ‖ obliviost] *O*: obliuio sunt (*ex* obliuio s̃t *sc. ortum*) *N* obliuio est *rell.* ‖ (§ 23) .Ipsius] ipsius *Π* ‖ 94 alitur] aliqua *Π* ‖ 95 in] *om. X* ‖ 96 ulum *Q pr.* ‖ 98 libe *Z* ‖ atque] = *b sup. lin. add.*: et *O* ‖ feri *QZ* ‖ 99 pert$^{\tilde{a}}$ (*sic*) *B* ‖ iciuilis *Z* ‖ inopinabilis *QZ* ‖ opinalis *X pr.* ‖ (§ 24) 100 faborinũ *O pr. X pr.* ‖ gre** *X pr.* ‖ 101 communi *X* ‖ 102 retuli *QZX* ‖ ubertatesq. (s) *X* ‖ 103 indispici *Z* ‖

II.

Quod Annaeus Seneca, iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futtilique iudicio fuit.

De Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore 1
minime utili, cuius libros adtingere nullum pretium operae sit, quod oratio eius vulgaria videatur et protrita, res atque sententiae aut inepto inanique impetu sint, aut levi et causidicali argutia, eruditio autem vernacula et plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse, non infitias eunt, sed et rerum, quas dicat, scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt et in vitiis morum obiurgandis severitatem gravitatemque non invenustam. Mihi de omni eius ingenio deque omni scripto iudicium censu- 2
ramque facere non necessum est; sed quod de M. Cicerone et Q. Ennio et P. Vergilio iudicavit, ea res cuiusmodi sit, ad considerandum ponemus.

In libro enim vicesimo secundo epistularum mo- 3
ralium, quas ad Lucilium conposuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cetego, antiquo viro, fecisse hos dicit:

QZBXOΠN

II (*lemm.*) 2 secana *Z* ‖ deq; ennio *QZB* ‖ Q.] *om. X* ‖ deñ *X* ‖ 3 futiliq. *ZBOΠN* ‖ fuit] *om. B* ‖ *Totum cap. descripsit Fr.Haase L. Sen.* III 441 *sq.* = *Sen. epistular. fr.* 110—115 ‖ (§ 1) 4 senec *Z* ‖ 5 inime *X pr.* ‖ at ingere *X* ‖ 6 vulgaria] *i* (*altera sc. archet. scriptura*): uulgarias *ZB* uulgaris *rell.* ‖ protita *X pr.* ptrata *Q* ptracta *q* protritas *Z* ‖ *distinctionis nota carent ZB* ‖ 7 st̄ *Π* ‖ aut] *Ald.:* aut ut ‖ causidicali] *Th. Vogel ann. ph.* 111, 574 (*cf. M.Aurel. ap. Fronton. epp. ad M.Caes.* 4, 5 *p.* 68, 22 *Nab.*): quasi dicaci (dicacis *X*) *libri* ‖ argutie *ZB* ‖ 8 uero *Π* ‖ atq; *Π* ‖ 9 eligantiae *XO* ‖ 10 quidem] *om. Q* ‖ infícias *libri* ‖ 11 dicat] asserit *Π* ‖ doctrinaq; *Q* ‖ de ee *Q* ‖ dc. ee. dicunt (.ee. dicunt *in ras.*) *X* ‖ 12 mo2 obiurgandis mo2 *Q* ‖ obiurgantis *O pr. Π* ‖ grauitatem quae *O* ‖ non uenustam *X* ‖ (§ 2) 13 omni• scripto(s) *X* ‖ 14 sed quod•***** de (de quod) *O* ‖ marco *QX* ‖ ciceroni *ZB* ‖ 15 Q.] que *ZX pr.* ‖ P.] puer *Q* ‖ puergilio *ZB* ‖ re *Z* ‖ cuiusmodi] *QBO m. rec.:* cuimodi *ZXOΠN* ‖ (§ 3) 17 enim] = *b:* enni *B* ‖ mor:aliū *X* ‖ 18 lucidium *XO pr. Π* ‖ deridiculosos *Z* ‖ 19 q̄ *Q pr.* que *ZX pr.* ‖ *Enn. ann. lib.* IX *fr.* IV *v.* 307 *sqq. p.* 46 *V. coll. eodem Vahleno ind. schol. Berol. cum aest. a.* 1878 *p.* 4 *sq., tum hib. a.* 1879 *p.* 5 *sqq. cf. Cic. Brut.* § 58 ‖ de Cetego] *b cf. lin.* 52 (Cetegus *inser. deuar.*

Is dictust ollis popularibus olim,
Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi, suadaeque medulla.

4 Ac deinde scripsit de isdem versibus verba haec: Admiror eloquentissimos viros et deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius
5 versus et hos refert. Atque id etiam de Cicerone dicit: Non miror, inquit, fuisse, qui hos versus scriberet, cum fuerit, qui laudaret; nisi forte Cicero summus orator agebat causam suam et volebat hos versus videri
6 bonos. Postea hoc etiam addidit insulsissime: Aput ipsum quoque, inquit, Ciceronem invenies etiam in prosa oratione quaedam, ex quibus intellegas, illum non
7 perdidisse operam, quod Ennium legit. Ponit deinde, quae aput Ciceronem reprehendat, quasi Enniana, quod ita scripserit in libris de republica: Vt Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas, et quod alio in
8 loco dixerit: breviloquentiam in dicendo colat. Atque ibi homo nugator Ciceronis errores deprecatur et: non fuit, inquit, Ciceronis hoc vitium, sed temporis; necesse erat

---

QZBXOΠN

CIL I 339 Cetego *CIL* X 1211 *a. p. C.* 170): decet ego *QZB* de cethego *XOΠN* ‖ antico *O pr.* ‖ .hos *Π* ‖ dicit: Is] dicit is *QZB* dicitas *Π* dicidis *O pr.* ‖ 20 his *X* ‖ dictu'ſt ollis *g*: dictus tollis *QZBOΠN* dictus tolleres *X* dictus *codd. Cic.* ‖ 21 agebant *codd. Cic. plerique* ‖ 22 delibatus] = *Cic.*: debilitat' *B* delibatat' *b* delibratus *Is. Verburg ad Cic. Brut. l. l.* delibatus *Falsterus am. phil.* III 12; 281 *f.* illibatus *o* = *quaed. mss. ap. i* ‖ populi suadaeque] *Cicero:* populi suada *XNo* populis uada *QZBOΠ* ‖ suadai *e* (*Lincoln.*) ‖ suadae medullam *ab Ennio Cetegum vocari dicunt Cic. Cat. m.* § 50, *Quint.* II 15, 4 *neque alio certe pertinet, quod artem rhetoricam* suadelae medullam *ab eodem nominari tradit schol. rhet. ad Herenn. prooem.* § 13 *ed. Glaeser* (*mus. phil.* 7, 293) ‖ (§ 4) 23 scribit *OΠN x in ras.* ‖ hisdem *QX* eisdem *Π* ‖ admirore loquentissimos *X* ‖ 24 obtimis *QZX* ‖ 25 ciceronẽ *x* ‖ 26 referre *X* ‖ (§ 5) 27 minor *B* ‖ 29 suam] *super lin. add. x* ‖ et] cum *se scripturum fuisse mihi significavit Haasius* ‖ (§ 6) 30 addidit —etiam] *post* etiam *om. Z* ‖ 33 quid *X* qui *x* ‖ (§ 7) 34 quod] qui *Xi* ‖ 35 scripserat *X* ‖ *Cic. de rep. V* 9, 11 ‖ re pro menelao *Q* ‖ 36 suaue loq̃ns *Q* ‖ 37 breui loq̃tiã *Q pr.* ‖ (§ 8) 38 et:] *om. Z* ‖ 39 hoc uictum s; *in ras. q* ‖ neceserat *Q*

haec dici, cum illa legerentur. Deinde adscribit, Ciceronem haec ipsa interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lascivae orationis et nitidae. 9

De Vergilio quoque eodem in loco verba haec ponit: Vergilius quoque noster non ex alia causa duros quosdam versus et enormes et aliquid supra mensuram trahentis interposuit, quam ut Ennianus populus adgnosceret in novo carmine aliquid antiquitatis. 10

Sed iam verborum Senecae piget; haec tamen inepti et insubidi hominis ioca non praeteribo: Quidam sunt, inquit, tam magni sensus Q. Ennii, ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere; et, cum reprehendisset versus, quos supra de Cetego posuimus: qui huiuscemodi, inquit, versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterici lectos. 11

Dignus sane Seneca videatur lectione ac studio adulescentium, qui honorem coloremque veteris orationis Soterici lectis compararit, quasi minimae scilicet gratiae et relictis iam contemptisque. Audias tamen commemorari ac referri pauca quaedam, quae idem ipse Seneca bene dixerit, quale est illud, quod in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem dixit: Quid enim refert quantum habeas? multo illud plus est, quod non habes. Benene hoc? bene sane; sed adulescentium indolem non tam iuvant, quae bene dicta sunt, quam inficiunt, 12 13 14

QZBXOΠN

(§ 9) 41 interposuisset *X pr.* ‖ 42 .& nide (nitide *x*) *X* ‖ nitide de *B* ‖ (§ 10) 46 trahentes *Q* ‖ ę *B* ‖ ḥennianus *X* ‖ (§ 11) 48 et∗inepti *in ras. x* ‖ 49 p̄tibo *Q* ‖ :Quidam] quidnam *B* ‖ 50 .q. *x* q; *X* q̄ *Q* = quę *O* qui *Z* ‖ ut] *om. QZB* ‖ sunt *Z* sint∗∗ (in) *X* ‖ 51 hyrcosos *QBXOΠ* ‖ 52 rep̄hendissēt *ZB* ‖ quos — versus] *post* uersus *om. X* ‖ de Cetego] *b cf. lin.* 19: decet ego *QZB* de cethego *XOΠN* ‖ 53 huiusmodi *Π* ‖ lique(s. q̄)ant *QZBX* ‖ 'liceat s̄' (*debebat* s) '& v. c.' *o* ‖ tibi] *g:* sibi ‖ 54 Soterici] *libri cf. CKeil ann. phil. suppl.* 4, 371 ‖ lectos dignus *QB* ‖ (§ 12) 55 sane (*ante* Seneca) *om. QZB* ‖ ∗∗dio *X pr.* ‖ 57 comparuit *Z* comparavit *Haasius* ‖ (§ 13) 58 cō (cv̄ *x*) memoria referri *X* ‖ 59 benedixerit *Π* ‖ 62 habes bene neque hoc *Z* ‖ (§ 14) Benene hoc?] *B:* bene hoc *QXOΠN* ‖ bene sane] *B:* sane bene ‖ adulescentū *X* ‖ 63 benedicta *ZN* ‖

quae pessime, multoque tanto magis, si et plura sunt, quae deteriora sunt, et quaedam in his non pro enthymemate aliquo rei parvae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.

III.

Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et super eo diversae sententiae Valgi Rufi et Tulli Tironis.

1 Valgius Rufus in secundo librorum, quos inscripsit de rebus per epistulam quaesitis, 'lictorem' dicit a 'ligando' appellatum esse, quod, cum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vinciriique a viatore solita sint, isque, qui ex conlegio viatorum officium ligandi haberet, 'lictor' sit appellatus; utiturque ad eam rem testimonio M. Tulli verbaque eius refert ex oratione, quae dicta
2 est pro C. Rabirio: Lictor, inquit, conliga manus. Haec ita Valgius.

3 Et nos sane cum illo sentimus; sed Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, 'lictorem' vel a 'limo' vel a 'licio' dictum

---

QZBXOΠN

64 pessime] *XOΠN:* sepissime *QZB* scaevissime μ ‖ sunt] *om. B* ‖ 65 hiss *Z* ‖ enthymemate] ×: ethimemata *Π* GR *Q* ENΘYΛIEMΔTE *ZB* ENΘYMHMΔTA *No* EΛΘYMHMΔTA *in lac.* × EΔΘYMHMΔTA *O* ‖ aliquid *QZB* ‖ 66 ancipite *O pr.* ‖

III (*lemm.*) 2 hortumq. *O* ‖ 3 diūssẽ *B* ‖ ualgii *XOΠN* ‖ .Rufi. *Z* ‖ tullii *OΠx* tul. *B*(?) ‖ Tironis]: *RBentley* (*r. mus. phil.* 35, 634). *hr* : ciceronis *Xox* ciceronis uersus accepti (*voce. duobus extremis lemm. sq. hic adglutinatis*) *QZBOΠN* Ciceronis liberti acceptae e Ciceronis liberti *i* ‖ (§ 1) *Adhibuit Non. s. v.* lictoris proprietatem *p.* 51, 30 *M. v. ann. phil.* 85, 713 ‖ 4 ruffus *Z* ‖ *C. Valgii Rufi fr.* IV *Weichert. PLR p.* 234 *cf. p.* 235 *cf. LMercklin philol.* 4, 426; *fr.* 6 *R. Unger de C. Valg. R. poem. p.* 163 *sqq.* ‖ quo *X* ‖ 6 apellatū *B* ‖ 7 crura] aura *X* ora *x* ‖ ligari uinciri *Π*, *quod reciperem, si firmiore fundamento h. l. niteretur cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ 8 isque] = *e vg.* (*HIMueller mus. phil.* 21, 429, 15): is *QZB* et inde is ÷ *RStR* I² 345, 9 ‖ viatorum] *om. X* ‖ 10 tullii *QZBXΠ* ‖ 11 rabiori *X* ‖ *Cic. p. C. Rabirio perd. reo or.* § 13 ‖ Lictor] = *Non. l. l.*: I lictor *codd. Cic. cf. Drakenborchii ad Liv.* I 26, 7 *adn.* ‖ colliga *QB* coliga *Z* ‖ (§ 2) hec hec *Z* ‖ 13 illo*(s) *X* ‖ (§ 3) tyro *QZXOΠ* ‖ *M. Tullii Tironis Pandectarum, ex quibus h. l. G. hausisse opinatur, fr. c Lion Tiron. et Maec.*² *p.* 8 *sq.* ‖ 14 *l (u) *X* ‖ (vel a limo vel) *IMercier ad Non. l. l.* ‖ lino *Z* ‖ litio *Z* ‖

scripsit: Licio enim transverso, quod 'limum' appellatur, qui magistratibus, inquit, praeministrabant, cincti erant.

Si quis autem est, qui propterea putat probabilius esse, quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in 'lictore', sicuti in 'licio', producta est et in eo verbo, quod est 'ligo', correpta est, nihil ad rem istud pertinet. Nam sicut a 'ligando' 'lictor' et a 'legendo' 'lector' et at 'viendo' 'vitor' et 'tuendo' 'tutor' et 'struendo' 'structor', productis quae corripiebantur vocalibus, dicta sunt.

IV.

Versus accepti ex Q. Enni septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis mineris erga amicum superiorem.

Descriptum definitumque est a Quinto Ennio in annali septimo graphice admodum sciteque sub historia Gemini Servili, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi oportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia, quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus denique ad muni-

---

QZBXOΠNTY

15 litio *Z* ‖ linum *B* ‖ 16 inquit] *om. Π* ‖ cincta *Z pr.* ‖ (§ 4) 17 ‚qui] *om. X* ‖ putet e ‖ probalius *B* ‖ quae *Π* ‖ 18 tyro *QZXOΠ* ‖ litio *Z* ‖ 19 e*o(a) *X* ‖ correpta] = *x sup. lin:* producta *X* ‖ 20 rem istud] istem rem *X* istam rem *x* ‖ sic ut *X* ‖ sic a ligando lictor:(*s.*,)ut a *e ECAOtho* ‖ lictor et a] = *b:* lictoretam *B* lictor a *X* ‖ et a legendo lector] *post* lictor *om. Q* ‖ 21 a viendo vitor] *GFUnger philol.* 34, 206 *et sic tacite IWiggert Stud. z. lat. Orthoepie Stargard. Pom. a.* 1880 *p.* 13: a uiuendo uictor *QZBXOΠN* a viendo victor *Cuiacius obs. et em.* X 9 a uincendo uictor *se* (*RUnger l. l. p.* 168; *PLangen philol.* 31, 564) a vehendo vector *Ascensius admonente Quintiano* ‖ 22 productisq̃ q; *X* ‖

IV. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Versus accepti] *cf. adn. lemm. c.* 3; *hic add. o* ‖ ex. q̃. *N* ex. q;. *O* Ex q̃ *Q pr.* ex. q̃ *X* exq. *B* ‖ ennii *QZXOΠN* ‖ fingiturq. *B* ‖ 3 amicum] *spat. vac. rel. om. Π* ‖ (§ 1) 4 Rescriptum *Π* Descripptum *Z* ‖ diffinitumq; *QZB* ‖ enu*o *X pr.* ‖ annalis *Q* ‖ 5 XVII *coni. Th.Bergk ann. phil.* 83, 501; *ad lib.* VIII (*fr.* 6) *rettulerat Th.Hug Q. Ennii annal. — fragm.* (*Bonn.* 1852) *p.* 6 *cf. p.* 23 *sq., at v. Vahleni prolegg. ed. p.* LVII *sq.* ‖ grafice *ZBXΠNTY:* grafrice *O* gratifice *Q* ‖ scite quę *T* scite qui *Y* ‖ geminis *QZB* ‖ seruilii *XOΠNq* seruii *TY* ‖ 6 comitante *Z* ‖ 7 loquendio_portunitate *X* ‖ 9 seruandi tuendi tuendique *X pr.* ‖ minuendas se numerandas *TY* ‖

endas vitae molestias fomentis, levamentis, solacis amicum esse
2 conveniat hominis genere et fortuna superioris. Eos ego versus
non minus frequenti adsiduoque memoratu dignos puto quam
3 philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color quidam vetustatis
in his versibus tam reverendus est, suavitas tam inpromisca
tamque a fuco omni remota est, ut, mea quidem sententia, pro
antiquis sacratisque amicitiae legibus observandi, tenendi colendi-
4 que sint. Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis iam
statim desideraret:

Haece locutus vocat, quocum bene saepe libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter inpertit, magnam cum lassus diei

QZBXOΠNTY

10 modestias *B* ‖ solaciis *QZXΠTY* solatiis *B* ‖ animum *Y* ‖ (§ 2) 12 assiduo quę *Y* assiduo *X per se recte cf. adn. praef.* § 18 ‖ 13 offitiiis (*sic*) *Z* ‖ (§ 3) co*lor *X* odor ς olor *Chr. Colerus pareg. c.* XX *p.* 73 ‖ 14 his] *om. B* hiis *Z* ‖ reverendus est] = *x in ras.* ‖ tam] ita *X pr.* ‖ inpromiscatāque *x* iupromiscatoque *X* ‖ 15 tamq (q *sup. lin. add.*) *q* tam *Q* tamquā *O pr.* ‖ fucco *B* fuceo *Q* succo *Z* faco *O pr.* ‖ ut] *om. TY* ‖ me *B* ‖ 16 tenedi *X pr.* ‖ 17 sunt *TY* ‖ (§ 4) qua ppter *Q* ‖ 18 desidera*ret (t) *X* ‖ *distinctionem post* desideraret *om. Π* ‖ *Q. Ennii annal. lib.* VII *fr.* X *v.* 239 *sqq. Vahlen., qui huius fragmenti versus septem extremos antea tractaverat quaest. Enn. crit.* (*Bonn.* 1852) *p.* 8 *sq., nonnulla post ed. retractavit mus. phil.* 14, 553 *sqq.; Herm.* 12, 253. *De eodem hoc fragmento recensendo atque emendando praeter editores olim egerunt ATurnebus adv.* XXVIII 32, *HGiphanius in Mureti epp.* I 74, *ILipsius ant. lect.* II 22 (*cf. GScioppii ad Priap.* 8, 8 *adn.*), *ex quibus pauca tantum commemoranda erant; post Vahleni ed. Bergkius l. l. p.* 500 *sqq.* = *opusc.* I 275 *sqq. et LHavet rev. de phil. n. s.* 2, 93 *sqq.* ‖ 19 (*v.* 1) Haece locutus] *bx cf. Conrads in Anth. Lat. lib.* IV *exerc.* (*Bonn.* 1853) *p.* 27 *sq.; WStudemund ann. phil.* 113, 57 *sq.; Neue l. Formenlehre* II² 203 *sq.*: haec (hec *Q*) elocu(quu *N*)tus *QBXOΠNT* hee elocutus *Z* haec locutus *Y* ‖ quocum] *Y* quo cum *T*: quodcum *BXOΠN cf. Th. Bergk l. l. et Beitr. z. lat. Gramm. p.* 35 *sq., Fr.Bücheler lat. Decl.*¹ *p.* 47 *sq., HUsener mus. phil.* 24, 113, 19, *FRitschl n. plaut. Exc. p.* 55 *sq.*; 58; 103 *sq., OKienitz ann. phil. suppl.* 10, 562 *sq.* quod cum *Z* quod cum *Q* quoi tum *i* ‖ 20 (*v.* 2) mīsurā *X* ‖ suos curamque suai Comis rem partit *HIlberg exerc. crit.* (*Salin. a* 1855) *p.* 5 *sq.* ‖ *de lacuna post* suarum *aut post* inpertit *statuenda cogitat Havetus* ‖ 21 (*v.* 3) cōmunīt *T* comitū *Z* comuī *Y; erat cum ercdercm post* suarum *intercidisse* thesaurum *s.* thensaurum, *tum*

Partem fuisset, de summis rebus recundis,
Consilio indu foro lato sanctoque senatu,
Cui res audacter magnas parvasque iocumque
Eloqueretur et cuncta ei malaque et bona dictu
Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret,
Quocum multa volup sibi fecit clamque palamque:
Ingenium, cui nulla malum sententia suadet
Vt faceret facinus, levis, haut malus, doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus,
verbum
Paucum, multa tenens, antiqua, sepulta vetustas

QZBXOΠNTY

comiter *male suppletum esse* (*cf.* qua comitate § 1) ‖ Congeriem partit *Vahlenus mus. l. l.* Copiam impertit *LMüller de re m. p. L. p.* 306 comis itum (*i. e.* cursum) impartit *HAIMunro academy d.* 3 *m. Iul. a.* 1875 *p.* 17 ‖ magna cum lapsa dies iam, (*sic certe ed. Bas.* 1581 *et Aur. a.* 1604) Parte fuisset *ATurnebus* magna cum lassus diei Parti fuisset *JLipsius* ‖ 22 (*v.* 4) parte *XOΠN* ‖ fuisse *B* ‖ summis] = *x in litura* ‖ recundis *QB* regendis *TY* fecundis *Z* gerundis *Vat.* 3452 *S.Germ.* 643 ς ‖ 23 (*v.* 5) indu] = *X* alīt incluso *id. in mg.* inde *TY* ‖ induforio *Z* ‖ late *Y* Latio *Berykius* ‖ 24 (*v.* 6) par uasq. *X* paruasq. *B* ‖ 25 (*v.* 7) loqueretur *Π pr.* ‖ et haud cunctans *Berykius; palaeographiae ratione habita multo magis placeret* et iniunctans *PEHuschkii z. Pandektenkritik* (*Lips.* 1875) *p.* 1 ‖ et cuncta ei malaque et bona] *Vahlenus mus. phil. l. l.* (et ei cuncta, *quod tolerari posset, si per libros traderetur cf. Büchelerus Grundr. d. lat. Decl. p.* 40 *ed. Wind., tamen in verborum ordine ex coniectura collocare non ausus sum*): et cuncta malaque et bona *QZBY*ϛ et cuncta malusque et bona *XOΠ* 7 (*i. e.* et, *non* ea) cuncta male bonaq. *T &* cunctam aliisq. & bona *N* et cuncta simul malaque et bona *Th. Hug* et iunctim (*quo voc. ipse G. paulo infra c.* 8, 2, *tum* XIII 25, 6; XIV 6, 3, *ubi cf. v. l., utitur*) malaque et bona *h mus. phil.* 14, 557 ‖ dictuue uomeret *Π* ‖ 26 (*v.* 8) quid ϛ (*Berykius*) ‖ totoque *O pr.* ‖ que] *om. T* ‖ 27 (*v.* 9) quo cum *Z* quicum *X* ‖ volup sibi fecit] *Vahlenus mus. phil. l. l., voc.* gaudia *tamquam gloss. ad* multa volup *adscripto eiecto:* uolup gaudia *XOΠN et duar. fere litt. spatio post* uolup *vac. rel. B* uoluptate gaudia *Qx* uoluptas gaudia *TY*ϛ gaudia *Z* volup ac (*sic vel* et *Hugius*) gaudia *e* volutat gaudia *Berykius* ‖ 28 (*v.* 10) ingeniu *Y* ‖ suasset *Vahlenus Herm. l. l.* ‖ 29 (*v.* 11) Vt] ne *Z pr.* ‖ haut *QB:* aut] *X* haud *rell.* ‖ 30 (*v.* 12) sanis *X pr.* ‖ facund* *X pr.* ‖ contemptus *XO* ‖ 31 (*v.* 13) scitusque ϛ ‖ 32 urbum *B* uerborum *T* uer** *Z* & vir ϛ ‖ 33 (*v.* 14) Paucum] *Turnebus* (*Giphanius, Lipsius*) *x*: paucorum ‖ *Post* paucum *lacunam statuit Havetus l. l.* ‖ tonentem antiqua, *Havetus* ‖

Quae facit,† et mores veteresque novosque tenentem
Multorum veterum leges divumque hominumque
Prudenter qui dicta loquive tacereve posset:
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt, Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

V.

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

1 Cum Delphos ad Pythia conventumque totius ferme Graeciae visendum philosophus Taurus iret nosque ei comites essemus inque eo itinere Lebadiam venissemus, quod est oppidum anticum in terra Boeotia, adfertur ibi ad Taurum, amicum eius quempiam, nobilem in Stoica disciplina philosophum, aegra valitudine
2 oppressum, decumbere. Tunc omisso itinere, quod alioquin maturandum erat, et relictis vehiculis, pergit eum propere videre,

---

QZBXOΠNTY

34 (*v.* 15) Quem *g* (*Vahlenus in ed., Havet*) ‖ fecit (*om.* et) *Vahlenus l. l.* ‖ *ante* tenentem *versus nonnullos excidisse suo censet fere iure, ut arbitror, nisi vitium subest in* tenentem, *quod iusta explicatione videtur egere, Bergkius* ‖ tenens res *Vahlenus Herm. l. l.* ‖ 35 (*v.* 16) Maiorum *Vahlenus mus. phil. l. l.* ‖ Multarum ueterum legum *Lipsius* Multarum rerum, legum *i* ‖ diuum *Π* ‖ 36 (*v.* 17) Prudenter] *Vahlenus:* prudentem ‖ qui multa *e* ‖ loquiue tacereque *XOΠNTY* loqui|ue tacere *Z* loqui ne tacere *Q* ‖ possit (t *sup. lin. add.*) *X* ‖ 37 (*v.* 18) pūgas *Z* ‖ Servilius sic compellat *Fr. Dousa sub init. notar. ad Lucil. p.* 203 *ed. Patav. a.* 1735, *CLachmann ad Lucr.* VI 1067 *et sic certe scribere debebat Ennius cf. Ritschelium opusc.* II 640 *sq.* ‖ *Post versum hunc extremum lac. statuit Vahlenus* ‖ [sic.] L. Aelium] *Giphanius;* sic. t. aelium *OΠN* sic. taelium *Y* .sic teliū *T* sic aelium *B* sicaelium. *Q* si celum *Z* ‖ (§ 5) *totam om. X* ‖ 38 stolonem *Y pr.* ‖ feruntq. ennium *BT* ‖ q; *Z* = que *QO* q̃ *o* ‖ 39 semetipso *BONTY* se ipso *Π* ‖ 40 ipsius Q.] ipsiusq; (*s.* q.) *QZBNT* ipsiusq. q. (q. *sup. lin. add.*) *n* ‖

V. (*lemm.*) 2 tollerandi *O pr. N* ‖ (§ 1) 4 ad phitia *Π* ad pitia *in ras. Z* ad picia *B* apicia *Q* apĭcia *q* ‖ ferme totius *Π* ‖ 6 lebaeeam *Z* ‖ atticum *XOΠN* ‖ 7 boetia *BXOΠN* boecia *Q* ‖ 8 ualetudine *N* ‖ 9 opressum *X* ‖ (§ 2) Tunc] = *b* (tc̃): tc̃ *B* ‖ alioqui *OΠN* aliquix *q* aliqui *Q* ‖ 10 ppere *Z* ‖ *f.* visere *Thysius* ‖

nosque de more, quem in locum eumque iret, secuti sumus. Et ubi ad aedes, in quis ille aegrotus erat, pervenimus, videmus hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Graeci 'κόλον' dicunt, et febri simul rapida adflictari gemitusque ex eo conpressos erumpere spiritusque et anhelitus e pectore eius evadere, non dolorem magis indicantes quam pugnam adversum dolorem.

Post deinde, cum Taurus et medicos accersisset conlocu- 3
tusque de facienda medella esset et eum ipsum ad retinendam patientiam testimonio tolerantiae, quam videbat, perhibito stabilisset, egressique inde ad vehicula et ad comites rediremus: 'vidistis' inquit Taurus, 'non sane iucundum spectaculum, sed cognitu tamen utile, congredientes conpugnantesque philosophum et dolorem. Faciebat vis illa et natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum, faciebat contra ratio et natura animi, quod erat aeque suum: perpetiebatur et cohibebat coercebatque infra sese violentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas conplorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat, signa tamen quaedam, sicut vidistis, exsistebant virtutis et corporis de possessione hominis pugnantium.'

Tum e sectatoribus Tauri iuvenis in disciplinis philosophiae 4
non ignavus: 'si tanta', inquit, 'doloris acerbitas est, ut contra

---

QZBXOΠN

12 egrotus ille *Z* ‖ 13 albi *BZ* (*sq. fere* 4 *litt. lac., cui* C *inscr.*) *Πo* alba *O* abbi σ ‖ Gr *Q* 'v. c. κοῖλον. *f.* κοιλίαν' σ ‖ 14 afflictari *Z* ‖ conp̄sos *X et ut vid. Q pr.* complexos *n* complexus *N* ‖ 15 hanelitus *QZ pr. in ras. XON* anelit' *B* ‖ 16 dolere mag̈ *B* dolerem ag̈ *b* ‖ iudicantes *O pr.* ‖ aduersus *BΠ* ‖ (§ 3) 17 accessisset *q* accerbisset *Q* accersisset et *X* ‖ collocutusque *Π* conloquutusq; *N* conlocutusque *X* colloqutusq. *B* cū locutusq; *Q* conlocatusque *O pr.* ‖ 18 facienda (˜) *X* ‖ medella] = σ: medela *QBΠN* ‖ eam *Π pr.* ‖ 19 tole*[rantiae *X* tollerantiae(tie *Z*) *ZO pr. N* ‖ 20 ad vehicula et ad comites] cum taurus (tauro *q*) *sq.* 8 *fere litt. lac. Q* ‖ redimus *X pr.* ueniremus *Π* ‖ 22 philosopho3 *B* ‖ 23 illā *B* ‖ ullā et naturā *Z* ‖ naturā orbi *Q pr.* ‖ suum — quod erat] *post* quod erat *om. Z* ‖ 24 contractio et *X* ‖ 25 aeque] *om. X* eq̃ *B* ‖ suum perpetiebatur. *Z* ‖ 26 cohercebatque *QΠ* coercebat q̃ *B pr.* cohercebat *Z* ‖ intra *O pr. Π* ‖ infra* sese *X* ‖ uiolentia *B* uiolenti[es *Z* ‖ eff****nati *X pr.* ‖ heiulatus *BΠN* beiulatus *Z* ‖ 27 nulla *Z* ‖ conpl*orationes (a) *X* ‖ 28 sicut quaedam *X* ‖ exhistebant *X* ‖ corporis] *f.* doloris *c* ‖ (§ 4) 31 est] set *X pr.* ‖

voluntatem contraque iudicium animi nitatur invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi saevientis, cur dolor aput Stoicos indifferens esse dicitur, non malum? cur deinde aut stoicus homo cogi aliquid potest aut dolor cogere, cum et dolorem Stoici nihil cogere et sapientem nihil cogi posse dicant?'

5 Ad ea Taurus vultu iam propemodum laetiore, delectatus enim videbatur inlecebra quaestionis: 'si iam amicus', inquit, 'hic noster melius valeret, gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset et hanc, opinor, tibi quaestionem dissolvisset; me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum Stoa potius. Est enim pleraque et sibi et nobis incongruens, sicut libro quem 6 super illa re composuimus, declaratur. Sed ut tibi a me mos geratur, dicam ego 'indoctius', ut aiunt, 'et apertius', quae fuisse dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc adesset Stoicorum; nosti enim, credo, verbum illud vetus et pervolgatum:

'Ἁμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον.'

Atque hinc exorsus de dolore atque de gemitu Stoici aegro- 7 tantis ita disseruit: 'Natura', inquit, 'omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem, ita prorsus, ut nihil quicquam esset carius pensiusque nobis quam nosmet ipsi, atque

---

QZBXOΠN

32 nitantur *X* ‖ 33 coget] = (*litt.* at *in ras.*) *x* ‖ 34 stoicvs *o* ‖ 35 deinde *** *X* ‖ potest] posse *Z* ‖ 37 dicant̃ (˜ *ut vid. add. q*) *Q* ‖ (§ 5) 38 iam] *om. Π* ‖ prope modum *QZO* ‖ Delectat' *x*: Delect*t' *X* ‖ 39 enim iam *X ex eil.* ‖ si* (c) *X* ‖ hic] *om. X* ‖ 40 ad calĩpnia *Z* ‖ 41 defendisse *X* defendis sit *Q pr.* ‖ 42 bene] *om. Z* ‖ Stoa] *Thysius g*: stoica ‖ Stoica potius disciplina *e* ‖ 43 et* nobis (a) *O* ‖ 44 supra *QZBO pr. Π* ‖ ea *BXOΠN* ‖ (§ 6) 45 inductius *X* ‖ 46 dicturū *X* ‖ sinuos ios *X pr.* ‖ 47 et] *om. Π* ‖ puuolgatum *O* ‖ 48 *Aristoph. ran. v.* 1445 *Ddf.* ‖ Gr. *Q* ‖ ΠΟC *B pr. Π* ‖ ΠΟCΠΕ *X pr.* ‖ ΚΙ *B* ‖ σαφέστερον] *Aristophanes, HStephanus spec. em. p.* 92 *sq., Thysius, g* (*Cobetus Mnem. n. s.* 7, 97): CΑΦΕCΤΕΡΟΝ (CΑΦΕ-ΤΕΡΟΝ *ZB*) ΛΕΓΕ (ΩΕΓΕ *X* ΔΕΙΕ. *B*) *libri, atque inde Mich. Apost. prov.* II 64ª, *Arsen.* III 39, *edd.* ‖ 49 de dolore] = *qx*: dedolore *o* dolore *ZX* 7 dolore *Q* dedolere *O* ‖ egr*tantis *X* ‖ (§ 7) 51 quc] *add. x* ‖ 53 esset] *om. X* ‖ nosmetipsi *QBXOΠN*

hoc esse fundamentum ratast conservandae hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum, simul atque editus in lucem foret, harum prius rerum sensum adfectionemque caperet, quae a veteribus philosophis 'τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν' appellata sunt: ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. Postea per incrementa aetatis exorta e seminibus suis ratiost et utendi consilii reputatio et honestatis utilitatisque verae contemplatio subtiliorque et exploratior commodorum incommodorumque dilectus: atque ita prae ceteris omnibus enituit et praefulsit decori et honesti dignitas ac, si ei retinendae obtinendaeve incommodum extrinsecus aliquod obstaret, contemptum est; neque aliud esse vere et simpliciter bonum nisi honestum, aliud quicquam malum, nisi quod turpe esset, existimatum est. Reliqua omnia, quae in medio forent ac neque honesta essent neque turpia, neque bona esse neque mala decretum est. Productiones tamen et relationes suis quaeque momentis distinctae divisaeque sunt, quae 'προηγμένα' et 'ἀποπροηγμένα' ipsi vocant. Propterea voluptas quoque et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque vivendi

---

QZBXOΠN

54 esse] est *Q* ẽ quod *X* ‖ fundamentum ratast] *No:* fundamentum rata est *QB* fundamentum rata *Z* fundatast conseruandae *OΠ* fundata est. conseruandę *x* fundatast conseruante *X* ‖ 55 si*unusq. (n) *X* sum' quisq; *Q* ‖ simuletq; *ZB* ‖ 56 auetteribus *x* aütteribus *X* ‖ 57 τά] ΙΑ *X* ‖ taptakatafisin *Π* ‖ omnibus] *ras. totidem fere litt. in Q* ‖ 58 commodis—incommodis] comodis *Z* ‖ 59 exorta e] exortę *X* exorte *Zb* exore *B* ‖ 60 ratio st *Z* ratio est *QXON* ‖ et] *om. X* ‖ utendi] = utŏdi *q:* utuli *ut vid. Q* ‖ utilitatis quae uero *X* ‖ 61 subtilior q̃ *B* ‖ et exploratior] et exploratio *Q* exploratio *x* ‖ commodorum incommodorumque] *RBentley* (*mus. phil.* 35, 634), *IHOnions journ. of philol.* XI 1882 *p.* 78: comm(com *Z*)odorumque *libri* commodorum quoque μ ‖ 62 atque ita] *om. B* ‖ 63 deori *Q* ‖ optinendamue *ZB* ‖ 64 incomodū *Z* ‖ aliquid *X* ‖ contentū *Z* ‖ neque] ne *X* ‖ 65 esset *x* ‖ 66 quod et *XO* ‖ c̄o̅ *Z* ‖ 67 in] *om. B* ‖ neque honesta—esse] *om. Q* ‖ 69 relaxiones *B* remotiones *aut* reiectiones (*cf. Cic. de fin.* III § 52) *HStephanus spec. emend. p.* 198 ‖ monentis *O* ‖ 70 Gr. *Q* ‖ προηγμένα] *s* (*HStephanus l. l. p.* 197): ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΑ *ZBXON* ‖ proegumena saia. proegoymena *Π* ‖ ΕΤ *Z* ΕΤ *B:* ΕΓ *b* ΚΑΙ *N* ΚΑΙ *O* ΚΑΙ *X* ‖ ἀποπροηγμένα] *s* (*Stephanus*)*:* ΑΠΟΠΡΟΗ(Ε *XO*)ΓΟΥΜΕΝΑ *BXON* ΑΠΟΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝ. *Z* ‖ 71 beatoq. *X* ‖

pertinet, et in mediis relicta et neque in bonis neque in malis
8 iudicata sunt. Sed enim quoniam his primis sensibus doloris
voluptatisque ante consilii et rationis exortum recens natus homo
inbutus est et voluptati quidem a natura conciliatus, a dolore autem
quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est: ideirco
adfectiones istas primitus penitusque inditas ratio ipsi post addita
convellere ab stirpe atque exstinguere vix potest. Pugnat autem
cum his semper et exsultantis eas opprimit obteritque et parere
9 sibi atque oboedire cogit. Itaque vidistis philosophum, ratione
decreti sui nixum, cum petulantia morbi dolorisque exsultantia
conluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem, neque, ut plerique
dolentes solent, eiulantem atque lamentantem ac miserum sese et
infelicem appellantem, sed acres tantum anhelitus et robustos
gemitus edentem, signa atque indicia non victi nec obpressi a
dolore, sed vincere eum atque obprimere enitentis.

10 Sed haut scio', inquit, 'an dicat aliquis, ipsum illud, quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere et pugnare? Quia enim omnia, quae non sunt mala, molestia quoque omni non carent, sed sunt pleraque noxa quidem magna et pernicie privata, quia non sunt turpia, contra naturae tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt et infesta per obscuram quandam et necessariam ipsius naturae consequentiam.

QZBXOΠN

72 pertinent *x* ‖ (§ 8) 73 quom *N* qđ *Q* quoniam in *X* ‖ hiis *Z* ‖ 74 uoluptatib;q. *X pr.* ‖ 75 ſtus *b* ‖ a natura] natura *XOΠN* ‖ 76 ab graui *X* a∗graui (d) *O* ‖ quodam] *om. Π* quod *ZB* quo *Q* ‖ inimico] *om. QZB* ‖ 77 poenitusque *X* ‖ inclitas *Z* ‖ ipsi post] *dubitanter h:* ipsi *QZB* post *XOΠN* ‖ 78 styrpe *Z* ‖ uis *X pr. O pr. ΠN* ‖ pugna *X* ‖ 79 is *X* hiis *Z* ‖ exultantes *Q* ‖ (§ 9) 81 decretis uti *OΠ* decreti suti *o* ‖ sui nixum] ∗ub∗nixum *X* subnixum *x* ‖ cõpetulantia *Π* conpetulantia *XO pr.* ‖ 82 conluc∗tantem (i) *X* ‖ cędentem *Π* edentem *O* ‖ 83 heiulantem *XOΠN* hieiulantem *Z in ras. B* ‖ 84 acres] egros *Q* ‖ agrestantū *ZB* ‖ anhelitus = *n:* han(∗anh *O*)elitus *XON* anhelitu *QZB* ‖ 85 gemitu sedentē *Z* ‖ iudicia *Z* ‖ neque *ZXOΠ* ‖ 86 sed nitentis *X* ‖ (§ 10) 87 aliquid *Q* ‖ 88 dolor∗ (ē) *X* ‖ 90 caret *Z* ‖ noxia quidem *x* nox aquidem *ut vid. X* ‖ quid ē *Q* ‖ 91 magna] *om. X* ‖ natura *X* ‖ 92 mansuetudinem] = *N mg.:* consuetudinem *N* ‖ apposita *X* ‖ infesta] = *x:* festa|ta *X* ‖

Haec ergo vir sapiens tolerare et eluctari potest, non admittere omnino in sensum sui non potest: ἀναλγησία enim atque ἀπάθεια non meo tantum', inquit, 'sed quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque docti viri, inprobata abiectaque est. 11

Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae locus; cum vero natura cogit, ratio quoque a natura data cogitur. Quaere etiam, si videtur, cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata invitus coniveat, cur fulgente caelo a luminis iactu non sua sponte et caput et oculos declinet, cur tonitru vehementius facto sensim pavescat, cur sternumentis quatiatur, cur aut in ardoribus solis aestuet aut in pruinis inmanibus obrigescat. Haec enim et pleraque alia non voluntas nec consilium nec ratio moderatur, set naturae necessitatisque decreta sunt. 12

Fortitudo autem non est, quae contra naturam monstri vicem nititur ultraque modum eius egreditur aut stupore animi aut inmanitate aut quadam misera et necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualem fuisse accepimus ferum quendam in 13

QZBXOΠN

94 eluctari] μ: cuntari *Z* cunctari *QBXOΠN* ‖ 95 pot GR ******. Non (enī atq.) *Q* ‖ ANAΛΓΕCIA *X* ANAΛΓΗCA *ZB* ‖ anal̄gesia eminatq; apathianon. ū *Π* ‖ enim] eum *Z* ‖ AΠΑΘΙΑ *ZB* ‖ AΠΑΘΙΑΝΟΝ (. *N*) non *XΠN* ‖ 96 .Non *Z* ‖ ex eadem] = *x:* om. *XΠ* (ex eadem porticu *X m. rec. in mg.*) ‖ 97 secuti *Q* ‖ 98 adiectaq. *X* ‖ que] *om. Q fort. recte cf. adn. praef.* § 18 ‖ (§ 11) 100 nihil c̄ogi nīhil posse *B* ‖ posse cogi *Z* ‖ 101 cogi] *om. X* ‖ est] enī *Q* ‖ 102 uere *Z* ‖ quare *ZBXOΠ* ‖ 103 aū *O* aū *XNo* ‖ 104 inuetus conueniat (*sup. lin.* alīt inuitus couiueat) *X* ‖ fulgentē *QZB* ‖ aluminis *QZB* ‖ 105 ****tru *X pr.* tontru *Z* tonitruū (¯ *a q add. rid.*) *Q* ‖ facto sensim] factor sim *ZB* facto *Q* factv̄ *q* ‖ 106 ster numentis *X* strnumentis *Q* sternutamentis *B ex sil. O m. rec.* ‖ *alterum* cur] = *x:* cum *X* ‖ ardoribus] *QZBXON:* ardore *Π* ‖ solus *X pr.* ‖ 107 aestu ꝛ *O* estu *B* ‖ īmanb; *Q* aut inmanibus *Z* ‖ (§ 12) Haec ꝛenim *Π* Haec et enim *O pr.* ‖ 108 oracio *Q* ‖ nature (*ex compendio* n̄ = nē, *ut B fere scribere solet, et* nature *conflatum*) *Z* ‖ 109 decreata *X* ‖ (§ 13) 110 east) *N:* ea est ‖ vicem] *om. Q* uice *ΠO* ‖ 111 "egredit "eius *Z* ‖

ludo Caesaris gladiatorem, qui, cum vulnera eius a medicis exsecabantur, ridere solitus fuit; sed ea vera et proba fortitudost, quam maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum et non tolerandarum. Per quod apparet, esse quaedam intolerabilia, a quibus fortes viri aut obeundis abhorreant aut sustinendis'.

Cum haec Taurus dixisset videreturque in eandem rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula et conscendimus.

VI.

De aenigmate.

1 Quae Graeci dicunt 'aenigmata', hoc genus quidam ex nostris veteribus 'scirpos' appellaverunt. Quale est, quod nuper invenimus per hercle anticum, perquam lepidum tribus versibus senaris compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium
2 coniecturas in requirendo acueremus. Versus tres hi sunt:

Semel minusne an bis minus sit nescio;
At utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.

QZBXOΠNTY

115 uerba *ZB* ‖ fortitudost] *N* fortitudo st *O:* fortitudo est *QBXΠ* st] *om. Z* ‖ 116 maioris *Q pr. B, quod reciperem (et recepi h^c), nisi dubitarem, an* maioris nostri *tamquam gen. sing. cum proximo voc.* scientiam *coniunxerint librarii* ‖ dixerunt scientiã ee *B* scientiam dixerunt *X* ‖ dixerũ *Q ut vid.* dixerit *q* ‖ tollerandarum *Z* toleranda *X pr.* ‖ 117 et non tolerandarum] *post* tolerandarum *om. QZB, in mg. add. o* ‖ (§ 14) tol(ll *Z*)erabilia *QZB* ‖ 118 a] *om. XOΠN* ‖ aborreant *O pr.* ‖ *ad* sustinendis *teste i* impares sint *adscripsit PLambecius* ‖ (§ 15) 119 Cum] = *z:* aut *Z* ‖ uidisset sustinetur quę (que *x*) *X* ‖ uidererẽurq. *O* ‖ 120 etiam] *om. Q* ‖

VI. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 enigmate *QXOΠN et sic plerique infra:* enegmate *ZB* ‖ (§ 1) 3 e*nigmata (i *ut vid.*) *X* enicmata *B* ‖ e *XOΠNTY* ‖ 4 appollauerunt *X pr.* appellauerunt *T* ‖ quod] quę *T* qui *Y* ‖ 5 hercle *X pr.* ‖ hercleanticum *Π* ‖ antiqũ *Bo* antiquum *QZNTY* ‖ perquem *O pr.* ‖ senaris] s: senariis *XO m. rec.* senatoris *QZBOΠNTY* ‖ 6 relinquimus *Z* ‖ 7 conieca sinrequirendo *Z* ‖ *acueremus *X* ‖ (§ 2) hii *Z* ‖ 8 minusq; *B pr.* minus *Z* ‖ minusnean *X pr.* ‖ ne—minus] *post* minus *sup. lin. add. O* ‖ sit nescio] *IFreinshemius ad Flor.* I 7, 8: non sit (ſit *Z*) s; scio *QZB* non sit sat scio *OΠNTY* non sat scio *X ex sil., Ascens. Par.* 1536, *g* sit non sat scio *e* ‖ 9 At] *h:* An ‖ ut quondam] quod *X* ‖ audivi] *utraque*

Hoc qui nolit diutius apud sese quaerere, inveniet quid sit in 3
M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo.

VII.

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem veneficii constitentemque ad Areopagitas reiecerit.

Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio provinciam Asiam 1
obtinentem, deducta mulier Smyrnaea est. Eadem mulier virum 2
et filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat atque id fecisse se confitebatur dicebatque, habuisse se faciendi causam, quoniam idem illi maritus et filius alterum filium mulieris, ex viro

---

QZBXOΠNTY

Colon. a. 1526: audiui ipsi ‖ dicier, Ioui ipsi regi] *edd. Colon.:* dicier ioui regi *XOΠN* dicierio uir egi *Y* dici erio uir egi *T* dici eri ouir|egi *Q* dici eri oui*|regi (r) *q* dici erio uiregi regi *B praeced. 7 fere litt. lac.* oui regi *Z* ‖ 10 uoluit *Z* ‖ concedere hoc *ZB* ‖ (§ 3) 11 hec *Y* ‖ nolit] *h:* noluit *QZB* nolet *XOΠNT* nollet *Y* ‖ q̄reret *QB* ‖ in] *om. ZTY* ‖ *Varr. de serm. Lat.* (ling. Lat. *male Bip.*) *ad M. Marcellum lib.* II *fr. p.* 189 *Bip., fr.* 54 *p.* 180 *Wilm.* ‖ 12 mercellum *X* macellium *Z* ‖

VII. *Exstat in TY; adhibuit Amm. Marc.* XXIX 2, 19 (*cf. Herm.* 8, 279) *et Ioann. Sarisb. Policr.* IV 11 *p.* 254 *sq. G., Valerii Maximi testimonio et ipso ex G. repetito, quod a c λ CKempfio ed. Val. Max. p.* 45: 607 *perspectum est* ‖ (*lemm.*) 2 CN. *N cf.* § 1: GN. *BXO* GN̄. *Π* .GN. *Q* .G.N. *Z* ‖ dola bella *Q pr.* dolo*bella *X* dolobella *N* ‖ proconsularē mulierem *B* ‖ 3 areopagitas *QOΠNx* areo pagitas *X* ‖ areopagi (*litt.* tas reiecerit *macula in pag. extr. haustis*) *Z* ‖ (§ 1) 4 Adgn. *Q* ‖ Cn.] *Io. Sarisb.* CN. *N:* gn. *Z* .gn. *XB* gn̄. *Π* .GN̄. *T* .g.n. *Y* P. *Val. Max. l.* § 8 *l. cf. ibi Kempfii adn. quemque l. Drumannum coll. AHaakh in Paul. RE* II 688, 7, *PWehrmann fast. praet. p.* 46, *Guil. Wegehaupt P. Corn. Dolab.* (*M.-Gladbach* 1880) *p.* 3 *sq.* ‖ 5 mulier] *om. Z* ‖ Smyrnaea] *Iul. Par. cod. Vat. corr.* smyrnea *NTY:* smirnea *xo* semyrnea *Π* scmirnea *XO* Zmyrnaea *Val. Max.* (zmyrnea *Bern.*), *Par. V pr.* Smyrnensis *Sarisb.* smyrne *Q* si|nyrne *Z* ‖ Smyrnaea—mulier] *post* muller *om. B* ‖ (§ 2) Eadem] *f.* ea quidem *c* ‖ 6 uenis *X pr.* ‖ vita] *om. Q* una *HIMüller mus. phil.* 21, 430: *Büttner-Wobst, at e. Plaut. Trucul.* II 6. 37 *v.* 518 *Sch., quem spernere non debebat Müllerus, vir ceterum non minus cautus quam sagax* ‖ interficerat *Z* ‖ atque—dicebatque] *om. QZB* ‖ 7 se] *om. Π atque idem s. alterum* se *om. T; sup. lin. add. Y* ‖ 8 quom *N* ‖ qm̄ id' (isdem *Z*) atq; id fecisse se confitebatur. (. *om. ZB*) dicebatq; illi maritus (*lin.* 13) *vell. om. QZB* ‖ ille *XY* ‖

priore genitum, adulescentem optimum et innocentissimum, exceptum insidiis, occidissent. Idque ita esse factum, controversia non erat. Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat, quod et confessum veneficium, quo maritus et filius necati forent, non admittendum inpunitum videbatur et digna tamen poena in homines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Ariopagitas, ut ad indices graviores exercitatioresque, reiecit. Ariopagitae, cognita causa, accusatorem mulieris et ipsam, quae accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt. Sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit, neque nocens damnata poenitaque, quae digna venia fuit. Scripta haec historiast in libro Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium nono.

VIII.

Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignae.

P. Africanus superior et Tiberius Gracchus, Tiberii et C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine et honorum atque

---

QZBXOΠNTY

9 et innocentissimum] *add. o* ‖ 10 non erat] *om. TY* ‖ (§ 3) 11 rẽtulit *O* ‖ concilium *Sarisb.* ‖ (§ 4) 12 quod] quia *T* ‖ 13 *f.* amittendum *z* ‖ 14 inpunitum] *add. y* inpunitatum *O pr.* ‖ poena in] penã *Q* pena *q* ‖ *f.* poena homines—iuisset. *i* ‖ oẽs *X* ‖ sceleratas *O pr.* ‖ (§ 5) 15 dolebella *X* Dalabella *T* ‖ dolabelleam *B* dolabelleam *Z* ‖ athe-nas *X* atthenas *Q* ‖ ad Ariopagitas] *QY m. rec.*: ad areopagitas *ZBOΠN* adareo pagitas *x* adreo pagitas *X* adriopagi(y *T*)tas *TY* ‖ 16 exercioresq; *Z* ‖ (§ 6) ariopagite *Q*: areopagitae (te *B*) *ZBOΠN* adriopagitae *TY* ‖ areopagitae cognita *x* areo pagita ecognita *X* ‖ 17 acusatorem *ZTY* actores *Sarisb.* ‖ 18 cente-simo (n *s.* s) *X* centensimo *Y* ‖ abesse *v. l. ap. Sarisb.* ‖ (§ 7) 19 beneficium *QZBO pr. N* ‖ no*cens (s) *X* ‖ 20 penitaq; *Z* punitaque *QBTO rec.* ‖ quae digna] digna que *Q* ‖ (§ 8) historia st *O* hity *ZT*)storia est *QZBΠNTYx* historia*] (s) *X* ‖ 21 *Val. Max. mem.* VIII 1 *amb.* 2 ‖ memorabilium] *om. XII* ‖ 22 nono] = *Sarisb.*: *om. B* nouo *Y* noue *T teste i* octavo *e et* VIIII *ex* VIII *ortum putans Kempfius l. l. p.* 45 *prob. m* 670 ‖

VIII. *Exstat in TY; hausit G. hoc caput ut praecedens, fonte tamen non indicato, ex Val. Max.:* § 1—4 *ex Val.* IV 2, 3, § 5 *et* 6 *ex Val.* IV 2, 1 *cf. m* 670 ‖ (*lemm.*) 2 dignate *O pr.* digna *II* ‖ (§ 1) 3 P.] *om. Q; in mg. una cum numero capit. add. b col. caerul.; item, tamen ut a in* affricano *et ipsum a z add. vid., add. z* ‖ thibius *Q* tyberius *ZT et*

vitae dignitate inlustres viri, dissenserunt saepenumero de republica et ea sive qua alia re non amici fuerunt. Ea simultas cum diu mansisset et sollemni die epulum Iovi libaretur atque ob id sacrificium senatus in Capitolio epularetur, fors fuit, ut aput eandem mensam duo illi iunctim locarentur. Tum, quasi diis inmortalibus arbitris in convivio Iovis optimi maximi dexteras eorum conducentibus, repente amicissimi facti. Neque solum amicitia incepta, sed adfinitas simul instituta; nam P. Scipio, filiam virginem habens iam viro maturam, ibi tunc eodem in loco despondit eam Tiberio Graccho, quem probaverat elegeratque exploratissimo iudicii tempore, dum inimicus esset.

Aemilius quoque Lepidus et Fulvius Flaccus, nobili genere amplissimisque honoribus ac summo loco in civitate praediti, odio inter sese gravi et simultate diutina conflictati sunt. Postea populus eos simul censores facit. Atque illi, ubi voce praeconis renuntiati sunt, ibidem in campo statim, nondum dimissa contione, ultro uterque et pari voluntate coniuncti complexique sunt, exque eo die et in ipsa censura et postea iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt.

QZBXOΠNTY

sic complures codd. in sqq. ‖ 5 dignitatẽ *X* ‖ se(*s.* sae)pe numero *ZBOTY* ‖ 6 siuae *Y* ‖ quam *X in ras. ON* ‖ (§ 2) 7 diu mansisset] diuinasset (*sic*) *Z* diurnasset *g* ‖ mansissent *Q pr. X pr.* ‖ epulum] *om. Xg* epũlum *Π* ‖ Iovi] uini *T* ‖ 8 epularetur *Π* ‖ 9 mensem *X pr. O* ‖ iunctũ *Z* ‖ (§ 3) . Tum] cũ *Z* ‖ dies *X pr.* ‖ 10 opt|mi *Z* ‖ maxi *X* et maximi *x* ‖ dextæras *T* dexta *Z* ‖ 11 facta *X pr.* ‖ 12 ad finitas *ZX* ad finitos *x* ‖ insecuta *x* ‖ (§ 4) P.] *om. X* ‖ 13 iam iam ϛ (*Linc.*) iamiam λ ‖ in loco] *om. T* ‖ 14 elegerat q̃ *B* ‖ 15 esset] *Q:* est ‖ (§ 5) 16 lepidius *T* lepidus lepidus *B* ‖ Flaccus] = *Val. Max. l. l.:* Nobilior *Liv.* XL 45 *sqq. eundemque indicat et Cic. de prov. cons.* § 21 *praenomine* M. *et Fest. s. v.* religiones praecipuae *p.* 285^{b}, 3 *M. litt.* or *in loco lacero servatis, unde Valerii Maximi ratione non habita* Nobilior *Gellio etiam obtrusurus erat A. W. v. Geer de font. Plut. in vit. Gracchor.* (*Lugd. Bat.* 1878) *thes.* XVIII ‖ genere* (*s.* **) *X* ‖ 17 ac] *Q:* ad *ZB* et *rell.* ‖ proditio dio *Z* ‖ 18 se *T* ‖ confl***ati *X* ‖ (§ 6) 19 fecit *X pr.* ‖ facitaq; *Z* ‖ ubi voce] = *o:* ubiue *O* ‖ 20 constione *O pr.* constitione *Π* ‖ utro *ZB* ‖ ultra utraq; *Q pr.* ‖ 21 complexi sunt *f. recte cf. adn. praef.* § 18 *Π* ‖ ex que *o* ex quo *O* ‖ 22 in ipsa] = *x, sed poster. litt.* a *parte s. erasa s. deterea:* in ipso *X* ‖

IX.

Quae dicantur vocabula ancipitia; et quod honoris quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

1 Est plurifariam videre atque animadvertere in veteribus scriptis, pleraque vocabula, quae nunc in sermonibus vulgi unam certamque rem demonstrent, ita fuisse media et communia, ut significare et capere possent duas inter se res contrarias. Ex quibus quaedam satis nota sunt, ut 'tempestas', 'valitudo', 'facinus', 2 'dolus', 'gratia', 'industria'. Haec enim fere iam vulgatum est ancipitia esse et utroqueversus dici posse.

'Periculum' etiam et 'venenum' et 'contagium' non, uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum huius- 3 modi reperias. Sed 'honorem' quoque mediam vocem fuisse et ita appellatum, ut etiam 'malus honos' diceretur et significaret 4 iniuriam, id profecto rarissimum est. Quintus autem Metellus Numidicus in oratione, quam de triumpho suo dixit, his verbis usus est: Qua in re quanto universi me unum antistatis, tanto vobis quam mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit, Quirites, et quanto probi iniuriam facilius accipiunt quam alteri tradunt, tanto ille vobis quam mihi peiorem honorem habuit; nam me iniuriam ferre, vos facere vult, Quirites, ut hic conquestio, 5 istic vituperatio relinquatur. Honorem, inquit, peiorem

---

QZBXOΠN

IX: XVIIII *Z* ‖ (*lemm.*) 2 ancipita *X pr.* ‖ quid *Z* ‖ uocabū *X* ‖ 3 ancipi *Q pr.* ‖ fuerit] *in pag. extr. om. X* ‖ (§ 1) 5 nun *Z* ‖ 6 communia] *Iunt. cf.* XV 13 *lemm.; Th. Vogel de A. G. sermone* I *p.* 20; *ann. phil.* 111, 568; *HHagen in Bursian. nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1413: incommunia *QBXOΠN cf. hr^a* 16 *sq.* in communi *e* (*gμ*) *cf. adn. sq.* ‖ in cõmmuni aut *verbis male dispestis Z* ‖ 7 dias *O pr.* ‖ 8 "nota sunt "satis *Π* ‖ ualetudo *XON* ‖ (§ 2) 9 ulgatum *O* ‖ 10 accipitia *O* accipia *X pr.* ‖ et—esse] *post* esse *omissa in mg. add. o* ‖ utroq; uersus *N* ‖ 12 tandem ϰ ‖ ciusmodi *ZBN* ‖ 13 repperias *ZXO pr. N* *repperias *Q* repperies *Πq* ‖ (§ 3) honore *Z* hoꝛ *Π pr.* ‖ mediam uoce *Zb* mediam in uoce *Q* mediam *B* ‖ 14 significatet *Q pr.* ‖ 15 est] *om. Q* ‖ (§ 4) .q. *N* ‖ 16 hiis *Z* ‖ 17 usus 7 qua *B* ‖ *Q. Caecilii Metelli Numidici or. de triumpho fr. p.* 275 *HM.*[2] ‖ re in *X* ‖ antistat *ZB* antistant *X* ‖ 18 tanto] in *X* ‖ nobis *Z* ‖ 19 facitis *Π* ‖ quirite s; *Z* ‖ ed *B* ‖ 22 ut] ul *QZB* ‖ conquestio *O* ‖ 23 isti*] (e ?) *X* illic *B* ‖ uituperatier *B* ‖

vobis habuit quam mihi; cuius verbi sententia est, quam ipse quoque supra dicit: 'maiore vos adfecit iniuria et contumelia quam me'.

Praeter huius autem verbi notionem adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Quinti Metelli existimavi, ut definiremus, Socratis esse decretum: 'κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι'.

X.

Quod 'aeditumus' verbum Latinum sit.

'Aeditimus' verbum Latinum est et vetus, ea forma dictum, qua 'finitimus' et 'legitimus'. Sed pro eo a plerisque nunc 'aedituus' dicitur nova et commenticia usurpatione, quasi a tuendis aedibus appellatus. Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse *** propter agrestes quosdam et indomitos certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non comprimuntur.

M. Varro in libro secundo ad Marcellum de Latino sermone 'aeditumum' dici oportere censet magis quam 'aedituum', quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine

---

*QZB*ᵉ*XOΠN*

(§ 5) 24 quam mihi] κ: quam gratiam mihi ‖ sentucia *Q* ‖ (§ 6) 27 notitionem *X* ‖ 28 ex] ex hac *Z* ‖ definiremus] ϛc: desineremus *QZBXOΠN*ϛ ‖ 29 Socratis] *Socr. ap. Plat. Gorg. p.* 508 *B* καὶ ἃ Ἤδλον αἰσχύνῃ ὅου συγχωρεῖν, ἀληθῆ ἄρα ἦν, τὸ εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅσῳπερ αἴσχιον, τοσούτῳ κάκιον *cf. p.* 469 *A* οὐ νόμῳ ἄρα μόνον ἐστὶν αἴσχιον τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, οὐδὲ δίκαιον τὸ ἴσον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φύσει ‖ ΚΑΚΟΙΟΝ *B* ‖ ΕΙΝΜ *Z* ΕΙ *O* ‖ ΑΔΙΓΚΕΙΝ *X* ΑΙΚΕΙΝ *ZB* ‖ ἀδικεῖν—ἀδικεῖσθαι] ΑΔΙΚΕΙCΘΑΙ *O pr.* ‖ Ε *ZBXΠ* ‖ ΑΔΙΚΕΙCΤΑΙ *Π* ‖

X. (*lemm.*) 2 edituni' *Z* ‖ (§ 1) 3 Aeditumus *Π* ‖ (§ 2) 4 Sed] *om. Q* (*i h*ᵉ) ‖ 5 editus *Z* editiuus *O pr.* ‖ dicitur] ea **** *Q del. i* ‖ commentitia *XN* ‖ quesi *O pr.* ‖ ad tuendis *Z* adtuendis *B* ‖ 6 appellaī *x* appellat** (is *ut vid.*) *X* ‖ appellatus satis *ZB* ‖ (§ 3) *in voc.* potuit *expl. B, in* admonēndi *inc. B*ᵘ ‖ *lac. post* dixisse *indic. h*ᵉ, *talibus fere verbis:* sed melius erit aliquot exempla addidisse *explendam* ‖ 7 propter] = ϛ: praeter *X*ϰ*EC*ϡ*Otho* ‖ 8 non] *om. Z* ‖ (§ 4) 9 *Varr. de serm. Lat.* (*cf. c.* 6. 3 *adn.*) *ad M. Marcellum lib.* II *fr. p.* 189 *sq. Bip., fr.* 54 (ᵃ) *p.* 179 *sq. Wilm.* ‖ marcelliū *Z* ‖ 10 edit*tumū (. i) *q* editimum *ut vid. in litura Q* editūmū *Z* ‖ optere *Q* ‖ *ditu*um *X pr.* ‖

5 incorruptum. Laevius quoque, ut opinor, in Protesilaodamia
'claustritumum' dixit, qui claustris ianuae praecesset, eadem scilicet
6 figura, qua 'aeditumum' dici videbat, qui aedibus praeest. In
IV in Verrem M. Tullii in exemplaribus fidelissimis ita inveni
scriptum: Aeditumi custodesque mature sentiunt, in libris
7 autem hoc vulgariis aeditui scriptum est. Pomponi fabula
atellania est, quae ita scripta est: Aeditumus. In qua hic
versus est:

Qui postquam tibi appareo atque aeditumor in templó tuo.

8 Titus autem Lucretius in carmine suo pro 'aedituis' aedituentes appellat.

XI.

Errare istos, qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla sit; et super ea re Peregrini philosophi sermo et Sophocli poetae sententia.

1 Philosophum nomine Peregrinum, cui postea cognomentum Proteus factum est, virum gravem atque constantem, vidimus,

---

QZB$^{\omega}$*XOΠNTY*

12 incorrupt*um *X* ‖ (§ 5) Laevius] *ON*$^{\kappa}$ (*cf. FOsann anal. crit. p.* 54; *FG Welcker griech. Trag. p.* 1368; 1372): leuius *QZB*$^{\omega}$*XΠ* liuius *x* ‖ *Laev. fr.* XII *Weich. PLR p.* 78 *cf. p.* 76 *sqq.*; *fr.* 21 *LM. ed. Catull. p.* 82 ‖ protesilaodamia *B*$^{\omega}$ prote silaodamia *X pr.* prothesilao damia *Π* Protesilaudamia *ubique restitui iubet HUsener ann. phil.* 91, 227 *sqq., huius loci, cuius vv. ll. ei non praesto erant, non immemor p.* 228 ‖ 13 claustri tumum *O* ‖ quid *O pr.* quod *Π* ‖ clautris *B*$^{\omega}$ ‖ eademq; figura *Z* ‖ scilicet et figura *O pr. Π* ‖ 14 quaeditumũ *O* ‖ *ęditumum (a˜) *X* ‖ (§ 6) In quarta in (*aut* IIII in) *Th. Vogel ann. phil.* 111, 573: in ‖ 15 *post* exemplaribus *sex fere litt. eras. in X* ‖ *Cic. in Verr.* II IV § 96 ‖ 16 ae(*s. e*)ditui *codd. Cic. superstites omnes* ‖ custodes qui *X* cu|ſit desq; *B*$^{\omega}$ custodes *in ras. z* ‖ maturę *OΠ* ‖ 17 uulgarus *Q* uulgariŭs *q* ‖ (§ 7) pomponii *QZΠN* pompinii *B*$^{\omega}$ ‖ 18 atelliana *Π* ‖ quae—est] *post* est *om. Q* ‖ inscripta *se vg.* ‖ *Pompon. Aedit. fr. p.* 225 *Ribb.*^{2} ‖ 20 tibi] ubi *Non. s. v.* aedituor *p.* 75, 15 *M.* ‖ postquam appareo tibi *Bathius* tibi postquam appareo *Munkius* ‖ aedituor *Nonius* ‖ 21 tuo] *om. Nonius* ‖ (§ 8) 22 *Lucr.* VI 1275 *L. M.* (1273 *B.*) ‖ *aedituis (h) *X* ‖ *post* appellat *Lucretii versus* 1273 *med.* — 1275 *L.* (onerataque passim — aedituentes) *add. c, om. z* ‖

XI. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 3 et] ex *x in ras.* ‖ sofocli *QZB*$^{\omega}$*O* sofoclis *x in ras.* sophocle *Π* ‖ 4 poet e *X pr.* ‖ (§ 1) 6 protheus *ΠTYo* ‖ factus *Π* ‖ contantem *ZB*$^{\omega}$ ‖

cum Athenis essemus, deversantem in quodam tugurio extra urbem. Cumque ad eum frequenter ventitaremus, multa hercle dicere eum utiliter et honeste audivimus. In quibus id fuit, quod praecipuum auditum meminimus.

Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiamsi peccasse eum dii atque homines ignoraturi forent. Non enim poenae aut infamiae metu non esse peccandum censebat, sed iusti honestique studio et officio. Si qui tamen non essent tali vel ingenio vel disciplina praediti, uti se vi sua ac sua sponte facile a peccando tenerent, eos omnis tunc peccare proclivius existimabat, cum latere posse id peccatum putarent inpunitatemque ex ea latebra sperarent; 'at si sciant', inquit, 'homines, nihil omnium rerum diutius posse celari, repressius pudentiusque peccabitur'. Propterea versus istos Sophocli, prudentissimi poetarum, in ore esse habendos dicebat:

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ἅπανθ' ὁρῶν
Καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

QZB^{u} *XOΠNTY*

7 attenis *Q* atthenis *q* ‖ diuersantem *X* ‖ tigurio *Z* ‖ 8 ercle *X* ‖ dicereū *O* ‖ 9 honesta *QZB*^{u} ‖ audiuimus. quibus *TY* ‖ precipuum *t* principuum *T* ‖ 10 auditu *f. recte To* ‖ (§ 2) 11 etiamsi — censebat] *post* dicebat *om. Π* ‖ 12 ignaraturi *TO* ignoturi *Q* ‖ forent] = *z*; *orent *Z* orent *Q* eent *q* ‖ (§ 3) 13 poene *Q* pene *ZB*^{u} penę *Y* pęnę *T* pooenae *X* ‖ aut] atq; *B*^{u} ‖ censebat] *om. X* ‖ 14 officiosi (. *XΠT*) qui *XOΠTY* offitiosi qui *Z* ‖ (§ 4) 15 *prius* vel] *om. X* ‖ ut *N* ‖ *alterum* sua] *om. XOΠNTY* ‖ 16 eas *Z* ‖ oms *QTY* ‖ peliuis *Z* ‖ 17 existimabant] *Z* ‖ id—posse] *lin.* 19 *post* posse *om. O, in mg. add. o* ‖ putarent] peccarent *Q* ‖ impunitāq; *Z* ‖ (§ 5) 18 at] ς: ac ‖ si] = *add. x* ‖ 19 caelari *ΠN* celerari *Q pr.* celeri *O pr.* ‖ repressius] = ς: ‚se pressius *N* ‖ pd̄enti'q; *B*^{u} ‖ (§ 6) 20 ** uersus (ad) *X* ‖ *nonne* pudentissimi ? ‖ potarum *X* ‖ 21 in dicebat *expl. TY* ‖ *Soph. Hipponoi fr.* 280 *p.* 155 *Nck. cf. Clem. Alex. ςρωμ.* VI *p.* 742 *Pott.; Stob. ecl. phys.* I 8. 17 ‖ 22 Gr *Q* Prostayta criptemedenos apantoron|kaipantakoyonpantanaptysseicronos *Π* ‖ ΤΑΥΤΑΚΡΥΠ ΤΕΜΗ ΔΕΝωCΑ|ΠΑΝΤ.ΟΡΟ(ω α)Ν *X* ‖ ΚΑΡΥΠΤΕ *Z* κρύπτεται *v. l. Stob. August. et Harl.* ‖ ΜΗ.ΔΕΝ *Z* ΜΗΔΕ|Ν *B*^{u} ‖ ἅπανθ'] *v. l. ap. Stob.* ΑΠΑΝΤ(. *N*)*ZB*^{u}*ON:* ὁ πάνθ' *Clem., Stobaei Vat. Aug. Escor.* ‖ 23 ΠΑΝΤΑ *XON:* ΑΝΤΑ *ZB*^{u} ‖ ΠΑΝΤΑΝΑΠΤΥCCΕΙ *ZB*^{u}*ON:* ΠΑΝΤΑΧΑΠΤΙCCΕΙ *X* ‖ ἀναπτύσσει *Stobaei Harl.* ‖

7 Alius quidam veterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit.

XII.

Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a se crimen manifesti mendacii.

1 Haec quoque disciplina rhetorica est, callide et cum astu res criminosas citra periculum confiteri, ut si obiectum sit turpe aliquid, quod negari non queat, responsione ioculari eludas et rem facias risu magis dignam quam crimine. Sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cum id, quod infitiari non poterat, urbano 2 facetoque dicto diluit. Nam cum emere vellet in Palatio domum et pecuniam in praesens non haberet, a P. Sulla, qui tum reus 3 erat, mutua sestertium viciens tacita accepit. Ea res tamen, priusquam emeret, prodita est et in vulgus exivit, obiectumque ei est, 4 quod pecuniam domus emendae causa a reo accepisset. Tum Cicero, inopinata obprobratione permotus, accepisse se negavit ac domum quoque se empturum negavit atque 'adeo', inquit, verum sit, accepisse me pecuniam, si domum emero'. Sed cum postea emisset et hoc mendacium in senatu ei ab inimicis obiceretur, risit satis atque inter ridendum: 'ἀχαινονόητοι', inquit,

---

QZB^{u}XOΠN

(§ 7) 24 XII *in mg. X* ‖ Alius** (*s.* *** = q* *s.* q**) *X* ‖ quidem *O* ‖ nunc] *om. Z* ‖

XII: *num. nota h. l. caret X cf. c.* 11, 7. *Adhibuit* § 2 *sqq. Ioann. Sarisb. Policrat.* V 15 *p.* 323 *G.* ‖ (*lemm.*) 2 Faceta *x* Face**ta (r*) *X* ‖ ciceronis m. *Π pr.* ‖ a se] *om. B^{u}* ‖ trim̃ *X pr.* ‖ mendatii *QΠ* ‖ (§ 1) 3 est] *om. X* ‖ hastu *O* ‖ astu res] = *x:* aestuares *X* ‖ 4 criminossas *X pr.* ‖ si] = *z:* sibi *Z* ‖ 5 nqat *B^{u}* nequeat *Z* ‖ iocularie ludas *B^{u}* ‖ 6 risum *Z* ‖ crimſe ne *Z* ‖ 7 uerbano *X pr.* ‖ 8 que] *om. B^{u}* ‖ dictu *Π pr.* ‖ (§ 2) 9 inpresens *Z* ‖ a. p. *B^{u}* .a.p. *Z* ‖ tunc *Z Sar.* ‖ 10 mutuo *Π Sar.* ‖ mutuaſses|terciũ *B^{u}* ‖ ses terciũ *Q* ‖ uicies *XΠNo Sar.* ſni**|ens *Z* ſniti|ens *z* ‖ tacita] = *ICuiacius ad D.* II 14. 47, 1 *opp.* I 823 *ed. Ven.* 1758 *cf. opp. post.* (*Lut. Par.* 1758) IV 1, 1139: tacitae *q* tacite *se Sar.* ‖ (§ 3) 11 emeretur *Sar.* ‖ in] *om. X* ‖ 12 causam *Z* ‖ (§ 4) 13 cycero *Π* ‖ ob(p *OΠ*)probatione *ZOΠ* exprobratione *Sar.* ‖ 14 ac—negavit] *post* negavit *om. X, in mg. add. x* ‖ se] *om. B^{u}* ‖ 15 conpostea *X* ‖ 16 mendatium *ZXΠN* ‖ ab inimicis] = *Sar.:* abamicis *QZB^{u}* ‖ 17 ἀχαινονόητοι] = *CFHermann vind. Iuven. Gott.* 1854 *p.* 13 *sq.: adn. ad Inv.* VII 218 *in*

'homines estis, cum ignoratis, prudentis et cauti patrisfamilias esse, quod emere velit, empturum sese negare propter competitores emptionis'.

XIII.

'Intra Kalendas' cum dicitur, quid significet, utrum 'ante Kalendas' an 'Kalendis' an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli 'intra oceanum' et 'intra montem Taurum' et in quadam epistula 'intra modum'.

Cum Romae a consulibus iudex extra ordinem datus pronuntiare 'intra Kalendas' iussus essem, Sulpicium Apollinarem, doctum hominem, percontatus sum, an his verbis: 'intra Kalendas' ipsae quoque Kalendae tenerentur, dixique ei, me iudicem videlicet datum Kalendasque mihi prodictas, ut intra eum 1

QZB^{u}XOΠN;

praef. ed. p. XXVII: ΑΚΟΙΝΟΝ|ΗΤΟΙ *Π* ἀκοινονητοι σε ἀκοινώνη(s. t)τοι σε ἀνοικονόμητος: *HStephanus spec. em. p.* 166 *sq. cf. Bentleius ad Hor. serm.* I 3, 65; *mus. phil.* 35, 634 Gr *Q* (imprudentes *Sar.*) ‖ 19 se empturum esse *Sar.* ‖ se *Π* ‖ cōpetītiores *B^{u}* cōpetitiones *Z* ‖ 20 emptiones *B^{u} pr.* ‖

Icipit lib

XIII: XIII. capitulum. XIII. *B^{u}* XVIII. *Z*; *inde a* Nam (*cf. adn.*) tres § 7 *lin.* 32 — in feriis § 10 *extr. exstat in TY; adhibuit Non. s. v.* intra *p.* 530, 12 *M. cf. ann. phil.* 85, 779; 797 ‖ (*lemm.*) 2 calendas *ZB^{u} et sic passim libri per hoc caput cf. adn. lin.* 7 ‖ qui *X pr.* ‖ ante] an *X* ‖ an] **** an *Q* ‖ 3 anūtrum (que *om.*) *X* ‖ orationem tulli *QZ* ‖ tullii *B^{u}XOΠN* ‖ 4 intra]-*om. Z* ntra (i *post* i *om.*) *Q pr.* ‖ occeanum *ZΠ* ‖ taurum montem *Π* ‖ et] *om. Q* ‖ in] *om. B^{u}* ‖ (§ 1) 6 roma** (*s.* ***) *X pr.* ‖ 7 Kal. *Π* kal. *ZB^{u}O* Kal *X et aut sic aut* kl̄ *in loco maculoso q* cal *Q* .KL. *N ac similiter et* Klę *et* Klas *et* Klis *et* Klrum (*Π lin.* 117) *et* Kalē (*O lin.* 44 ante Kalē) *et* Kaĺas (*Π lin.* 114) *et* Kalis (*Π lin.* 52) *codd. passim per hoc caput cf. adn. lin.* 2 ‖ esset *X* ‖ suppliciū appollinarē *Z* apollinarem sulpicium *Π* ‖ 8 pconctatus *Q* percunctatus *Π* perconat' *ZB^{u}* ‖ sum an in] = *b^{u}*; sumam *B^{u}* ‖ sūmam *Z* ‖ hiis *Zb^{u}* ‖ ueb *B^{u} pr.* ‖ inī *Z* ‖ 9 dixq; *B^{u}* dixitq; *X* ‖ ei, me iudicem uidelicet datum] iudicē *ante* uidelicet *in archet. excidisse ratus h.*: ei me uidelicet datum *ZB^{u}XOΠN* ei uidelicet datum *Q* eī me uidelicet datum iudicem *n in mg.* ς ei, iudicem me datum *Wesenbergius ap.* μ ei videlicet, datum me *Th. Vogel ann. phil.* 111, 574 ‖ 10 kal (. *ΠN*) quae *O pr. ΠN* ‖ prodictas] = κ; *HStephanus spec. em. p.* 119 *sq.*; 134; *VAcidalius et Muretus ad Tac. ann.* II 79: predictas *q* productas *e* ‖

2 diem pronuntiarem. 'Cur', inquit, 'hoc me potius rogas quam ex istis aliquem peritis studiosisque iuris, quos adhibere in consilium
3 iudicaturi soletis?' Tum illi ego ita respondi: 'Si aut de vetere', inquam, 'iure aut recepto aut controverso et ambiguo aut novo et constituto discendum esset, issem plane sciscitatum ad istos, quos
4 dicis; sed cum verborum Latinorum sententia, usus, ratio exploranda sit, scaevus profecto et caecus animi forem, si, cum
5 haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad te'. Audi igitur', inquit, 'de ratione verbi quid existimem, sed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego de proprietate vocis disseruero, sed quod in ea re omnium pluriumve consensu observari cognoveris; non enim verborum tantum communium verae atque propriae significationes longiore usu mutantur, sed legum quoque ipsarum iussa consensu tacito oblitterantur'.

6 Tum deinde disseruit, me et plerisque aliis audientibus, in hunc ferme modum: 'Cum dies', inquit, 'ita praefinita est, ut iudex 'intra Kalendas' pronuntiet, occupavit iam haec omnes opinio, non esse dubium, quin ante Kalendas iure pronuntietur, et id tantum ambigi video, quod tu quaeris, an Kalendis quoque iure
7 pronuntietur. Ipsum autem verbum sic procul dubio natum est atque ita sese habet, ut, cum dicitur 'intra Kalendas', non alius accipi dies debeat quam solae Kalendae. Nam tres istae voces 'intra, citra, ultra', quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus
8 aput veteres syllabis appellabantur 'in, cis, uls'. Haec deinde

---

QZB^{u}*XOΠNTY*

(§ 2) 12 est udiosisq. *X* ẹst-udiosisq. *x* ‖ adbibere *Q pr.* ‖ 13 ita ego *X* ego *Z* ‖ (§ 3) aut̃ *X pr.* ‖ deuertere *X* ‖ 14 ambuo *Q* ‖ 15 dicendum *Z* ‖ esset se in planū *Z* essetis se in planie *B*^{u} esset isse in plane *b*^{u} ‖ (§ 4) 16 explorñ** *B*^{u} *pr.* ‖ 17 ce|cus (*in mg.* ci) *B*^{u} cetus *Z* ‖ (§ 5) 19 existimen (. *N*) *QN* ‖ se|deo *O pr.* ‖ 20 parto *X* ‖ id] *om. N* ‖ ppriaetate *X* ‖ vocis] *om. XOΠN* ‖ 21 pluriumne *Q* ‖ 22 comunium *Z* ‖ 23 significatione *X* significationis *B*^{u} *pr.* ‖ usum utanť *Z* ‖ uitantur *Q* vitiantur *c* ‖ 24 oblitterrantur *X* ‖ (§ 6) 25 de inde *X* ‖ 27 pronunciat *ZB*^{u} ‖ omis *O* ‖ 28 pronuntiatur *O pr.* pronuncia**|ętur *X* ‖ (§ 7) 30 sic] si *Z* ‖ 32 incipi *ZB*^{u} ‖ *A voc.* Nam (= *y litt.* N *in mg. appicta* Iam *Y*) *inc. TY* ‖ 34 ueteeres *X* ‖ appellantur *T* ‖ in cis uls] *litt. maiusc. exhibent libri fere omnes, hoc. rel. om. X:* IN.S. CI.S. UL.S. *x* ‖ VIS. *Z* V** (*s.* ***) *Q* Vl *in ras. q* ‖ (§ 8) hec *Z* ‖

particulae quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba, et quod dicebatur ‘cis Tiberim’ et ‘uls Tiberim’ dici coeptum est ‘citra Tiberim’ et ‘ultra Tiberim’; item quod erat ‘in’, accedente eadem syllaba, ‘intra’ factum est. Sunt ergo haec omnia quasi contermina innctis 9
inter se finibus cohaerentia: ‘intra oppidum’, ‘ultra oppidum’, ‘citra oppidum’, ex quibus ‘intra’, sicuti dixi, ‘in’ significat: nam 10
qui dicit ‘intra oppidum’, ‘intra cubiculum’, ‘intra ferias’, non dicit aliud quam ‘in oppido’, ‘in cubiculo’, ‘in feriis’.

‘Intra Kalendas’ igitur non ‘ante Kalendas’ est, sed ‘in 11
Kalendis’, id est eo ipso die, quo Kalendae sunt. Itaque secun- 12
dum verbi ipsius rationem qui iussus est ‘intra Kalendas’ pronuntiare, nisi Kalendis pronuntiet, contra iussum vocis facit: nam, 13
si ante id fiat, non ‘intra’ pronuntiat, sed ‘citra’. Nescio quo 14
autem pacto recepta vulgo interpretatio est absurdissima, ut ‘intra Kalendas’ significare videatur etiam ‘citra Kalendas’ vel ‘ante Kalendas’, nihil enim ferme interest. Atque insuper dubitatur, an 15
Kalendis quoque pronuntiari possit, quando neque ultra neque citra, set, quod inter haec medium est, ‘intra Kalendas’ pronuntiandum sit.

QZB^{u} *XOΠNTY*

35 quom *N* ‖ 37 *sq.* tyberim *quater ZT* ‖ et uls Tiberim] *om. X* et ul. tiberim *B*^{u} et ultyberim *Z* et ultra tiberim *Q* ‖ et ultra Tiberim] *om. X* ‖ 38 que *T* (*ex Q affert i*) *i* ‖ in accidente *T* ‖ accidente *Z* ‖ 39 fractum *Z* ‖ fẽm ÷ fractum est *B*^{u} ‖ (§ 9) 40 se] de *Q* ‖ finibus] sillabis *T pr.* ‖ opidum *ubique h. l. Q pr. passimque alii* ‖ 41 ex quibus—oppidum] *post* oppidum *om. T* ‖ (§ 10) 42 ***** intra cubiculum (ex***) *Q* ‖ cubilum *Π* ‖ (§ 11) 44 igitur] i g *B*^{u} ‖ est] *om. XOΠ* ‖ 45 id est **** (id est) *X* ‖ (§ 12) 46 iusus *X pr.* uisus *O pr.* ‖ pronunciari *ut vid. Q pr.* ‖ 47 nis* *X pr.* ‖ (§ 13) 48 pronunciet *X* ‖ cura *X pr.* ‖ (§ 14) nesci *B*^{u} *pr.* ‖ autem quo *Π* ‖ 49 pecto *X pr.* ‖ uulga *X pr.* ‖ 50 uideaṇt *Q* uideaṯur *B*^{u} ‖ 51 nihil] nisi *Z* ‖ (§ 15) adque *O pr. Π pr.* ‖ an Kalendis] *s.* an kl̃is *QZB*^{u}*o, quod afferendum erat h*^{re} 63, 179 .an. Kalendis *N:* ante Kalendis (Kalis *Π*) *XOΠ* an ante Kalendas *x vg.* (*h*^{e} *merito castigatus a* μ) anne Kalendis μ ‖ 52 quando] quum μ, *at v. h*^{re} 63 ‖ citra] *om. X pr.* ‖ 53 est] *om. Q* ‖ kalende *Z* kelende *B*^{u} ‖ *post* Kalendas *add.* si kalendis (kal. *Z*) *QZB*^{u} id est Kal (Kal *X* Kl̃ *O*) *XOΠ* = id est kalendis *s.* calendis *edd.* idesto. Kal. *N* scilicet Kalendis *h*^{e}; *del. h* ‖ sit] est *Π pr.* ‖

16 Sed nimirum consuetudo vicit, quae cum omnium domina rerum, tum maxime verborum est.'

17 Ea omnia cum Apollinaris scite perquam atque enucleate disputavisset, tum ego haec dixi: 'Cordi', inquam, 'mihi fuit, priusquam ad te irem, quaerere explorareque, quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint, atque ita invenimus Tullium in tertia in Verrem scripsisse istoc modo: Locus intra oceanum iam nullus est, neque tam longincus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.

18 Intra oceanum dicit contra rationem tuam; non enim vult, opinor, dicere, 'in oceano': terras enim demonstrat omnis, quae oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus adiri potest, quae sunt 'citra oceanum', non 'in oceano'; neque enim videri potest insulas significare nescio quas, quae penitus esse intra aequora ipsa oceani dicuntur'.

19 Tunc Sulpicius Apollinaris renidens: 'non me hercule inargute', inquit, 'nec incallide opposuisti hoc Tullianum: sed Cicero intra oceanum, non, ut tu interpretare, 'citra oceanum'

20 dixit. Quid enim potest dici 'citra oceanum' esse, cum undique

---

QZB^{a}XOΠN

(§ 16) 54 nimium *Π* | (§ 17) 56 Ea] & *X* | appollinaris *Z* apolinaris *Q pr.* | scitepe quam *ZB^{a}* | enucleatī *x* enucleatiter* (t) *X* | 57 haec] *om. X* | 58 a te *q* | explorare. quęnam modo *X* | quonam] conam *O pr.* q̃m (*i. e.* quoniam) *Z* | 59 ita] *om. Q* | 60 inteia *Q* inter eia *X* | scripsis *Z* | isto *Q* (. *N*) est (ē *OΠ*) aut *OΠN* est autem *X* | *distinguendi notam om. OΠN* | *Cic. in Verr. or.* II III § 207 | 61 locus. *N* lacus *X* | occeanū *ZB^{a} et sic passim libri per sqq.* | tam longincus neque] *post* neque *om. Cic. Lagom.* 42 | longinquus *ZXΠN = libri Cic. ex vil. editorum* | 62 reconditus] = *x:* recondicit *tum* quo non—dicit *lin.* 64 *om. X* | 63 persuaserit *Z* | (§ 18) 65 oceano *X* | demostrat *Q* | oms *Q* = oēs *B^{a} pr.* | 66 quae—potest] *post* potest *om. Q* | 68 quasq; penitus *O pr.* | ii *Q* | *equora (ę) *X* equorea *Z* | (§ 19) 70 Tum *Π* | sulpitius *Z* suspici' *Q* | appollinaris *Z* | rinidens *Π* | meercule *x* mercule *QZN* m hercle *B^{a}* in hereule *O* | 71 n *B^{a}* | callide *QZB^{a}* | 72 non nitu *ZB^{a}* | interpretaret *X pr.* | (§ 20—73 pot dic *Q* | citra] *om. Q* citro *O* | esse] *om. Q*

oceanus circumscribat omnis terras et ambiat? Nam 'citra' quod est, id extra est; qui autem potest 'intra' esse dici, quod extra est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus foret, tum quae terra ad eam partem foret, 'citra oceanum' esse dici posset vel 'ante oceanum'; cum vero omnis terras omnifariam et undiqueversum circumfluat, nihil citra eum est, sed, undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio eius sunt omnia, quae intra oras eius inclusa sunt, sicuti hercle sol non citra caelum vertitur, sed in caelo et intra caelum'.

Haec tunc Apollinaris scite acuteque dicere visus est. Sed 21
postea in libro M. Tullii epistularum ad Servium Sulpicium sic dictum esse invenimus intra modum, ut 'intra Kalendas' dicunt, qui dicere 'citra Kalendas' volunt. Verba haec 22
Ciceronis sunt, quae adposui: Sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur, me hanc rem publicam non putare, si perpetuo tacerem, modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius voluntati et meis studiis serviam. Modice dixerat hoc faciam, 23
id est cum modo aequo et pari; deinde, quasi hoc displiceret 24

QZB^{a}XOΠN

74 oceanum circum scribat *X* ‖ 75 id extra] ḍextra *X* in dextra *O pr. Π* ‖ id÷ extra÷ *Z* ‖ intesse *Z* ‖ 76 si] *sup. lin. o* ‖ or orb *B*^{a} ‖ oceanus*** *X* ‖ tum quae—foret] = *i in adn. Z (Lugd. mai.) et X (min.) permut.: om. ZΠN & O* ‖ 78 undiq; uersum *Z* undiq; uersu *Q* undiq;—uersus *q* ‖ 79 circunfluat *N* ‖ contra *Q pr. OΠ* ‖ eum] *lac.* 5 *fere litt. rel. om. Z* ‖ 80 conuallitis *X pr.* circumvallatis μ (603 *cf.* 589) ‖ **sunt (in) *O* ‖ 81 horas *ZB* ‖ inclausa *X pr.* ‖ ercle *X* ‖ vertitur—caelum] *post* caelum *om. X:* uertitur. sed in celo et in celum *x in mg.* ‖ intra *Q* intra (, *add. z*) *Z* ‖ (§ 21) 83 Seppostea *X* ‖ 84 aepistolarum *O* ‖ seruiñ *Z* ‖ 85 sicut *XΠ* sic ut *O* sic** *x* (*iterum ad Z refert i, quae ad X spectant*) ‖ sicut dictum est, esse *i cf. adn. sq.* ‖ ẽ ēē *Q* ‖ ut intra] intra *O pr. Π* .Intra *Q* ī *B* ‖ (§ 22) *Cic. cpp.* IV 4, 4 ‖ 87 quom *N* ‖ effugi] *sup. lin. add. b*^{a} ‖ 88 offensionem] *ed. Paris. a.* 1536, *Cicero:* occasionem ‖ 89 rem publicam] *Cicero* = Remp. *ed. Paris. a.* 1536: rem im(*s.* ī)perite *ZB*^{a}*XOΠN* rem imptire *Q* ‖ si] *om. Π* ‖ perpetuo non *Z* ‖ modice—intra] *ante* modum *om. X. in mg. add. x* ‖ 90 aut *B*^{a} ‖ 91 ineis *Z* ‖ (§ 23) dixerat. hoc id *N* ‖ hoc faciam] *om. O* ‖ faciam] *c: om. (cf. adn. duas prace.)* ‖ 92 ac quo *X* ‖ **ri *X pr.* ‖ (§ 24) *litt.* dis *in* displiceret *sup. lin. add. x* ‖

et corrigere id vellet, addit: aut etiam intra modum, per quod ostendit, minus sese id facturum esse, quam quod fieri modice videretur, id est non ad ipsum modum, sed retro paululum et citra modum.

25 In oratione etiam, quam pro P. Sestio scripsit, intra montem Taurum sic dicit, ut non significet 'in monte Tauro', 26 sed 'usque ad montem cum ipso monte'. Verba sunt haec ipsius M. Tullii ex ea, qua dixi, oratione: Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt; Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is 27 in ea regnaret, condonarunt. Intra montem, inquit, Taurum regnare iusserunt, quod non proinde est, ut 'intra cubiculum' dicimus, nisi videri potest id esse intra montem, quod est intra regiones, quae Tauri montis obiectu separantur. 28 Nam sicuti qui 'intra cubiculum' est, is non in cubiculi parietibus, sed intra parietes est, quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt, ita, qui regnat intra montem Taurum, non solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam regionibus, quae Tauro monte clauduntur.

29 Num igitur secundum istam verborum M. Tullii similitudinem, qui iubetur 'intra Kalendas' pronuntiare, is et ante Kalen-

---

QZB^{a}XOΠN

93 et corrigere] = *q: 7 corriget 7 corrige Q* ‖ additauit etiam *Π* ‖ 94 sese] *e: sepe QZB^{a}XΠ sepe ON* ‖ quod] *om. B^{a}* ‖ (§ 25) 97 quē *X pr.* ‖ p*festio (p) *X* pfessio *B^{a}* processto *q* pcessio *Q* possessio *Z* ‖ 98 non] *om. B^{a}* ‖ (§ 26) 99 sint *X pr.* ‖ 100 qua] = ꝙ: quā *Q* que (*non* qua) *Z* quae *O* ‖ *Cic. pro P. Sest. or.* § 58 ‖ Antiochum Magnum] = *lemm. schol. Cic. Bob.* ‖ Magnum illum] = *Cic. Par.* 7794: illum Magnum *v. l. ap. Cic.* ‖ 101 illo *QZB^{a}* illa *b^{a}* ‖ terram *Z* ‖ 103 asia quā *Q* asia q; *q* ‖ adtalo *B^{a}* od talo *Q* ‖ athalantis in ea *Z* ‖ 104 regnaret in ea condonauerunt *libri Cic.* ‖ (§ 27) monntem *X pr.* ‖ 105 °pinde (*sic*) *O* ‖ uti *Π* ‖ 107 sepantur *Q* supantur *Π* ˇspantur *X* ‖ (§ 28) 108 estis *Z* est (is *om.*) *B^{a}* ‖ cubiculis *Q* ‖ 109 parietes *X* pa[parietes *B^{a}* ‖ 110 intra montem—regnat] *post* regnat *om. X* ‖ 111 Taurum non solum in monte] *post* montem *om. X, sup. lin. add. x* ‖ hiis *Z* ‖ ‖ 112 montē *Z* ‖ (§ 29) 113 Num] Non *X* Nam *Q* ‖ 114 iube *Q* iubet *q* ‖ intra] *om. B^{a}* ‖

das et ipsis Kalendis iure pronuntiare potest? Neque id fit quasi privilegio quodam inscitae consuetudinis, sed certae rationis observatione, quoniam omne tempus, quod Kalendarum die includitur, 'intra Kalendas' esse recte dicitur.

XIV.

'Saltem' particula quam vim habeat et quam originem.

'Saltem' particula quam haberet principem significationem quaeque vocis istius origo esset, quaerebamus. Ita enim primitus factam esse apparet, ut non videatur, sicuti quaedam subplementa orationis, temere et incondite adsumpta. Atque erat, qui diceret, legisse se in grammaticis commentariis P. Nigidii, 'saltem' ex eo dictum, quod esset 'si aliter', idque ipsum dici solitum per defectionem, nam plenam esse sententiam: 'si aliter non potest'. Sed id nos in isdem commentariis P. Nigidii, cum eos non, opinor, incuriose legissemus, nusquam invenimus.

Videntur autem verba ista 'si aliter non potest' a significatione quidem voculae huius, de qua quaerimus, non abhorrere. Set tot verba tamen in paucissimas litteras cludere, improbae cuiusdam subtilitatis est. Fuit etiam, qui diceret, homo in libris atque in litteris adsiduus, 'saltem' sibi dictum videri u littera media extrita: 'salutem' enim ante dictum, quod nos 'saltem' diceremus. 'Nam cum alia quaedam petita et non impetrata sunt,

---

QZB^{u} XOΠN

115 et in ipsis *Π* ‖ 116 insitae *XOΠ* ‖ certae] *c:* certa ‖ rationis observatione] ratione *X* ‖ obs'uare *Z* ‖ 117 quoniam] = 'q̃m *v. c.*' *σ*: quom *N* ‖ 118 recte] *om. ZB^{u}* ‖

XIV: XIIII Saltem pticla. XV cū lectitarem' *in pag. extr., tum in init. p. sq.* XIIII. *ut assolet, B^{u}* ‖ (*lemm.*) 2 origenē *X pr.* ‖ (§ 1) 3 particulā *x* particu *X* ‖ principe *ZB^{u}* ‖ (§ 2) 5 non] *om. Π* ‖ subplementa] *X:* supplementa ‖ 6 assupta *Z* ‖ (§ 3) ad quę *Π* ‖ 7 se] *om. QX* ‖ grāmatis *Q* ‖ pnigidii *Q* ‖ *Nigidii 'spuriis et affictis' inseruit IRutgersius VL* III 16 *p.* 288 ‖ 8 solutum *O pr.* ‖ 9 sententiam] orationem *Π* ‖ potest a significatione s; id *Z cf. lin.* 12 ‖ (§ 4) 10 hisdem *QB^{u} OΠN* hiisdem *Z* ‖ pnigidii *Q* nigidii *XOΠN* ‖ 11 nonpinor *X pr.* ‖ incurio selegeremus *X pr.* ‖ (§ 5) 13 uocule** huius (* s) *Q* ‖ aborrere *O pr.* aberrare *X* ‖ abhorreres (. *B^{u}*) et tot *ZB^{u}* ‖ 14 ducere *B^{u}* ‖ 15 cui' (dam *om.*) *Z* ‖ (§ 6) 16 salutem] = *x:* saltem *X* ‖ 18 poetita *X* ‖ et] *om. Z* ‖ inperata *X pr.* ‖

tum solemus', inquit, 'quasi extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat, dicere 'hoc saltem fieri aut dari oportere', tamquam salutem postremo petentes, quam impetrari certe et obtineri sit acquissimum'. Sed hoc itidem non inlepide quidem fictum, nimis tamen esse videtur commenticium. Censuimus igitur amplius quaerendum.

XV.

Quod Sisenna in libris historiarum adverbis huiuscemodi saepenumero usus est 'celatim', 'vellicatim', 'saltuatim'.

1 Cum lectitaremus historiam Sisennae adsidue, huiuscemodi figurae adverbia in oratione eius animadvertimus, cuimodi sunt haec: 'cursim', 'properatim', 'celatim' 'vellicatim', 'saltuatim'.

Sed de his', inquit, 'et ceteris huiuscemodi iudicialis officii tractatibus et nos posthac, cum erit otium, dicere, quid sentiamus, conabimur et praecepta Aelii Tuberonis super officio iudicis, quae nuperrime legi, recensebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet, quam apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle tibi, utare M. Catonis, prudentissimi viri, consilio, qui in oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita esse a maioribus traditum observatumque ait, ut si, quod inter duos actum est, neque tabulis neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex his vir melior esset, quaereretur

---

QZXOΠNTY

79 con(m *N*)prendique *ON* ‖ nisi is qui] is is qui *X* is qui *x* nisi his *Z* ‖ (§ 19) 82 se datiores *X pr.* sedaciones *Q pr.* ‖ 84 totius *Z* ‖ sensiat *Z pr.* ‖ Eventurum *X* ‖ 85 enim***aiunt (enī) *Q* ‖ ppositionem *X pr.* ‖ 86 aliter] *om. Q* ‖ 87 *alterum* in] *spscr. z* ‖ (§ 20) 88 hiis *Z* ‖ huiusmodi *XOΠN* ‖ iuditialis *X* ‖ 89 post haec *Π* ‖ post haecum *X* ‖ 90 conabimur] = *X m. rec.*: conabitur *X* ‖ alii *Q* ‖ tuberos *X pr.* ‖ *'Ex praeceptis [Q.] Aelii Tuberonis super officio iudicis — nihil supcrest' Huschkius IA⁴ p.* 99, 2 *cf. Sanio z. Gesch. d. röm. Rechtswissenschaft (Regim.* 1858) *p.* 91; 94, *HPeter VHRR p.* CCCLVIII *Teuffel⁴-Schwabe HLR* § 208, 1 ‖ 91 nupime *Z* ‖ (§ 21) 92 ercle *X* ‖ ut are *Z* utere *TY* ‖ 93 M.] *om. T* ‖ uiro (*sq.* consilio) *Z* ‖ quam] qua *per se recte Y* ‖ 94 Turio] *OΠNTY: post* Lucio, *praeeunte ut vid. archetypo (nam ipsi ·l· exhibent), ni de soni modo utriusque nominis similitudine cogitare velis, om. QZ* ta turio *X* ‖ CN. *et* Gn. *ac sim. libri* ‖ *Cat. pro L. Turio or. cf.* § 26 ‖ a maioribus (maiorum) λ: a ma(ama *x*)ioribus maiorum (*ditt.gr. fort. propter sqq.* traditum obseruatumque *orta*) *QZOΠNTYxs* am**oribus (*f*) malo***rum (rib:) *X* a moribus maiorum *s* moribus maiorum *e* a maioribus memoriae (*cf.* § 26) *s vg.* a maioribus iam olim *i* ‖ 95 ut] et *Π* ‖ est] *om. TY* ‖ 96 plenum *ut vid. X pr.* ‖ tum] eum *Z* ‖ indeē *Z* ‖ 97 quid (*sq.* de) *Z* ‖ qui—cognosceret] *om. X*

et, si pares essent seu boni pariter seu mali, tum illi, unde petitur, crederetur ac secundum eum iudicaretur. In hac autem causa, de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur deterrimus, et res est inter duos acta sine testibus. Eas igitur et credas ei, qui petit, condemnesque eum, de quo petitur, quoniam, sicuti dicis, duo pares non sunt et qui petit melior est'.

Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut virum philosophum decuit, suasit. Sed maius ego altiusque id esse existimavi quam quod meae aetati et mediocritati conveniret, ut cognovisse et condemnasse de moribus, non de probationibus rei gestae viderer; ut absolverem tamen, inducere in animum non quivi, et propterea iuravi, mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum.

Verba ex oratione M. Catonis, cuius commeminit Favorinus, haec sunt: Atque ego a maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent, uti testes non interessent, illi unde petitur,

---

QZXOΠNTY

98 et—crederetur] *post* quaereretur *om.* *X* ‖ mali. Tum *Π* ‖ ille *T* ‖ (§ 23) 102 e *in* petitur *sup. lin. add. x* ‖ 103 patres *Z* ‖ peti *QZ* ‖ (§ 24) 104 Hoc] *om.* *Q* ‖ 105 decet *T* ‖ (§ 25) magis *XΠ* ‖ altiusque *Q* ‖ 106 cognouisset (*ab* ut *sc. pendens*) *QZ* ‖ et condemnasse(t) *post* cognouisse(t) *om.* *Q* ‖ 107 cõmendass; (*metathesi litt.*) *Z* ‖ *alt.* de] *om.* *Π* ‖ uideret *Q* ‖ 108 quivi] qui *Q teste i* quii *inde i* ‖ qui_uiꝭ p|pī—en *Xx* ‖ 109 iuram *Q* ‖ *in* sum *h. l. expl.* *TY* ‖ (§ 26) 110 *M. Catonis pro L. Turio contra Cn. Gellium or. fr. p.* 141 *sq.* *HM*[a] *p.* 62 *Iord.* ‖ cui *X* ‖ comeminit *Z* ‖ 112 accipi *Q pr.* ‖ sive ambo *Salmasius de modo usur.* (*LB.* 1639) *p.* 477 *sq.* ‖ 113 quod—interessent] *post* essent *om.* *Q* ‖ quod duo (*cf.* inter duos *lin.* 95) res gessissent] *libri, quod satis dubitanter recepi coll. HIordan krit. Beitr. p.* 345 (res gerere *de rebus privatis dici negat* μ *assentiente* *CFWMüllero ad Cic. Lael. p.* 401 *n.* *; *cui vix de l. Plautino Cist.* IV 2. 57 *ann. phil.* 111, 507 *Georgesio auctore a me allato obtemperandum erit, ubi verbis* alias res geris *adponitur* ego tibi meas res mando; *in altero vero l. eodem auctore ibidem proposito Iuv. sat.* VI 613 *sq. etiamsi probari nequit, de solis rebus privatis agi, haud magis certe de solis rebus publicis agitur*); *genetivum* res *esse censet HHagen Bursiani nunt. ann. a.* 1873 *p.* 1412 ‖ duo rei (*i. e.* 'et actor et is qui convenitur' *cf. hr*[a] *p.* 69) *IRutgersius var. lect.* V 16 *p.* 501 ii (*ex* II *sc. ortum*) rei (= rei - *gen. sing.* - ii) μ *fort.* duo rei (*gen. sc. sing.*) ‖ 114 ubi *Salmasius l. l.* ‖ in|teeent

ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio: 'Ni vir melior esset Gellius quam Turius', nemo, opinor, tam insanus esset, qui iudicaret, meliorem esse Gellium quam Turium: si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi, unde petitur.

III.

An aemuli offensique inter sese fuerint Xenophon et Plato.

Qui de Xenophontis Platonisque vita et moribus 1
pleraque omnia exquisitissime scripsere, non afuisse ab eis motus quosdam tacitos et occultos simultatis aemulationisque mutuae putaverunt et eius rei argumenta quaedam coniectaria ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profecto huiuscemodi: quod 2
neque a Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis neque item contra ab eo in suis libris Platonis, quamquam uterque ac maxime Plato complurium Socratis secta-

---

QZXOΠNTY

illi *Z* ‖ *'In illi...ei mendum residet' μ, at cf. h^ea p.* 69; 91 *et ann. ph. l. l.* (*add. G.* II 3, 1); *Buechelerum ibid. p.* 322; *Draegerum hist. Syntax* II 471 *sq.; quadamtenus etiam huc pertinet Ph. Thielmann Act. Argent.* II *p.* 23 *sqq.* ‖ 115 ei] *om. Salmasius l. l.* ‖ responsionem ϛ *ex meis unus* (*Venetus*), *quod affero propter Iordanum, qui id ad N pertinere ratus est* ‖ fecisset *ON* ‖ 116 tyrio *XON cf. lin.* 94 ‖ Turio: Ni] tyrioni *Π* tyrone *Q* tyrio nec *q* ‖ niuir *X* ‖ 117 quam—Gellius] *post* Gellius *om. Z* ‖ tyrius *XΠN* tirius *Q* ‖ 118 ee*gellium *X* ‖ tyrium *QXOΠN* ‖ 119 est] ϛ *QZ* ‖ tyrio *ZXOΠN* tirio *Q* ‖

III. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 anae mili *X pr.* ‖ xenofon *QZXOΠ* (*cf. TY lin.* 3) *et sic fere in sqq. libri praeter N* ‖ (§ 1) 3 Quid ex(exx *x*)enofontis *ZXT* ‖ xenofontis = *Y* ‖ 4 omnia] *om. Z* ‖ scripsere] *om. Π* ‖ *Scriptorum horum tabulam proposuit Ern. Köpke in scriptiuncula gratulatoria Th. Heinsio oblata Berol. a.* 1845 *p.* 8, *ad unam Favorini* ἱστορίαν παντοδαπὴν *h. l. refert EMaass de biogr. Gr. quaest. sell. p.* 77 *sqq.* ‖ non affuisse *Z* ū abfuisse *Q*; nā(.nā *Π*; *erat in archet.* ū a)fuisse *XΠ* ‖ 5 motus] *om. Z* ‖ et aemulationis (*O?*) ϛ *part.* ‖ 6 mute *Zq* ‖ quaedam] *om. Y* ‖ coniectaria] *Zq:* comectaria *Q* coniectatoria *NTY* coniectatorie *XΠ* coniectatorie *Oxx* ‖ (§ 2) 7 quod] que *X pr.* quia *TY* ‖ 8 a] *sup. lin. add. o* ‖ 9 exenofontis *Y* ‖ contra] *om. TY* ‖ *Cf. tamen Xen. mem.* III 6, 1 *coll. DL* III 24, 34 *ac de toto h. l. Boeckhio de simultate, quae inter Plat. et Xen. intercessisse fertur, p.* 20 *sqq.* = *opusc.* IV 19 *sqq.* ‖ 10 cū pluriū *Q* ‖ sectatorium

3 torum in sermonibus, quos scripsit, commeminerit. Id etiam esse non sincerae neque amicae voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon inclito illi operi Platonos, quod de optimo statu reipublicae civitatisque administrandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in volgus exierant, opposuit contra conscripsitque diversum regiae administrationis 4 genus, quod παιδείας Κύρου inscriptum est. Eo facto scriptoque eius usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retractandi levandique eius operis gratia, virum quidem Cyrum navum et strenuum fuisse dixerit, 'παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῶς ἥφθαι τὸ παράπαν': haec enim verba sunt de Cyro Platonis.

QZXOΠNTY

(i *propter* complurium *inserto*) *x* ‖ 11 quo (*sq.* s) *Z* ‖ (§ 3) etiam] *om. Z* ‖ 12 sincere neque *X* ‖ neque] *om. Q* ‖ inditiū *Z* ‖ 13 *xenofon (e) *X* ‖ illo *QXΠ cf. adn. sq.* ‖ illo peripiatonos *ZONT* illo peri platonos *Y* ‖ plato nos *Q* platonis *Xq* ‖ 14 fatu *Z* ‖ 15 duobus fere libris, qui primi in volgus exierant.] *ad eos libros, in quos etiamnunc Platonis* Πολιτεία *dividitur, aptare hoc studet* AKrohn *d. platon. Staat* (*Hal.* 1875) *p.* 384 *sq. cf. p.* VIII, *obloquentibus cum aliis, tum Th. Birtio d. ant. Buchwesen p.* 477, 2; *neque eos de numero mutando cogitasse, qui totam hanc narrationem duce Boeckhio* (*in Plat. Min. et legg. p.* 181 *sq., tum l. l. p.* 26 *sqq.* = 24 *sqq.*) *pro fabulosa haberent* (*v. modo Stallbaumium prolegg. ed. reip. alt. p.* LXXXVI - *coll. p.* LXXX - *sqq.; Zellerum Phil. d. Gr.* II 1[a] *p.* 469, 1 *coll. p.* 423, 1 *quemque l. Susemihlium genet. Entw. d. plat. Philosophie* II 88 *sqq.*), *per se patet: at ne ii quidem eum mutarunt, qui aliter h. l. explicare student, veluti, si omnino Gellio fides habenda sit, CStrinhart introd. in Plat. remp.* (*vol. V vers. Müll.*) *p.* 677, 128, *FUeberweg l. a CZellero l., PSchuster mus. ph.* 29, 617, 2, *ne Tzorchewskius quidem, qui in opusculo Kasani a.* 1847 *edito de Politia, Timaeo, Critia ultimo Plat. ternione septem ex libris his nostris 'duorum fere' illorum 'librorum' significatione comprehendi arbitratus est* ‖ fere duobus *TY* ‖ primis *Z* ‖ exierat *Z* ‖ 16 scripsitq. (con *praec.* contra *om.*) *X* ‖ 17 genus] *om. Y* ‖ ΠΑΙΔΕΙΑC *X* ‖ paideias kyroy *Π* ΠΑΙΔΕΙΑCΚΥΡΟΥ *Y* ‖ .Inscriptum est *QZ* ‖ (§ 4) 18 adeo] *om. X* ad eo *Z* ‖ *Plat. de legg.* III 12 *p.* 694 *C.* ‖ 19 habi taretractandi *X* (, *add. x*) habitaret paciandi *Z* habitaret * paciandi *Q* habita et paciandi *q* ‖ 20 gratis (*praec.* operis) *QZ* ‖ gnanum *X* = gnauv *q* naue *Q ut vid.* ‖ fuisse] = *q*: et (*male iterat.*) fuiese *QZ* ‖ 21 *Graeca om. X, in mg. add. x*: .Paideias deoi]korthos. efthaigoparapa. *Π* ‖ ΠΑΙΔΕΙΑC *x* ‖ ΔΕ *Z* ‖ ΟΥΚΟΡΕΩC *X* ‖ ΗΦΘΑΙ *Z* ΕΝΦΘΑΙ *TY* ‖ ΠΑΡΑΠΑ *x* ΠΑΡΑΝΑΝ *TY* ‖ haec] Nec *T* ‖

Praeterea putant id quoque ad ista, quae dixi, accedere: 5
quod Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum
Socratis commentarios composuit, negat Socraten de caeli
atque naturae causis rationibusque umquam disputavisse, ac ne
disciplinas quidem ceteras, quae 'μαθήματα' Graeci appellant,
quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut
comprobasse, idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui disser-
tationes istiusmodi Socrati adtribuerent. 'Hoc autem', inquiunt, 6
'Xenophon cum scripsit, Platonem videlicet notat, in cuius
libris Socrates physica et musica et geometrica disserit'. Sed 7
enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspi-
candum fuit, causam equidem esse arbitror non obtrectationis nec
invidiae neque de gloria maiore parienda certationis: haec enim
procul a moribus philosophiae absunt, in quibus illi duo omnium
iudicio excelluerunt. Quae igitur est opinionis istius ratio? Haec 8
profecto est: aequiperatio ipsa plerumque et parilitas virtutum
inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium et voluntas
abest, speciem tamen aemulationis creat. Nam cum ingenia quae- 9
dam magna duorum pluriumve in eiusdem rei studio inlustrium
aut pari sunt fama aut proxima, oritur apud diversos favisores

---

QZXOΠNTY

(§ 5) 23 putant] *om. Π* ‖ *Xen. memor.* I 1, 11 *de quo l. cf. Hauptius Herm.* 2, 4 = *opusc.* III 362 ‖ 25 socratē *QZ* socratem (*an* tē ?) *Π* ‖ de de *T* ‖ 26 rationibus qua eumquam *Z* ‖ que] *om. TY* ‖ disputasse *X* ‖ ac *Π* ‖ 27 ceterasq; *Z* ceteras quas *q* ‖ MΑΘΕΜΑΤΑ *Z* mathemata *Π* ΜΑΘΑΛΑΤΑ *X* ‖ 28 non] *om. TY* ‖ pertinerent *Beroaldus, unde* pertingerent *Trillerus ap. Falsterum am. ph.* III 300 ‖ atagisse *Q pr.* ‖ attigisse *** aut *X* tetigissent *Z* ‖ 29 que] *om. N* ‖ turpitur (*prima syllaba iterata*) *Q pr.* ‖ dissertiones *T* ‖ 30 huiusmodi *Π* ‖ (§ 6) inquit *Q* ‖ 31 notet (*praec.* videlicet) *ut vid. O pr.* ‖ 32 phisica *ZY* de phy(i *XΠ*)sica *XOΠN* ‖ et musica] *propter homoeotel. om. X* ‖ geometria *N pr. Y* ‖ disserunt *Π pr.* ‖ disserit &enim *T* ‖ (§ 7) et *Y* ‖ 33 de uictis *Z* deuictis *Q pr.* ‖ crede dū *X pr.* ‖ hoc] *om. Y* ‖ 34 equidem *Π* ‖ esse] *om. T* ‖ non arbitror non *Π* ‖ 35 certationes *X* ‖ enim] *om. Q* ‖ 36 a] *om. TY* ‖ maioribus *QZXO* ‖ 37 iuditio excelluerint *Z* ‖ Qui *Y* ‖ (§ 8) 38 Eqnipatio *Π* aequiparatio *O m. rec.* ‖ 39 inter] in *Z* ‖ se *Y* ‖ contemptionis *X* ‖ (§ 9) 41 inlustrum *X pr.* ‖ 42 patri *X pr.* ‖ fama] = *t sup. lin.*: studio *T* (*cf. lin.* 41) ‖ au* *X pr.* ‖ favisores] = *Qx:* fauis ores *X* al fautores *in mg. x* faustores *in mg. q* ‖

10 eorum industriae laudisque aestumandae contentio. Tum postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis adspirat cursusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium, 45 quando est compar vel ambiguus, in aemulandi suspiciones non
11 suo, sed faventium studio delabitur. Proinde igitur et Xenophon et Plato, Socraticae amoenitatis duo lumina, certare aemularique inter sese existimati sunt, quia de his apud alios, uter esset exsuperantior, certabatur et quia duae eminentiae, cum simul 50 iunctae in arduum nituntur, simulacrum quoddam contentionis aemulae pariunt.

IV.

Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.

1 Condigne mehercule et condecore Chrysippus in librorum, qui inscribuntur περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, primo, os 5 et oculos Iustitiae vultumque eius severis atque venerandis ver-
2 borum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem Iustitiae fierique solitam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus ad hunc ferme modum: 'forma atque filo virginali, aspectu vehementi et formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis neque 10
3 atrocis, sed reverendae cuiusdam tristitiae dignitate'. Ex imaginis

---

QZXOΠNTY

43 ac(e *ZΠ*)stumandae(e *Z*)] *ZΠN:* ac(*vel* e)stimandae (*vel* e) ‖ .) *om. Z* ‖ (§ 10) cū *Z* ‖ 44 ipsos] *om. TY* ‖ 45 eundem virtutis callem *mg. Gryph. et sic vel* eundem virtutis collem (*?*) *Oiselius* ‖ (§ 11) 47 *xenofon X* ‖ 48 &moenitatis *O pr.* ‖ certari (*sq.* aemulari) *ZT* ‖ 49 existimandi *Y* ‖ de his] = *q: * sq.* 5 *litt. lac. Q* ds (*i. e.* deus = de iis) *ZY* de is *ΠY m. rec.* de hiis *T* ‖ 51 nitantur *ΠY* nitit *Z* ‖

IV. *Exstat in TY usque ad verbum* sunt *lin.* 17 ‖ (*lemm.*) 2 grafice *QZOΠN* gratifice *q* ‖ (§ 1) 4 me hercule *Π* mehercle *O* me hercle *Z* ‖ ē decore *Y* = enm decore *XN* ‖ 5 quę *X pr.* ‖ pericaloycaindones *Π* περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς *al. v. Boguet Chrysippi vita etc. ann. acad. Lovan.* IV *p.* 259 *sqq.* ‖ ΚΑΛΟΥ *Y* ΚΑΛΟΥ *X* ‖ ΝΔΟΝΑΕC *X* ΔΟΝΗC *T* ΒΟΝΝC *Y* ‖ , os et] se *TY* ‖ os—atque] *om. ON, in mg. add. o* ‖ 6 vultumque—Iustitiae] *post* Iustitiae *om. X* ‖ saeueris *Π* ‖ (§ 2) 7 fieri quę (q̃; *Y*) solita *TY* ‖ 8 rethorib; q̃ *Z* ‖ 9 tilio *QZX pr.* ‖ *****tu *X pr.* ‖ 10 neque humilis] *ante* neque *om. XO, in mg. add. o* ‖ 11 uerecunde *Z* ‖ cuidam *Y* ‖ dignitate ex magnis *Z* ‖ (§ 3) iguaginis *X* ‖

autem istius significatione intellegi voluit, iudicem, qui Iustitiae antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem contraque improbos nocentesque inmisericordem atque inexorabilem erectumque et arduum ac potentem, vi et maiestate aequitatis veritatisque terrificum. Verba ipsa Chrysippi de Iustitia 4 scripta haec sunt: Παρθένος δὲ εἶναι λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιάφθορος εἶναι καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, μηδὲ προσίεσθαι μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους μήτε παραίτησιν καὶ δέησιν μήτε κολακείαν μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων· οἷς ἀκολούθως καὶ σκυθρωπὴ γράφεται καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν, τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος· τοῖς μὲν προσφιλοῦς ὄντος τοῦ τοιούτου προσώπου, τοῖς δὲ ἑτέροις προσάντους.

QZXOΠNTY

12 autem] *om. X* ‖ intellige *X pr.* ‖ 13 saeuerum *ΠN* ‖ 14 nocentesque] = *O m. rec.:* innocentesque *ex praec. in male iterato O* ‖ 15 exorabilem *X* inorabilem *o* ‖ potentem ui, et *O* ‖ maiestatem *Z* ‖ 16 terrificum uba uerba *Z* ‖ (§ 4) orisippi *QZ* ‖ 17 hec *Z* ‖ sunt haec *N pr.* ‖ *in* sunt *h. l. expl. TY* ‖ *Chrysippi* π. τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς *fr. ap. Baguetum l. l. p.* 264 *sq., qui hoc caput totum descripsit* ‖ ΠΑΡΤΕΝΟC *XΠ* ‖ ΕΤΝΑΙ *Z* ‖ ΛΕΤΕΤΑΙ *X* ΑΕΤΕΤΑΙ *Z* ‖ 18 ΑΔΙΑΦΘΟΡΟC *X* ΔΙΑΦΘΟΡΟC *Z* ‖ ΚΜ *Z* ‖ ΜΗΔΑΜΟC. *Π* ΜΗΔΑΜΟC· *X* ‖ ΕΝΑΙΔΟΝΑΙ *O* ΕΝΙΔΟΝΑΙ *X* ΕΝΑΙ *Z* ‖ ΘΟΙC *Π* ·ΘΟΙC *X* ‖ 19 ΚΑΚΟΓΡΓΟΙC *X* ΚΑΚΟΙΡΤΟΙC *Π* ΚΑΚΟΙΡΤΟΙC *Z* ‖ ΜΗΑΕ *Z* ΜΗΔΗ *X* ‖ ΠΡΟCΕΙΕCΘΑΙ *OΠN* ΠΡΟCΕΙΕCΘΑΙ *X* ΠΡΟCΕΤ ΕCΤΑΙ *Z* ‖ ΜΗΖΕΖΟΥC *Π* ‖ 20 ΛΟΓΟΙC *X* ΑΟΤΟΥ *Π* ‖ ΜΗΑΕΝ ΤΕ *Z* ‖ ΠΡΑΡΑΙΤΗCΙΝ *Z* ‖ ΑΗΕCΙΝ *X* ‖ ΚΟΔΑΚΕΙ ΑΔΝ *X* ΚΟΔΑΚΕΙΑΔΝ *Π* ‖ 21 ΑΔΟΜΕΔΕΝ *Z* ‖ ΤΟΝ *Π* ‖ ΤΟΙΟΓΤΩ|Ν *Z* ΤΟΓΟΓΤΩΝ *XΠ* ‖ ΑΚΟΔΟΓΤΟC *Π* ΑΚΑΔΟΓΤΟC *X* ΑΚΟΙΤΩC *Z* ‖ 22 CΚΥΤΡΟΠΕ *Π* CΚΥΓΟΡΩΓΙ *Z* CΚΥΤΡΟ| *X* ‖ ΓΡΑΦΕΤΑΙ *X* ‖ ΚΑ ICΥΝΕCΤΕΚΟC *Z* ΚΑCΙΝΕCΤΗΚΟC *X* ‖ πρόσωπον] = *x:* ΠΡΟCΠΟΝ *X* ‖ 23 ΗΝΤΟΝΟΝ *XΠ* ‖ ΔΕΔΟΠΚΟC *Π* ΔΕΔΟΠΚΟC *Xπ* ‖ ΒΑΕΠΟΥCΑ *Z* ΒΛΕΠΟΥCΑ *X* ‖ ΜΗΝ *Π* ‖ ΜΗΝΑΔΙΚΟΙC *X* ΑΜΕΝΑΙΚΙC *Z* ‖ 24 ΕΝΠΟΙΕΙΝ *XOΠN* ΕΝΠΟΙΕΤΝ *Z* ‖ ΘΟΙCΑΕΘΙΚΑ ΤΟΙCΟΑΡCΟC *Z* ‖ ΘΟΙC *Z* ‖ 25 μέν γε *s part.* ‖ προσφιλοῦς] *os part., i. Bentleius mus. phil.* 35. 634 ΠΡΟCΦΙΛΟΥC *XOΠN:* ΠΡΟCΦΙΑΟΥC *Z* πρὸς φίλους *s* ὡς πρὸς φίλους *e* ὡς προσφιλοῦς *HStephanus spec. em. p.* 180 ‖ Τ ΟΓΤΟΥΟΙΤΟΥΓΠΡΟCΩΠΟΙ *Z* ΤΟΥΤΟΥ ΟΥ ΤΟΥ ΠΟCΟΠΟΥ *X* ‖ ΠΡΟCΟΠΟΥ *Π* ‖ 26 ἑτέροις] *s part. e:* ΕΤΑΙΡΟΙC ΠΡΟCΑΝΤΟΙC *ZOΠ* ὡς προσάντους *HStephanus l. l.*

3 Haec verba Chrysippi eo etiam magis ponenda existimavi, ut prompta ad considerandum iudicandumque sint, quoniam legentibus ea nobis delicatiorum quidam disciplinarum philosophi Saevitiae imaginem istam esse, non Institiae, dixerunt.

V.

Lis atque contentio grammaticorum Romae inlustrium enarrata super casu vocativo vocabuli, quod est 'egregius'.

1 Defessus ego quondam diutina commentatione laxandi levandique animi gratia in Agrippae campo deambulabam. Atque ibi duos forte grammaticos conspicatus non parvi in urbe Roma nominis, certationi eorum acerrimae adfui, cum alter in casu vocativo 'vir egregi' dicendum contenderet, alter 'vir egregie'.

2 Ratio autem eius, qui 'egregi' oportere dici censebat, huiuscemodi fuit: 'Quaecumque', inquit, 'nomina seu vocabula recto casu numero singulari 'us' syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam posita est 'i' littera, ea omnia casu vocativo 'i' littera terminantur, ut 'Caelius Caeli', 'modius modi', 'tertius terti', 'Accius Acci', 'Titius Titi' et similia omnia; sic igitur 'egregius',

---

QZXOΠΝΤΥ

(§ 5) 28 ppta *X pr.* ‖ ad] = ϛ; *om. Z*ϛ atque exposita ad ϛc atque ad ϛ ‖ 29 nobis ea *XN* ‖ delicatiorum] *HStephanus l. l.. ICasaubonus sub init. ed. Tornaes.*: delicatiores *QONxπ* (i) delicatio **(*vel* ***)res *X pr.* deligatiores *ZΠ pr.* ‖ delicatiores quidam (disciplinae philosophi) *aut* delicatioris quidam disciplinae philosophi *g* ‖ philosophiae *i* ‖ scuitiā *X* sentēcie *Q* ‖ 30 ymaginem *Z* ‖

V. *Exstat et in TY et m. saec. XII in cod. misc. Brux.* 10729 *f.* 230r, *unde descripsit CPBock, cuius apographum cum cod. contuli cf.* XV 2, 7; 4. 3 ‖ (*lemm.*) (*cum TY*) *om. Br.* ‖ 2 grāmanticorum *x* grām anticorum *X* ‖ 3 uocatiū *x* uocat** *X* ‖ (§ 1) 4 quodam *X pr.* ‖ diutino *Π* diutima *x* diuti *X* ‖ 5 obambulabā *x in litura* ‖ 6 romano|minis *Z* ‖ 7 certat(c *Q*)ionis *Q pr. Y* (*praec.* nominis) ‖ adcerrime (*sq.* adfui) *X* ‖ alīt *X pr.* ‖ 8 egregii *QZ* egregie *X pr.* egregius *Y* ‖ egregię *X pr.* egregi *Y* ‖ (§ 2) 9 egregii *QZ* egregi** (ae *ut vid.*) *X* ‖ dicebat censebat *Br. pr.* ‖ 10 fuit quecumq; *Z* ‖ reto *X pr.* ‖ 11 us] *om. QZ post* silłaba (*sic*) *add. q* us** (us) *X* ‖ qubus *O* ‖ 12 littera.i. *Br.* ‖ littera* *X* ‖ ea] *om. QZ* ‖ 13 terminat *Z* ‖ celius *QZXBr.* ‖ celi *QZBr.* ‖ tertii] tci* *Q* ‖ 14 acci*us (u) *X* ‖ actius acti *TY* ‖ acci tius (*per haplograph.*) *Z* accitius *Q* acci titus *q* ‖ tcius tici *Br.* ‖ nomina *Br.* ‖

quoniam 'us' syllaba in casu nominandi finitur eamque syllabam praecedit 'i' littera, habere debebit in casu vocandi 'i' litteram extremam et idcirco 'egregi', non 'egregie', rectius dicetur. Nam 'divus' et 'rivus' et 'clivus' non 'us' syllaba terminantur, sed ea, quae per duo 'u' scribenda est, propter cuius syllabae sonum declarandum reperta erat nova littera, quae 'digamma' appellabatur'.

Hoc ubi ille alter audivit: 'o', inquit, 'egregie grammatice 3
vel, si id mavis, egregissime, dic, oro te, 'inscius' et 'impius' et 'sobrius' et 'ebrius' et 'proprius' et 'propitius' et 'anxius' et 'contrarius', quae 'us' syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam 'i' littera est, quem casum vocandi habent? me enim pudor et verecundia tenent, pronuntiare ea secundum tuam definitionem'. Sed cum ille paulisper oppositu horum vocabulorum 4
commotus reticuisset et mox tamen se conlegisset eandemque illam, quam definierat, regulam retineret et propugnaret diceretque, et 'proprium' et 'propitium' et 'anxium' et 'contrarium' itidem in casu vocativo dicendum, ut 'adversarius' et 'extrarius' diceretur; 'inscium' quoque et 'impium' et 'ebrium' et 'sobrium' insolentius quidem paulo, sed rectius per 'i' litteram, non per 'e', in eodem casu pronuntiandum, eaque inter eos contentio longius duceretur,

---

QZXOΠNTY

15 ut quoniam us *QZ* ‖ eam que *x* eam quę *X* eandē *Z* ‖ 16 p̄cedit* *X* ‖ litteram habere *Br.* ‖ habere habere *X pr.* ‖ debet *Z pr.* ‖ 17 egregię *X pr.* ‖ dicitur *T* ‖ 18 divus] cliuus *Q* clinus *Z* ‖ clivus] = *QZ* ‖ non sillaba (2 *fere litt. spat. vac. rel.*) *Q* ‖ um *Z* u (.u. *O*) s *sc. sq. OXBr.* ‖ terminaṫ *Z* ‖ 19 n] (*non* nu) = *Q* = V. *Z* ‖ .Propter *X* .Preter *x* ‖ 20 de|declarandū *Z* ‖ litt(*s.* it)era (*s.* lr̄a) f. (*s.* F) *e vg.* ‖ dicamma appellatur *Z* ‖ (§ 3) 22 egregię gramaticæ *X pr.* ‖ 23 mai' *Q* ‖ egregissime] *om. Π* egressime (*sq. spat.* 2—3 *litt. vac.*) *Y* egregiissime *e vg.* ‖ o rote *Z* ‖ Impius inscius *Br.* ‖ et impius] = *q:* ut impius *Q* ‖ 24 ebrius] obrius (*praec.* sobrius) *X* ‖ proprius] ppius *QZ* ‖ 25 qui *Br.* ‖ us**** *X* ‖ 26 syllabam] *om. Br.* ‖ me enim pudor] *om. Q* ‖ 27 tenet *XOΠNBr.* ‖ diffinit(*s.* c)ionem *QZOTBr.* defini *X pr.* ‖ (§ 4) 28 Sed] Et *YBr.* = & *T* ‖ opposito *Z* (= *Q teste i*): oppositione *Π*ss *part.* ‖ 29 comotus *Z* commatus *Π* ‖ tamen] *om. Br.* ‖ 30 difinierat *Br. pr.* ‖ propugnator& diceret. quę (qua *x*) *X* ‖ 31 et anxium] *om. Q* ‖ id idem *Z* ‖ 32 dicendom *X pr.* ‖ ut] ut et *N ex sil., vg.* et *π* ‖ dicetur *X pr.* ‖ 33 insolentius—rectius] *om. TY* ‖ 34 quidam *ZBr. pr.* ‖ sed rectius] secrecius *Br.* ‖ .In *X* ‖ 35 diceretur *X pr. OΠN* ‖

non arbitratus ego, operae pretium esse, eadem istaec diutius audire, clamantes conpugnantesque illos reliqui.

VI.

Cuimodi sint, quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint; atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque inmutatis.

1 Homo nobis familiaris, in litterarum cultu non ignobilis magnamque aetatis partem in libris versatus: 'adiutum', inquit, 'ornatumque volo ire noctes tuas'; et simul dat mihi librum grandi volumine 'doctrinae omnigenus', ut ipse dicebat, 'praescatentem', quem sibi elaboratum esse ait ex multis et variis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria 10
2 dignarum. Accipio cupidus et libens, tamquam si copiae cornum nactus essem, et recondo me penitus, ut sine arbitris legam.
3 At quae ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula! quo nomine fuerit, qui primus 'grammaticus' appellatus est; et quot

---

QZXOΠNTY

36 ẽ ego *Y* ‖ opepraetium *N* opeprecīi *Z* ‖ eodem *Π* ‖ istaec] *h*: ista & *TY* ista haec (*s.* hec) *QZXOΠN* ista *Br.* ‖ 37 compugnantes (*om.* que) *per se recte* (*cf. praef.* § 18 *adn.*) *Br.* ‖

VI. *Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Cui modi *X* Qui modi *Q* ‖ Qui "sint" modi *Z* ‖ 3 singularē *O pr.* ‖ urbium *Z* ‖ regio nū que *X* ‖ 4 mutatis *Π pr.* ‖ (§ 1) 5 *Ad Favorinum eiusque παντοδαπὴν ἱστορίαν refert FNietzsche mus. ph.* 23, 641 *sqq.* (*add.* 24, 196 *sq.*), *cui oblocutus sum h*r II 4 *sqq., assentiente fere, ut vid., ipso Nietzschio, qui in indice programmatis Basileensis a.* 1870 *a se editi 'Beiträge zur Quellenkunde u. Kritik des Laertius Diogenes' nomini Favorini illius prooemii mei titulum tacite sane adscripsit; in Nietzschii contra partes transiit Ernestus Maass de biographis Gr. quaestt. sell. p.* 49 *sq., adprobante Vdalrico de Wilamowitz-Moellendorff ibid. p.* 145 ‖ 6 adiutumq; inquit *N* ‖ 7 et] s; (*praec.* s) *QZ* ‖ mihi dat *TY* ‖ 8 doctrine oñi genus *Q* (*add. Z cf. adn. sq.*) *h cf.* XIX 4. 1: *Varr. de r. r.* III 5, 11; 14 *a Lachmanno ad Lucr.* II 759 *l. et codd. Lucr. et ibi et* II 821 *et* V 440 *L. v. l.*: doctrinis omnigenus *TY* doctrinis omnigenis *XOΠN* ‖ doctrine ut oī gen' *Z* ‖ pscantemtem *X pr.* prę̃santō *Z* ‖ 10 sumerem] = *Π et π corr.*: sumere *π* ‖ memoriā *T* ‖ 11 dignarē *Π* ‖ (§ 2) tamquam] q̃m (*i.e.* quoniam) *QZ* ‖ cornu *ΠY* ‖ 12 actus *QZ* (*unde* cornu nactus *cum vg. aut* cornum aptus *i*) ‖ pęnitus *T* ‖ arbitris *Z* ‖ (§ 3) 13 atq; ibi scripta *ZΠTY*: atque scripta *ON* atque scriptura e (scripturae *x*) ** *X* ‖ iupiter *ZXNY* ‖ mea *Q pr.* me *X pr.* ‖ 14 prī *Y* ‖ quod *QZX pr.* ‖

fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae; et cuiusmodi fuisse Homerus dicat in Vlixis domo λαύρην; et quam ob causam Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu adtigerit, sed pedis ictu excitarit; et Eurycleia Telemachum quo genere claustri incluserit; et quapropter idem poeta rosam non norit, oleum ex rosa norit. Atque illud etiam scriptum fuit, quae nomina fuerint sociorum Vlixis, qui a Scylla rapti laceratique sunt; utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ Vlixes erraverit κατ' Ἀρίσταρχον, an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα; item etiam istic scriptum fuit, qui sint apud Homerum versus isopsephi; et quorum ibi

---

QZXOΠNTY

15 pitagorei *Q* ‖ quod *ZXpr.* *Y* quo *Q* ‖ hyppocratę *O* yppocratę *Π* hypocratae *X* hypochratę *T* ipphocrate *Q* dip phograte (*praec.* d, *geminat.*) *Z* ‖ cuius modi *QZXNT* ‖ 16 fuisse] *om.* *XOΠN* ‖ *Hom. Od.* XXII 128; 137 ‖ λαύρην et] *h mus. phil.* 6, 634: ΔΑΥΡΗΝΕC *Y* ΑΔΥΡΗΝΕC *ON* (*N* [*cf. praef.*] = *'liber calamo exaratus et satis fidelis'*, *ex quo idem profert P Victorius VL* XIII *nov. libr.* XXXV 16 *p.* 170, *quod etiam m., ut arbitror, Danielis in mg. cod. O adnotatum est*) ΑΔΥΡΕΝΕC *Z* ΛΔΥΡΗΝΕC *T* ΑΔΙΡΗΝΕC *Π* = ἀδιρῆνες *s* ΛΔΙΡΗΝΕΟ (ΕC *x*) *X* Σειρῆνας *c* μνηστῆρας *o* μνησστῆρες *g* ὀρσοθύρην et *ICasaubonus sub init. ed. Tornaes.* ‖ *Hom. Od.* XV 44 *sq.* ‖ quam ocausam *X pr.* ‖ 17 telemacus *X* thelemac' *Z* ‖ cubam (*cf. vocc. sqq. clausulas*) *Ns* ‖ iunctim] *x*: iunctum *libri, tantum non omnes* (= *Z* XII 8. 2) uinctum *v. l. in s* ‖ pysistratum *ΠT* pisistrantē *QZ* ‖ 18 *Hom. Od.* I 441 *sq.* ‖ eurycha *Y* ericlia *T* eyryolia *Q* ‖ telemacum *ΠT* telaemachū *Y* ‖ 19 gene *X pr.* ‖ poete *Z* poeto *z* ‖ petarosam *Q* ‖ rosam non norit] *cf. tamen hymn. in Cerer. v.* 6, *ne adiectiva* ῥοδοδάκτυλος *et* ῥοδόπηχυς (*hymn. in Sol.* XXXI *v.* 6) *afferam* ‖ *Hom. Il.* XXIII 186 *sq.* ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ ‖ 20) eleum (*an de* ἔλαιῳ *cogitans?*) *Π* ‖ oleum—norit] *om.* *T* ‖ etiam illud *T* ‖ 21 *Hom. Od.* XII 245 *sq.* Τέσσερα δέ μοι ἑταίρους Ἔξ ἅλεθ', οἳ χερσὶν τε βίηφί τε φέρτατοι ἦσαν ‖ *num* VI Vlixis *?* ‖ qui a] = *q:* qꝛ (*i. e.* quia) *Q* qui ac *Z* ‖ scilla *XTY* sylla *Z* ‖ raptila eꝙlatiq; *Π* ‖ lacerataq; *X pr.* ‖ que] *om.* *T* ‖ 22 utrum—Κράτητα] GR. *T om.* *Y* ‖ ΕΝΤΕΕCΘΘΑΛΑCCΕΝ *X* ΑΝΤΕΙΕCΘΘΟΑΛΑCCΕ *Z* ‖ ΤΕ *Π* ‖ ΘΑΛΑCCΕΝ *OΠN* ‖ κατ'—Κράτητα] GR. *Q* ‖ ΚΑΤΑ *XΠ* ‖ ΑΡΙCΤΑΡΧΟ *Z* ΑΡΙCΤΑΡΚΟΝ *Π* ‖ 23 an ἐν] ΑΝΕΝ *XOΠ* ΑΝΟΝ *Z* ‖ ΤΕ *XΠ* ‖ ΕΞΟ *Π* ‖ ΚΡΑΤΕΤΑ *ZΠ* ‖ (§ 4) item] *s* (*Guelf.*) *λ*: idem *mei omnes* id *e vg.* ‖ etiam] ; (*i. e.* et) *Q* ‖ istic] *om.* *Z* ‖ 24 sī *Π* ‖ iso psephi *X pr.* isopseph *Π* isopsepin *TY* iosephi *QZ* ‖

nominum παραστιχὶς reperiatur; et quis adeo versus sit, qui per singula vocabula singulis syllabis increscat; ac deinde qua ratione dixerit singulas pecudes in singulos annos terna parere; et ex quinque operimentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium; et praeterea quibus urbibus regionibusque vocabula iam mutata sint, quod Boeotia ante appellata fuerit 'Aonia', quod Aegyptus 'Aeria', quod Creta quoque eodem nomine 'Aeria' dicta sit, quod Attice 'Ἀκτή', quod Corinthus 'Ephyre', quod Macedonis 'Ἡμαθία', quod Thessalia 'Αἰμονία', quod Tyros 'Sarra', quod Thracia ante 'Sithonia' dicta sit, quod Paestum 'Ποσειδώνιον'.

Haec item atque alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerunt.

Quem cum statim properans redderem: 'ἔνεκά σου', inquam,

QZXOΠNTY

25 nominum] non (= ñ *Q*) sinū *QZ* ‖ *GR (R.) *Q* ΠΑΡΑCTIXIC *T* ΠΑΡΑCICTIXIC *X* ‖ usus (*pro* ūsus) *Y* ‖ *Hom. Il.* III 182 Ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον, *indicavit Muretus VL* XIV 13 *cf. RVolkmann obs. misc.* LIX *in progr. gymn. Iavoriens. a.* 1873 *p.* 19 *sq.* ‖ 26 syngulis *X* ‖ de inde *X pr.* ‖ *Hom. Od.* IV 86 ‖ 27 pecude *Z* ‖ 28 *Hom. Il.* XX 269 *sqq.* (*cf.* XVIII 481) ‖ operimenti *X pr.* ‖ clypeus *Πq* clyppeus *Q* ‖ 29 ex] ē ex *QZ* ‖ 30 quibus regionibus que nocabula *T* quibus regionibus nocabula *Y* ‖ mutata nomina *o in mg.* ‖ sunt *X pr.* ‖ 31 Boeotia] *Ald.*: boetia *libri* ‖ sit fuerit (*v. sc. l. in archet.*) *Q pr. ZTY* ‖ aoinia *O* ‖ quoq (*propter sq.* quoque) *X pr.* ‖ quod Aegyptus—dicta sit] *lin.* 32 *ante* quod *om. T* ‖ quo *X* ‖ 32 aenia *Y* ‖ dita *X pr.* ‖ sit] *FNietzsche mus. phil.* 23, 645: est ‖ adtice *QZ* ‖ 33 corint' *QZ* corrinthus *X* ‖ ephire *X* ‖ EMAθIA *XOΠN*: EMAOIA *Z* EMΛθIA *T* EMθIA *Y* ‖ thes alia *X* thessala *Z* ‖ 34 AIMONIA *X* ‖ *erat, cum mihi in mentem veniret.* quod [Epiros Aiza, quod] Tyros Sarra *cf. Etym. M. p.* 39, 19 ‖ thyros *Q* tyrros *Z* ‖ sara *Y* ‖ tracia *XΠY* trantia *Z* ‖ anthesiton *Z* ‖ Sithonia] *h cf. Steph. Byz. s. v. reliquisque locis a LDindorfio in Stephani thesauro et a Benselero indicatis:* sithon *QOΠNTYx* sitthon *X cf. adn. prace.* ‖ 35 sit] *sic h. l. libri* ‖ Paestum] *c. RHercher Plut. de fluv. p.* 31, *h:* aestum (*s.* tū) *XOΠNTY* estū *Z* estū *Q* Sestum *et* Sestou *add.* ‖ ποσειδώνιον *ς: ΠOCIΔONION T et sic ac sim. ς al.* ΠOCIΔΩNION *ZY* ΠOCCIΔONION *OΠN* ΠOCCIΛONION *X* ‖ (§ 5) 36 atque (a*que *X pr.*) item *XNT* itaque itemque *Π* ‖ aliam (*sq.* m) *Z* aliā *in s* ‖ 37 .] *om. Z* ‖ 38 que *Z* quae *N* ‖ ONAI OCOI *X* ‖ ϖ μ, *at v. hra* 70 ‖

'doctissime virorum, ταύτης τῆς πολυμαθίας et librum hunc opu-
40 lentissimum recipe, nil prosus ad nostras paupertinas litteras congruentem. Nam meae noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime illo versu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat:

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται'.

VII.

Quod M. Varro Cn. Pompeio, consuli primum designato, commentarium dedit, quem appellavit ipse 'εἰσαγωγικόν', de officio senatus habendi.

Gnaeo Pompeio consulatus primus cum M. Crasso designatus 1
3 est. Eum magistratum Pompeius cum initurus foret, quoniam per 2
militiae tempora senatus habendi consulendique, rerum expers urbanarum fuit, M. Varronem, familiarem suum, rogavit, uti commentarium faceret εἰσαγωγικόν — sic enim Varro ipse ap-

---

QZXOΠNTY

39 doct*issime *X* ‖ ΤΑΙΤΗC *ZΠ* ΤΑΙΤΗC *X* ΤΑΥΤΝC *T* ‖ τ̃ῆς] *om. X* ‖ ΠΟΛΙΜΑΘΙΑC *Π* ΠΟΛΥΜΑΘΙΑC *Y* ΠΟΛΥΜΑΘΙΑC *Z* ΠΟΝΜΑΘΙΑC *x* ΠΟΝΜΑΘΙΑ *X* ‖ 40 nil] *om. QZ* ‖ prosus] *X:* prorsus ‖ nostras *om. QZ* ‖ 41 quos *X pr.* ‖ 42 "illo "maxime *Π* ‖ uerso *X pr.* ‖ omeri *Y* ‖ *Hom. Od.* IV 392 ‖ q̃ (*i. e.* quae *post* quaerunt) *Q* que *Z* ‖ socra*tes (n) *X* ‖ 43 p *QZ* ‖ 44 GR. *Y; Graeca sine nota om. T* ‖ ΤΟΤ *X* ‖ ΜΕΓΑΠΟΙCΙ *XΠ* ‖ ΑΓΑΤΟΝ *Π* ΑΓΑ|ΤΟ *X* ‖ ΤΕ] *ante* ΤΕ *om. XOΠN* ‖ ΤΕΤΕΙΚΤΑΙ *Π* ΤΕΤΥΚΤΑΥ *X* ‖ ΤΕΤΥΚΤΑΙ Gneo Pompeio.|Gneo Pompeio (*cf. init. cap. sq.*); *ad mg.* VII *Z* ‖

VII. (*lemm.*) 2 .CN. *Z* .gn. *XO* g̃n. *Π* ‖ osul*(i) *Q* ‖ de signato *Z* designata *O pr.* ‖ 3 ipse] *om. XΠ* ‖ isagogicum *QZOΠN:* ΙCΑΓΟΓΙΚΟΥ *X* ‖ de—habendi] *om. X* ‖ offitio *Z* ‖ habendi] *om. QZ* ‖ VII *cap. inscr.* = *QZ* VIII *ad init.* § 4 *iidem, ubi v.; ab eadem* § *exstat in TY* ‖ (§ 1) 4 Gneo *OΠ:* Gneio *x* ****o *X; num* ucio *an* neio *legendum esset, non satis in Q dispiciebat rubricator, qui* G *rubrum viridi* L *superscripsit; de Z cf. c.* 6 *extr.* ‖ cos.primum ɔ *cf. i adn.* ‖ M.] *post* m *om. QX* ‖ dignatus *QZ* ‖ (§ 2) 6 (senatus habendi consulendique), *ni transponenda haec verba sint, CFWMüller mus. phil.* 20, 155 ‖ rerum] *rerum etiam* x denique (*post* consulendique *sc.*) rerum *Büttner-Wobst* reliquarumque rerum τ *RStR*³ I 5 *sq.*, 4; *de utroque et ipse olim cogitavi, nisi quod* omnium denique *post* consulendique *excidisse opinarer, tum etiam de* (rerum) expers (urbanarum): *at nulla emendatione iam nunc opus esse censeo cf. praef.* § 18 *adn.* ‖ expres *X pr.* ‖ 7 urbanarum] = *n mg.:* humanarum *Ns om. X* ‖ 8 ΕΙCΑΓΩΓΙΚΟΥ *Π* ΙCΑΓΩΓΙΚΟΥ *OY* ΙCΑΤΟΓΙΚΟΥ *X* ΙCΑΓΩΓΙΚΟΥΜ *Z* ‖ .Sic *Π* .Si *X* ‖

pellat —, ex quo disceret, quid facere dicereque deberet, cum
3 senatum consuleret. Eum librum commentarium, quem super ea re Pompeio fecerat, perisse Varro ait in litteris, quas ad Oppianum dedit, quae sunt in libro epistolicarum quaestionum quarto, in quibus litteris, quoniam quae ante scripserat non comparebant, docet rursum multa ad eam rem ducentia.
4 Primum ibi ponit, qui fuerint, per quos more maiorum senatus haberi soleret, eosque nominat: 'dictatorem, consules, praetores, tribunos plebi, interregem, praefectum urbi', neque alii, praeter hos, ius fuisse dixit facere senatusconsultum, quotiensque usus venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romae essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior aliis esset,
5 ei potissimum senatus consulendi ius fuisse ait, deinde extraordinario iure tribunos quoque militares, qui pro consulibus fuissent, item decemviros, quibus imperium consulare tum esset, item triumviros reipublicae constituendae causa creatos ius consulendi senatum habuisse.

QZXOΠNTY

9 dr̃et (*i. e.* diceret) *Z* ‖ faceret (*post* disceret) *Q pr.* ‖ (§ 3) 10 Eum] Cū *Q* C̄ū *q* ‖ quam *Z* ‖ eam rem *QZ* aere *X pr.* ‖ 11 ponpeio *Q* ‖ *Varr. epist. quaest. lib.* IV *fr. p.* 195 *sq. ed. Bip.* ‖ ait] *om. Z* ‖ 12 opinum *X*ᶜ*V. C.* Opinianum *f.* Opinium᷑ *e et* Opinianum *ae sim.* ϵ *hic et TY*ϵ *lin.* 57 ‖ 14 .Docet *Π* ‖ ducentia] = *O:* conducentia (*praec.* comparebant) *Xo mg.* ‖ (§ 4) 15 *litt. init.* P *rubricatori relicta, novi cap.* VIII *nota adscripta, a lin. QZ; itemque litt. init. maiore appicta a lin. O; inc. hic TY* ‖ Primum ibi] Varro *TY* ‖ 16 solet *X* ‖ dictatores *QT* ‖ 17 tribunos (. *Q*) regi (*propter* regem) *QZ* ‖ inter regem *QZ* itē regē *TY* ‖ aliis—dicit *tacite* ϵ *RStR* I² 201, 2 ‖ 18 usu *XOΠN* ‖ 19 illi *T* ista (*propter* magistratus) *O pr.* ‖ 20 tum quo] tumq. *T* ‖ 21 ait. Deinde *Q:* addit. Deinde *Z* .Addit deinde (de inde *X* inde *x*) *XOΠNTY; num* ait. Addit deinde? ‖ (§ 5) extra ordinario *ZΠ* ‖ 22 iure tribunos] *om. QZ* ‖ 23 decem (s. .X.) uiros *QZXOT* ‖ tum] item ϵ *l. l.* datum *id. ibid.*¹ 154, 2; *at significat* tum *eo tempore, quo decemviri in rep. essent* ‖ 24 trium uiros *QZXOT* reipublicae] *et* rei p. *etc.* = *x, ubi* rei. p.: rei p *X* ‖ rei publicae populi Romani constituendae *g* rei pop. Rom. constituendae *Niebuhrius RG* III 50, 75 *cf. adn. sq.* ‖ constituendae] *TYx vg.* (ϵ *l. l.*² II 1, 687, 1 *cf.* I 20 *sq.*, 2 *Cobet Mnem. n. s.* 6, 111; 8, 20) *cf.* III 9, 4: reconstituendae (de *QZ*) *QZOΠNh*ᵉ (*at vid.* re *ex praec.* reip. *male iteratum esse*) re constituendae *X* ‖ (causa creatos) λ *cf. adn. sq.* ‖ creatos] = *x: om. Q* cretos *Z* ∗∗∗∗tos *X* ‖ 25 senatus *flagitat fere CFWMüller l. l.* ‖

Postea scripsit de intercessionibus dixitque, intercedendi, ne 6
senatusconsultum fieret, ius fuisse iis solis, qui eadem potestate qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, maioreve essent.

Tum adscripsit de locis, in quibus senatusconsultum fieri iure 7
posset, docuitque confirmavitque, nisi in loco per augurem constituto, quod 'templum' appellaretur, senatusconsultum factum esset, iustum id non fuisse. Propterea et in curia Hostilia et in Pompeia et post in Iulia, cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, ut in iis senatusconsulta more maiorum iusta fieri possent. Inter quae id quoque scriptum reliquit, non omnes aedes sacras templa esse ac ne aedem quidem Vestae templum esse.

Post haec deinceps dicit, senatusconsultum ante exortum aut 8
post occasum solem factum ratum non fuisse, opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senatusconsultum factum esset.

Docet deinde inibi multa: quibus diebus habere senatum ius 9
non sit; immolareque hostiam prius auspicarique debere, qui senatum habiturus esset; de rebusque divinis prius quam humanis ad senatum referendum esse; tum porro referri oportere aut infinite de republica, aut de singulis rebus finite; senatusque consultum fieri duobus modis: aut per discessionem, si consentiretur, aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas; singulos

---

QZXOΠNTY

(§ 6) 27 feret *X pr.* ‖ hiis *QZT* his *ΠY* ‖ 28 quia *ZY* ‖ hii *ΠT* hi *QY* ‖ senatus consultum *QZONT et sic et* senatus ꝯ. *et* s̄. ꝯ. *et sim. libri passim in sqq.* ‖ maiore ue *ZT* maioreq; *Q pr.* ‖ (§ 7) 29 adscribit *X* ‖ de] *om. X* ‖ fieri] factu (*ad* factum *post* senatusconsultum *lin.* 31 *prospiciens*) *T* ‖ 30 augurem] *Q:* augure *Z* augures *rell. cf. lin.* 34 ‖ 32 incuria hostialia *Z* ‖ 33 Iulia cum] iulianum *Q* iulianū. (*in mg.*:) *Z* ‖ aea (&) *T* ‖ 34 esse] eius *Y* ‖ in hiis *QZ* in his *Π* intus *TY* ‖ 35 iuxta *x* ‖ id quoq; id *Z* id quo *X pr.* ‖ 36 aedes sacras] = *x:* aesacras *X* ‖ agne *Z* ‖ uoste *X* uestū (*sq.* templum) *Z* ‖ 37 esse] *om. X* ‖ (§ 8) 38 de inceps *X* ‖ an *Z* ‖ 39 sol *Π* ‖ 40 fuisse ς *nonnulli* (*Scheff. Vind.*) *g* ‖ existimat hos *Π* ‖ 41 eet docet. Deinde *QZ* ‖ (§ 9) 42 de inde *X* ‖ in ibi *Q* ‖ haberi *ZOXY* ‖ 43 au*spicari *X* ‖ 44 priusquam *Z* ‖ 45 referre *TY* ‖ aut infini aut infinite *X* aut infinita (*sq.* republica) *Q* ‖ 46 re publica *x* ‖ 47 dissessionem *X pr.* dissensionem *Π* ‖ autires *Z* ‖ 48 singulosum *X pr.* ‖ singulas *Z* ‖

autem debere consuli gradatim incipique a consulari gradu. Ex quo gradu semper quidem antea primum rogari solitum, qui princeps in senatum lectus esset; tum autem, cum haec scriberet, novum morem institutum refert per ambitionem gratiamque, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet, qui haberet senatum, dum is tamen ex gradu consulari esset. Praeter haec de pignore quoque capiendo disserit deque multa dicenda senatori, qui, cum in senatum venire deberet, non adesset. Haec et alia quaedam id genus in libro, quo supra dixi, M. Varro epistula ad Oppianum scripta exsecutus est.

12 Sed quod ait, senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententiis aut per discessionem, parum convenire videtur cum eo, quod Ateius Capito in coniectaneis scrip-

13 tum reliquit. Nam in libro VIIII. Tuberonem dicere ait, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta, quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis, quae per relationem fierent, discessio esset necessaria, idque ipse Capito verum esse adfirmat. Sed de hac omni re alio in loco plenius accuratiusque nos memini scribere.

QZXOΠNTY

49 incipi qua ea *Z* ‖ ex a quo *Y* ‖ 50 ante a *X pr.* ‖ rogarei (e) *X* ‖ 51 senatu *X pr.* senatus (*propter* lectus, in *sc. non om.*) *Q* ‖ lectū (*propter* senatum) *Z* ‖ 52 is] us (*praec.* ut, *sq.* primus) *Z* ‖ 53 primum (*cf. lin.* 54) *ΠY* ‖ 54 consolari *X* ‖ (§ 10) Propt̂ *X* ‖ 55 in] *om. Y* ‖ 56 senatu *Π* ‖ venire] dicere *Z* ‖ nam adesset *Π* ‖ (§ 11) id] *om. Q* ‖ idpigen' (*cf.* pignore *lin.* 54) *Y* ‖ 57 genus] = *x:* g** (*s.* ***) *X* ‖ quos pradixi *X* quos praedixi *x* ‖ opianū *Q* Opinianum *f.* Opimium *s* oppinianum *TY et sim.* ς *cf. lin.* 12 ‖ (§ 12) 60 conquesitis *TY* eū quisitis *Q* ‖ sententuis *X pr.* ‖ 61 at eius *X pr. T* ad eius *QZ* adeius *q* atius *Π pr.* aeius *N pr.* ‖ coniectanei *Z* collectaneis *TY* ‖ (§ 13) 62 VIIII] *h cf. ann. phil.* 85, 55 *sq. coll. exp. sq.* § 2 *et adn. ad* II 17, 8: .COlVIIII. *Q, ubi* COl *e. l. ad* coniectaneis (= col[l]ectaneis *cf. TY lin.* 61) *in archet. additam esse arbitror:* .CClVIIII. *q* CClVIIII *Z* CCLVIIII (. *OY*) *ONY* .CCLVIIII. *x in lac.* CC.LVIIII. *T* CC.LIX. *Π* ‖ *C. Ateii Capit. Coniect. fr.* 3 *p.* 116 *Huschk. IA*⁴; *inscriptum fuisse librum hunc nonum* de officio senatorio (*cf.* IV 10, 7 *sq.*) *perspexit m act. ant.* 1846 *p.* 876 *cf. m* 667 ‖ Tuberonem] = *X mg. cf. HPeter VHRR p.* CCCLVIII: tuueronem *ZOX* ‖ *Q. Aelii Tub. fr.* 1 *p.* 99 *Huschk. l. l.* ‖ 63 posse] *om. T* ‖ 64 his *QΠTY* ‖ p elationem *O pr. ΠN* pelationem *X* p lat(e *Q*)ionem *QZ* ‖ 65 ipse] *om. Z* ‖ esse] *om. Y* ‖ Sed*** de hac (hęc?) *X* ‖ 66 re memini scribis alio *X* plenus *X pr.* ‖ memini scribere] = *O:* **memini scrib; (me *ut vid.*) *omg.* ‖

VIII.

Quaesitum esse dissensumque, an praefectus Latinarum causa creatus ius senatus convocandi consulendique habeat.

Praefectum urbi Latinarum causa relictum senatum habere 1
posse Iunius negat, quoniam ne senator quidem sit neque ius habeat sententiae dicendae, cum ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit senatoria. M. autem Varro in quarto epistolicarum 2
quaestionum et Ateius Capito in coniectaneorum VIIII., ius esse praefecto senatus habendi dicunt; deque ea re adsensum esse Capito Varronem Tuberoni contra sententiam Iunii refert: Nam et tribunis, inquit, plebis senatus habendi ius erat, quamquam senatores non essent, ante Atinium plebiscitum.

QZXOΠN

VIII. (*lemm.*) 2 an] a *O pr.* ‖ paefectus *N* ‖ creat** *O pr.* relictus *coll.* § 1 λ ‖ uisse natus *X* ‖ *ipsum cap. ne nota quidem interpunctionis addita (scribere* p̄fectum *Q scribere* p̄fectum *Z) cum praecedente coniungunt QZ* ‖ (§ 1) 5 Iunius] *libri fere omnes, κ emend. I 19. recte M. Iunium Gracchanum intellegens:* minus ς Mutius *e* ‖ *M. Iunii Gracchani (de potestatibus, ut cum κ statuendum esse videtur) fr. inc. II (XI) m de Iunio Gracchano I p. 47 sq., fr. 15 h de L. Cinciis p.* 105 ‖ ſit *Z* ‖ neq̄ius *X* ‖ eius (*praec.* e) *Π* ‖ 7 sit* (e) *X* ‖ senator iī autem *Z* ‖ (§ 2) in] *om. Z* ‖ quarto] = .IIII. *Q rell.:* .IIII.^{or} *q* ‖ epl̄arū *Π* ‖ *Varr. epist. quaest. lib. IV fr. p. 196 Bip.* ‖ 8 at eius *X pr. O* ad eius *QZ* adeius *q* ‖ coniectabeorum *X* ‖ VIIII] *h l. c. 7 § 13 l.:* COlVIIII. *Q* CCIVIIII. *Z* CCLVIIII (. *O*) *XON* .CCLIX. *Π* ‖ *C. Ateii Capit. Coniect. fr. 4 Huschk. l. l. cf. m* 651 *atque Dirksenium l. ab eo l. coll. Frederkingio philol.* 19, 654 *sq. cum nr p.* 655, 3 *adn.* ‖ 9 .Ius *QZ* ‖ praefectus (*post* ius *et ante* senatus) *Π* ‖ ad sensū *QZ* ‖ 10 esse se Capito *P Wesseling observat. var. I 16 p. 48 sq. Frotsch.* ‖ Capito Varronem] *hc, ab Huschkio receptum, a : RStR³ II 201¹ tacite, ab HPetero VHRR p.* CCCLVIII *expresse probatum:* capitonem ‖ tuueroni *ZX pr. O* ‖ 11 tribunus *ZX* tribunos *Q* ‖ 12 iuserat quaquā *X* ‖ 13 ple bi sci tum (*tamquam unicum voc. in lin. libri extr.*) *O* ‖

Explic̄ lib̄ XVI. Incipiunt Capitul lib̄ XVII. ▽ Cap ·I· ¦Septimo decimo ꝛmentario hec insunt *Post lemmatum indicem* Lib̄ XVII. Incip̄ ▽ Cap̄ ·I· *Q* Explicit lib XVI· (*rubr.*) Septimo decimo commentario hec insunt (*sq. sine distinct. nota lemm. cap.* I); *fol. inseq. m. rec. supscr.*

Lib. XVI. In lib. impress. XV. *Post lemmata* Incip. lib. VIIX. (*sic rubr.*) Z AGELLII NOCTIV̄ ATTICARV̄ LIB. XV. EXPLIC. INCIP. XVI; XVI CŌMENTARIO HAEC INSVNT *Post lemmata lib.* XV *cap.* I *sine inscr. inc.* X .A. GELLI NOCTIV̄ ATTICAR: LIBER SEXTVS DECIMVS EXPLICI TVS ‖ INCIP. LIBER XVII FELIC. SEPTIMO DECIMO COMMENTARIO HAEC INSVNT *Post lemm. una lin. vac., cui m. rec. inscr.* Liber XV. *O* Agellii noctium Atticarum liber XVI explicit'. Incipit liber XVII. feliciter. Septimo decimo cōmentario ħ insunt *Post lemmata* Incipit LIBER SEPTIM' .X'. *Π* A. GELLII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XVI. EXPLICITVS. SEPTIMO. DECIMO. COMMENTARIO. HAEC. INSVNT. *Post lemm.* A. GELLII. NOCTIVM. ATTICARVM. LIBER. XVII. INCIPIT. FELICITER. *N*

A. GELLII
NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVINTVS DECIMVS.

I.

Quod in Quinti Claudii annalibus scriptum est, lignum alumine oblitum non ardere.

Declamaverat Antonius Iulianus rhetor praeterquam sem- 1
per alias, tum vero nimium quantum delectabiliter et feliciter. Sunt enim ferme scholasticae istae declamationes eiusdem hominis eiusdemque facundiae, non eiusdem tamen cotidie felicitatis. Nos 2
ergo familiares eius circumfusi undique eum prosequebamur domum, cum inde subeuntes montem Cispium conspicimus insulam quandam occupatam igni multis arduisque tabulatis editam et propinqua iam omnia flagrare vasto incendio. Tum quispiam ibi ex comitibus Iuliani: 'magni', inquit, 'reditus urbanorum praediorum, sed pericula sunt longe maxima. Si quid autem posset remedii fore, ut ne tam adsidue domus Romae arderent, venum hercle dedissem 3

QZXOΠNTY

LIB. XV Cap. I. *Exstat in TY* ‖ (§ 1) 6 Sunt—felicitatis] *om. TY* ‖ ***(*s.* ****)clamationes *X pr.* ‖ (eiusdem hominis) ɔ ‖ 7 factū die *QZ* ‖ (§ 2) Nos] *om. Q i* ‖ 8 circunfusi *X* ‖ cū pseq̄bamur. Domum cū *Q* ‖ prosequebantur *X pr.* ‖ 9 tum *q* ‖ .Cumde inde *X* ‖ deinde *ΟΠNTY* ‖ Cispium] *Ph. Beroaldus annotatt. in Gell.* (*Gruteri lamp.* I 225): *ed. Ascens. a.* 1511: caspium (= *ed. Ph. Beroaldus Bonon. a.* 1503) ‖ 10 occupa*tã *X* ‖ tabulaṇtis *Z* ‖ eḍictam *X* edita *Y* ‖ ppinquã. iam omia *Q* ‖ 11 incendia *Q* ‖ (§ 3) 12 :'magni'] *om. Z* ‖ redditus *Π* ‖ preditorum *Z* ‖ 13 fore] ferri *Ph. Rubenius elect.* II 17 *p.* 63; *Oiselius* ‖ 14 arderent ** *enũ *X pr.* ‖

4 res rusticas et urbicas emissem'. Atque illi Iulianus laeta, ut mos eius fuit, inter fabulandum venustate: 'si annalem', inquit, 'undevicesimum Q. Claudi legisses, optumi et sincerissimi scriptoris, docuisset te profecto Archelaus, regis Mitridati praefectus, qua medella quaque sollertia ignem defenderes, ut ne ulla tua aedificatio e ligno correpta atque insinuata flammis arderet'.

5 Percontatus ego sum, quid esset illud mirum Quadrigarii.
6 Repetit: 'In eo igitur libro scriptum inveni, cum obpugnaret L. Sulla in terra Attica Piraeum et contra Archelaus regis Mitridati praefectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, cum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod alumine ab Archelao oblita fuisset'.

7 Verba Quadrigarii ex eo libro haec sunt: Cum Sulla conatus esset tempore magno, eduxit copias, ut Arche-

---

QZXOΠNTY

15 rusticias *T* ‖ (§ 4) Atque] = ϙ: Adque *Π* Atqui *N* ‖ Iudianus *X pr.* ‖ 16 interfabulatur *Q* (*Longolius et sic s.* interfatur λ) interfabulatus *i* interfatus *FCAOtho* ‖ 17 reditus unde uicesimum (reditus *post prius* inquit *lin.* 12 *h. l. perperam repetito*) *X* uicesimum *T* ‖ unde uicesimumq; claudii *Y* ‖ Q.] *om. T* que *X* q; *Z* ‖ claudii *QO pr. ΠT* cladi *X* ‖ legisses] = *Y m. rec.:* legisse *Y* ‖ optimi *ZΠTY* ‖ 18 regis] *om. TY* ‖ mit idati *X pr.* mithridati *QONT* mythridati *Π* metridati *Y* ‖ 19 qua] que (*ex sq.* quaque *petitum*) *Z* ‖ medela *QZΠNTYx* medellae ϙ ‖ ne] ue *Q* ‖ 20 edificia *Y* ‖ atque *om. Y* ‖ flamis *Q* ‖ (§ 5) 21 percunctatus *QΠTY* pcvntat' *x* percognat' *Z* ‖ quadrigarũ *O* ‖ (§ 6) 22 *distinctionem inter* repetit *et in del. q* ‖ *In usum suum haec convertit Amm. Marc.* XX 11, 13 *cf. Herm.* 8, 278 ‖ 23 atica *X* ‖ pireum pyreum (*v. l. in verb. ord. recepta*) *X* pyreum *TYx* pyraeum *Π* piraeeum ϙ piracũ *Q* ‖ mithridati *XOΠNT* mithridatis *O m. rec.* ‖ 24 praefectus qua medela ex (*cf. lin.* 19) *Π* ‖ lignea *Y* ligne ac *Z* ligneam ac *Q* ‖ 25 cum] *om. QZ* ‖ 26 quisse] = *x:* quiq; *X* ‖ a lumine *T* albumine *RTitius loc. controv.* I 19 *p.* 23 *sq., at cf.* Yvonem *Villiomarum* (*IScaligerum*) *in loc. controv. RT. animadv. lib.* (*ed. Commelin. a.* 1597) *p.* 28 *ipsumque fere Titium assertionis* I 19 *p.* 30 *sq.* ‖ ab] *om. Π* ‖ (§ 7) *Q. Claudii Quadrig. ann. lib.* XVIII *fr.* 81 *p.* 233, *p.* 149 *ed. min. HPet.* ‖ 27 ex] *om.* ϙ ‖ Cum] *QZ* (*PLambecius prodr. p.* 71): tum (= *Lipsius l. infra l., vg.*) ‖ 28 esset] *Q* (*Lambecius*): est et (= *Lipsius virgula post* est *posita, post* magno *om.; vg., virgula post* magno *om.*) ‖ tempo ϛ (*Linc.*) *unde* impete *i opere Lipsius Poliorcet.* II *dial.* IIII *p.* 92 *mg.*ª *Antverp.* 1599; *MRaderus ad Curt.* IV 6, 11 *p.* 199 *ed. Snakenb.* ‖

lai turrim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet. Venit, accessit, ligna subdidit, submovit Graecos, ignem admovit; satis sunt diu conati, numquam quiverunt incendere, ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine, quod Sulla atque milites mirabantur, et postquam non succendit, reduxit copias.

II.

Quod Plato in libris, quos de legibus composuit, largiores laetioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimavit.

Ex insula Creta quispiam aetatem Athenis agens Platonicum 1
sese philosophum dicebat et viderier gestibat. Erat autem nihili 2
homo et nugator atque in Graecae facundiae gloria iactabundus
et praeterea vini libidine adusque ludibria ebriosus. Is in con- 3
viviis iuvenum, quae agitare Athenis hebdomadibus lunae sollemne
nobis fuit, simulatque modus epulis factus et utiles delectabilesque
sermones coeperant, tum silentio ad audiendum petito loqui coeptabat atque id genus vili et incondita verborum caterva hortabatur omnes ad bibendum, idque se facere ex decreto Platonico praedicabat, tamquam Plato in libris, quos de legibus composuit,

---

QZXOΠNTY

29 interposuit] = *t:* imposuit *Π Vat.* 3452 ϙ inposuit *SGerm.* ˙an interea posuisset?˙ *HPeter ed. min. p.* XVI in tēpe (*cf. lin.* 28) *T* ‖ 31 grecōs (s *in ras.*) *Q* ‖ ammouit *T* ‖ satis] *om. Z* ‖ 32 ita] Item *Q* idem *Salmasius* ‖ 34 redduxit *O* ‖

II. *Numerum* II *in mg. bis ad lemmatis lin. utramque adscr. Z. Exstat in TY.* § 7 *pars in excerpt. Bruxell.* (*v.* XIV 5 *init.*). *Inde a* § 3 *extr. adhibuit. a* § 5 *verbotenus fere descripsit Macr. Sat.* II 8, 4—9, *eumque inde a* § 4 *capitis Gelliani excerpsit Io. Saresb. Polycr.* VIII 10 *p.* 259 *sq. G.* ‖ (*lemm.*) 2 libis *Q pr.* ‖ conposuit] scripsit *Π* ‖ leticioresq; *Q* ‖ 3 inuitantiunculas *Z* ‖ intiles; *X* ‖ esse existimavit] *om. X* ‖ (§ 1) 4 chreta *T* reta *N* ‖ "agens "athenis *Π* ‖ platoni cum *Q pr.* ‖ platonicum philosophum "esse 'se *O* ‖ 5 sese] esse *ZΠ* esse se *NTY cod. Torn.* ‖ uideri ergestibat *X pr.* ‖ gestiebat *QTO m. rec.* gestabat *Z* ‖ (§ 2) autem] enim *XY* ‖ 6 in] *om. X* ‖ 7 ludybria *X* ludribria *Y* ‖ ebriosusus; is *Q* ‖ (§ 3) 8 hebdomadibus] *o:* ebdomadibus ‖ 9 simul» atque (;) *spacr. .i.* postquam *X* ‖ modis (*sq.* sc. epulis) *Q* ‖ 10 silentia *X pr.* silentiñ *T* ‖ petito] = *x. in* petita *antea a se mutatum X* ‖ 11 atque igenus *X* ‖ incondita nerborum condita caterua *Q* ‖ nerbarum *X pr.* ‖ 12 adbibendum *X pr.* adhibendum *Q pr.* ‖ p̄dicebat *TY* ‖ 13 Plato] *om. ZT* ‖

laudes ebrietatis copiosissime scripsisset utilemque esse eam bonis ac fortibus viris censuisset; ac simul inter eiusmodi orationem crebris et ingentibus poculis ingenium omne ingurgitabat, fomitem esse quendam dicens et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret.

4 Sed enim Plato in primo et secundo de legibus non, ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quae labefacere et inminuere hominum mentes solet, laudavit, sed hanc largiorem paulo iucundioremque vini invitationem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris et magistris conviviorum sobriis, non improbavit. Nam et modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existumavit reddique eos sensim laetiores atque ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores, et simul, si qui penitus in his adfectionum cupiditatumque errores inessent, quos aliqui pudor reverens concelaret, ea omnia sine gravi periculo, libertate per vinum data detegi et ad corrigendum medendumque fieri opportuniora.

6 Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neque respuendas huiuscemodi exercitationes adversum propul-

---

QZXOΠNTY

14 laudis *Z* leges *cod. Torn.* ‖ aebrietatis *X* ‖ 15 eius moderationem *ZΠ* ‖ 16 s: (ex crebris *ascito* s) *Z* atque *Π* ‖ omne ingenium *XNT* ‖ 17 quaedam *X* q̃dam *Q primae litt. e spscr. q* ‖ ignitabulum] *Macr. BP, h cf. Plat. legg.* II 666 *AC;* 671 *B:* incitabulum (ἄπαξ λεγόμενον) *libri atque inde, ut arbitror, nonnulli codd. dett.* (*AS ap. Ian.*) *Macr.* ‖ 18 flagraret *Q* ‖ (§ 4) *Plato legg.* I *p.* 637 *A sqq.;* 647 *E sqq.:* II 666; 671 *B sq.* ‖ 19 et in secundo *X* ‖ 20 aebrietatem *X* turpissimamq; labefacere *Z* ‖ 21 han *X pr.* ‖ 22 largitiorem *Z* largiciorem *Q* ‖ poculo *Π* ‖ iocundioreq; *Y* ‖ uis *Q pr.* ‖ 23 abitris *Y* ‖ arbitrisset (*in mg.*) *Z* ‖ conuiuorum *QY* ‖ (§ 5) 24 et] *om. TY* ‖ 25 existimauit *QZXTY* ‖ 26 letiores *QX* lectiores *Z* ‖ 27 liis adfectione *Z* ‖ 28 cupiditatumqne *X* ‖ quos celaret alioquin (alloqui *B;* alioqui *et* alios *e. l. ap. Io. Sar.*) pudor reuerens *Macrobius* ‖ aliquis *ZXO m. rec., cod. Torn. litt. s in fine supraposita* '*forsan* alioqui' *mg. ed. Torn.* ‖ 29 conceleret *Z non* celaret *X* cęlaret *Y* ‖ sinegani *X pr.* ‖ (§ 6) 32 etiam hoc *TY* ‖ ibidem *X* ‖ diffugiendas *libri Macrobiani* ‖ 33 exercitationis *T pr.* exerrationes *Lipsius elect.* I 7 ‖ adversum—violentiam] *fort.* '*a glossa insitum*' *putat Lipsius l. l.*

sandam vini violentiam neque ullum umquam continentem prorsum ac temperantem satis fideliter visum esse, cuius vita victusque non inter ipsa errorum pericula et in mediis voluptatum inlecebris explorata sit. Nam cui libentiae gratiaeque omnes conviviorum 7 incognitae sint quique illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas eiusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas compulerit, deleniri plerumque et capi, neque mentem animumque eius consistere, sed vi quadam nova ictum labascere. Congrediendum igitur censuit et tamquam in 8 acie quadam cum voluptariis rebus cumque ista vini licentia comminus decernendum, ut adversum eas non fuga simus tuti nec absentia, sed vigore animi et constanti praesentia moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur et calefacto simul refotoque animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae vel torpentis verecundiae fuerit, deluamus.

QZXOΠNTY

34 vini] uim *Π* ‖ illum *Macr. B pr.* ‖ 35 ac] aut *Macr.* ‖ cui *Macr.* ‖ vita] uisum (*iteratum*) ipsa (*ex proxime sq. petitum*) *Q* ‖ victusque] *om. Macr.* ‖ 36 uoluptatibus (*ad* mediis *relatum*) *Y* ‖ incelebris *X pr.* ‖ (§ 7) 37 ćniuoą *X* ‖ 38 expressit *Z SGerm. Vat.* 3452 ‖ Expers sum si cum (?) forte—compulerit (*lin.* 40) *exhibet excerpt. Brux.* ‖ eum] cum *QY cf. adn. prace.* ‖ 39 uoluntates (*propter sq.* voluntas) *Π* ‖ uoluptas (*propter praec.* voluptates) *Macr. P pr.* ‖ 40 autme cessitas *X* ‖ impulerit mox deleniri (deliniri *p*) et capi *Macr.* ‖ deliniri *QXT* ‖ 41 eius animumque *Macr.* ‖ ɔsisteres (*sq. sc.* sed) *Q* consistere* *Macr. B* subs*istere (t) *eiusd. P* ‖ sed vi] *om. X* et in *Z* ‖ sed vi—labascere] *om. Macrobius* ‖ 42 labescere *XY* ‖ labascere ogrediendum. Igitur *QZ* ‖ (§ 8) tāq̄ *X pr.* ‖ 43 quaṇdā *X* ‖ ita *Q pr.* ‖ 44 cōmunis *X pr.* ‖ decernendum ait; aduersum *X* ‖ adversus *Macr.* ‖ fuga non *Π* ‖ nec absentia simus tuti *Macr.* ‖ 45 et] *sup. lin. add. z* ‖ moderatioque *X pr.* ‖ 46 continentiamque] = *q:* continentiam** (*s. ***) *Q* ‖ tueamur te (*ex r. l.* tueamur *ortum*) .Et *Q* ‖ 47 refetoque *Q* refactoque *X* refectoque *q* (*v. l. ap. Sar.*) *idemque certe voluit* refecto *corrigens x* ‖ frigidię tristicię *Y* ‖ 48 uerecondie *Q* ‖ diluamus *Π Macr.* deluamur *X et sic aut* diluamur *z* (mur *ad* diluamus *notatur in* ꝛ. *neque aliud quid indicatum fuerit in z, ex quo* deluamur *effert i*) abluamus *Io. Sar.* ‖

III.

Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque, quae praeposita est verbis 'aufugio' et 'aufero'; et an in verbo 'autumo' eadem istaec praepositio esse videri debeat.

1 Legimus librum M. Ciceronis, qui inscriptus est orator. In
2 eo libro Cicero, cum dixisset, verba haec 'aufugio' et 'aufero' composita quidem esse ex praepositione 'ab' et ex verbis 'fugio' et 'fero', sed eam praepositionem, quo fieret vox pronuntiatu audituque lenior, versam mutatamque esse in 'au' syllabam coeptumque esse dici 'aufugio' et 'aufero' pro 'abfugio' et 'abfero',
3 cum haec, inquam, ita dixisset, tum postea ibidem super eadem particula ita scripsit: Haec, inquit, praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur.

4 Invenimus autem in commentario Nigidiano, verbum 'autumo' compositum ex 'ab' praepositione et verbo 'aestumo' dictumque intercise 'autumo' quasi 'abaestumo', quod significaret
5 'totum aestumo', tamquam 'abnumero'. Sed, quod sit cum honore

---

QZXOΠNTY

III: IIII *in lemm. Z. Exstat in TY. Usus est hoc cap. Macrobius de diff. et soc. Gr. Latinique verbi cf. exc. Paris.* V 600, 17 *sqq., exc. Bob. p.* 632, 6 *sqq.;* 637, 19 *sqq. K., quod Eichenfeldius (anal. Vind. p.* 149, *c), et Keilius indicaverunt, exposuit GFCSchoemann comm. Macrob. Lips. (diss. Gryph.)* 1871 *p.* 39 *sq. cf. k* 56 ‖ (*lemm.*) 2 ista] *om. Π* ‖ scripseritqneque *x* scripseritqueque **X** ‖ preposita sunt ē. uerbis (*lin. sup. e addidisse vid. q*) *Q* ‖ 3 aufigio **X** *pr.* ‖ istaec] *h:* ista haec (hec *Q*) *rell.* ista *Π* ‖ (§ 1) 5 M.] *om. XOΠN* ‖ (§ 2) 7 p̄p̄sione *q* p̄cessione *Q* ‖ 8 *Cic. or.* 47, 158 ‖ eam] = *x:* eam *in* **X** ‖ quo] = *q:* qđ *Q* ‖ 9 mutatatāq; *Q* ‖ 10 aufigio **X** *pr.* ‖ abfere **X** *pr.* ‖ (§ 3) 11 haec] *om. TY* ‖ postea ea *Π* ‖ 12 Haec] quae *Cicero* ‖ ppsitio *Z* ‖ 13 nulla (*propter* verba) **X** *pr.* ‖ reperietur] = *xn:* repperietur *Q pr. ZΠY* reperitur *N, v. l. ap. Cic.* perietur **X** ‖ (§ 4) *P. Nigidii Fig. comm. gramm. lib. inc. fr. Rulgers. VL* III 16 *p.* 266 *sq.* ‖ 15 auttumo **X** ‖ ab] *e (cf.* § 2; 8. *exc. Macr. p.* 600, 20; 632, 7; 637, 21): eau *N* au *n rell.* ‖ aestimo *T* estimo *Q* ‖ 16 abaestimo *T* abestimo *Q* ab aestumo *OY* ‖ 17 aestimo *T* estimo *Q* ‖ tamquam abnumero (ab numero *ZONY*)] sicut abnumero idem est et numero *exc. Macr. p.* 600, 21: sicut abnumero idem esse quod numero *p.* 637, 20; *num ap. G. post* abnumero *propter* ἐφαπτὰξαντον *excidit* idem est quod numero, *quod maxime ad verba Macrobiana accederet? exspectares potius* totum numero *vel* significat totum numero ‖ (§ 5) honorre **X** honere *O pr. x* onere *Π* ‖

multo dictum P. Nigidii, hominis eruditissimi, audacius hoc argutiusque esse videtur quam verius. 'Autumo' enim non id 6
solum significat: 'aestumo', sed et 'dico' et 'opinor' et 'censeo', cum quibus verbis praepositio ista neque cohaerentia vocis neque significatione sententiae convenit. Praeterea vir acerrimae in studio 7
litterarum diligentiae M. Tullius non sola esse haec duo verba dixisset, si reperiri posset ullum tertium. Sed illud magis inspici 8
quaerique dignum est, versane sit et mutata 'ab' praepositio in 'au' syllabam propter lenitatem vocis, an potius 'au' particula sua sit propria origine et proinde, ut pleraeque aliae praepositiones a Graecis, ita haec quoque inde accepta sit; sicuti est in illo versu Homeri:

Αὗερυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,

et:

Ἄβρομοι, αὐλαχοι.

IV.

Historia de Ventidio Basso, ignobile homine, quem primum de Parthis triumphasse memoriae traditum est.

In sermonibus nuper fuit seniorum hominum et eruditorum, 1
multos in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse

---

QZXOΠNTY

18 pnigidii *Q* ‖ (§ 6) 19 Autemo *T* ‖ id *Q vel potius, ut vid., q* ‖ 20 aestumo] *T:* estumo *ZY* estimo *Q om. XOΠN* ‖ *primum* et] *om. T* ‖ 21 *prius* neque] ne *Y* ‖ 22 significationē *X pr.* ‖ sententia *ZX pr.* ‖ (§ 7) acerrone *X* acer rome *x* ‖ in studio in *T* ‖ 23 diligentiae] *VAcidalius ad Vell. Pat.* I 7, 4: *Vell. lect. Patav.* 1590 *p.* 8 *sqq.* (*PScriverius, Salmasius. g cf. i. μ app. crit. ad disp. de Asconio Ped. p.* 29. 6; *adv. crit.* II 611): licentiae (licentie *T* licencie *Q*) *libri* scientiae *altera Scriverii coni.* ‖ haec] *om. Y* ‖ 24 repperiri *QZO* ‖ (§ 8) 25 versane sit] 14 *fere litt. spat. vac. vel. om. Y* nersa ue sit *ZT* ‖ 26 p̄t laenitatem *X* ‖ au] aut *X* ‖ *Hom. Il.* I 459 ‖ GR. *QT* ‖ 30 AYEPYCA *Z* ‖ KAIECΦAΞAN *Z* KEC|ΦAΞAN *X* ‖ KAI *Y* ‖ EΔCIPAN *Z* EΔETPAN *X* ‖ 31 ET *Z:* KAI *XΠNY Vrb.* ‖ *Hom. Il.* XIII 41 ‖ 32 ABPOMOI *X* ‖ AYAXOI *Z Vrb.* ‖

IV: V *in lemm. Z. Exstat in TY: epigr.* § 3 *lin.* 28 *sqq. exhibent excerpta Bruxell.* (*cf.* XIV 5 *init.*) ‖ (*lemm.*) 2 ignobile] *QZ cf. Neue Formenlehre* II² 31 *sq.; Bücheler lat. Decl. p.* 51, *p.* 100 *ed. IV:* ignobili ‖ partis *QZ* ‖ 3 memoria *Π* ‖ (§ 1) 4 senior *Y* ‖ 5 ueteri *TY* ‖

2 ignobilissimos prius homines et despicatissimos. Nihil adeo de quoquam tantae admirationi fuit, quantae fuerunt, quae de Venti-
3 dio Basso scripta sunt. Eum Picentem fuisse genere et loco humili et matrem eius a Pompeio Strabone, Pompei Magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse; mox triumphante Pompeio Strabone eum quoque puerum inter ceteros ante currum imperatoris sinu matris vectum esse; post, cum adolevisset, victum sibi aegre quaesisse cumque sordide invenisse conparandis mulis et vehiculis, quae magistratibus, qui sortiti provincias forent, praebenda publice conduxisset. In isto quaestu notum esse coepisse C. Caesari et cum eo profectum esse in Gallias. Tum, quia in ea provincia satis naviter versatus esset et deinceps civili bello mandata sibi pleraque inpigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Caesaris, sed ex ea in amplissimum quoque ordinem pervenisse; mox tribunum quoque plebi ac deinde praetorem creatum atque in eo tempore iudicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio; post vero coniunctum patribus non pristinam tantum dignitatem reciperasse, sed pontificatum ac

---

QZXOΠNTY

6 ignobilissimos—quoquam] *in mg. add. O* ‖ prius—despicatissimos] *post* ignobilissimos *om. Q* ‖ prius—quoquam] *in mg. add. N* ‖ despeccatissimos *X* despectissimos *x* ‖ (§ 2) adeo *tamen de* (*X ex sil.?*) *e* ‖ 7 tantae] = *x*: ante *X* ‖ admirationis *X pr.* āmirationis *TY* ‖ uenditio *T* ‖ (§ 3) 9 matre a (*om.* eius) *Y* ‖ apompeio *Z* opompeio *X pr.* ‖ ponpeio *Q* ‖ pom(s. pō)peii *XTY* ponpeii *Q* ‖ 10 sociali Quo *X* ‖ aesculanos *OΠNT* esculanos *ZYq* escula nos *Q* ‖ ^{*p}catam (*ut vid.*) *X* ‖ 11 trihūphante *Z* ‖ ponpeio *Q* pomeio *Z* pompoeio *X pr.* ‖ 12 sinu] = *x*; **sinu *X pr.* ‖ adoleuisse *T* ‖ 13 aegere *X pr.* ‖ 14 conprandis *Q pr.* cōprandis *X pr.* cōpand *Y* confricandis *vel* curandis *Scriverius, Oiselius* ‖ uehiculisq; magistratibus *Z* ‖ uehicula magistratibus ... conduxisse *Scriverius, Oiselius* ‖ quae] *om. XOΠN* ‖ 15 eū dixisset *QZ* conduxisse *Πx* cōdixisse *q* ‖ .In] in *ZY* ‖ histo *X* ‖ 16 C.] *om. X*: G. (*s.* .G.) *TYq in ras.* ‖ cesaris *Y* ‖ esse] *om. Q* ‖ 17 quia****[in ea (in ea ?) *X* ‖ 17 gnauiter *o* ‖ 18 &de inceps *X* ‖ 19 amicciā *Y* ‖ 20 plebis *O m. rec.* ‖ acde inde *X* ‖ 21 eratum *Q pr.* ‖ in] *om. T* ‖ asenatū *Z* ‖ 22 ".m."eū *Z* ‖ M.] *om. X* ‖ coniunctum patribus] *h*: coniunctis (iunctis *X*) patribus *libri fere omnes* conuictis partibus *e* (*Havn.*), *non improb. c excurs. ad G. trias* (*Kil.* 1827) I, *opusc. p. 72 sq.* coniunctis partibus *c rg.* ‖ 23 pistrinā *T* ‖ recuperasse *Q O rec. xy* ‖

deinde consulatum quoque adeptum esse, eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur:

Concúrrite omnes aúgures, harúspices!
Porténtum invisitátum conflatum ést recens:
Nam múlas qui fricábat, consul fáctus est.

Eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere sepultum esse.

V.

Verbum 'profligo' a plerisque dici inproprie inciteque.

Sicut alia verba pleraque ignoratione et inscitia improbe dicentium quae non intellegant deflexa ac depravata sunt a ratione recta et consuetudine, ita huius quoque verbi, quod est 'profligo', significatio versa et corrupta est. Nam cum ab adfligendo et ad perniciem interitumque deducendo inclinatum id tractumque sit semperque eo verbo qui diligenter locuti sunt ita usi sint, ut

---

QZXOΠNTY

24 es*se (t) *X* ‖ intolleranter *ZXNY* ‖ 25 uenitidum *X pr.* ‖ 28—30 *Anth. Lat. lib.* II *ep.* CXXIX *t.* I *p.* 307 *Burm.; ep.* 773 *t.* I *p.* 246 *HM.* ‖ 28 aruspices *QΠT exc. Brux.* ‖ 29 oportentum *X* ‖ invisitatum] *Brouckhusius teste Burm.* (*Th. Bergk mus. phil.* 19, 605; *Aug. rer. gest. ind. p.* 110): inusitatum ‖ est. recens nam *ΠN* ‖ 30 mulas] *Q:* muloa ‖ qui fricabat mulos *NHeinsius* ‖ fabricabat *O pr. Yt exc. Brux.* fabricabit *T* ‖ (§ 4) *Suet.* π. Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἐθῶν *ll.* II *fr. p.* 283 (*cf. p.* LXXIII) *Roth.; historiae cuius tit. inc. est rell.* 210 *p.* 355 *sq.* (*cf. p.* 469 *sqq.*) *Rffsch.* ‖ 32 partosque *Z* ‖ siriam *QZY* ‖ 33 introrumpentes *QTY* intro rumpentis *Z* ‖

V: VI *in lemm. Z. Adhibuit Non. s. v.* profligare *p.* 160. 23 *cf. ann. phil.* 85, 717; 718 *sq.* ‖ (*lemm.*) 2 proflico *Z* ‖ inpe *Q* ‖ inciteq; *X pr.* ‖ (§ 1) 3 in scithia *Z* ‖ 4 dicentum *X pr.* ‖ 5 ita] *sup. lin. add. x* ‖ quoque huius *Π* ‖ (§ 2) 6 ab] *om. Z* ‖ 7 Id *Z* ‖ 8 qui] qđ (*propter* verbo) *Z* ‖ diligenter] eleganter *Scriverius. Oiselius. at cf. ipsum Ois. et c l. cummaxime l.* II. *op. p.* 74, 1 ‖ ausi *Z* ‖ sunt (*ex prace.* sunt *iteratum*) *XΠ*

'profligare' dicerent 'prodigere' et 'deperdere' 'profligatas'que res quasi 'proflictas' et 'perditas' appellarent, nunc audio, aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta adfectaque
3 sunt, 'in profligato esse' dici ipsaque esse iam 'profligata'. Quapropter urbanissime respondisse praetorem, non indoctum virum, barbasculo cuidam ex advocatorum turba, Sulpicius Apolli-
4 naris in quadam epistula scriptum reliquit. Nam cum ille, inquit, rabula audaculus ita postulasset verbaque ita fecisset: 'Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cognituram esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua profligata sunt, unum id solum relictum est, de quo, rogo, audias', tum praetor satis ridicule: 'An illa negotia, de quibus iam cognovisse me dicis, profligata sint, equidem nescio; hoc autem negotium, quod in te incidit, procul dubio, sive id audiam sive non audiam, profligatum est'.

5 Quod significare autem volunt, qui 'profligatum' dicunt, hi, qui Latine locuti sunt, non 'profligatum', sed 'adfectum' dixerunt, sicuti M. Cicero in oratione, quam habuit de provinciis

---

QZXOΠN

9 edicerent (*e primo ex* e *extr. in* profligare *geminato*) *Z* ‖ profligere *recte fort. IXOlt ann. phil.* 109, 835, 12 ‖ perdere *O pr.* ‖ *litt.* tasque res *in ras. Z* ‖ 10 quasi proflicta pfligata depdita. s; perditas appellarent ': (*gloss. in verb. ord. inculcato, verbis* proflictas et *in* proflicta s; *divulsis*) *Z* quasi proflicta deperdita perditas appellarent *Q* ‖ profligtas *X pr. ON* ‖ *f.* deperditas *Olt l. l.* (cum sit profligatum perditum *etc. Nonius*) ‖ 11 ferme *Z* ‖ multaque prope *X* ‖ 12 inprofligato *e* inprofigato *X* ‖ (§ 3) 14 barbasculo] *cs*: baruasculo *QZXOΠN* Barbasculo *c* barbatulo *s* (*Hafn.*). *Ald., e l. l. p.* 77, 6 barbariusculo *p* vasculo *Scriverius f.* babaccalo *NHeinsius in ep. ad Munckerum data: Burmanni syll. epp.* V 41[1] ‖ (§ 4) 16 ille] *om. Q* ‖ robula *X pr.* ‖ autaculus *Hx* aulaculis *X* ‖ audaculū sita *Q* audabu|lum sita *Z* ‖ 17 omniaq; (q; *ex* verbaque *iteratum*) *Z* oña q̄ *Q* ‖ de quibus—diligentia] *post* negotia *om. X, supscr. x* ‖ de quibus iam cognouisse medicis (*cf. lin.* 21) diligentie tue locitate (me dicis diligenti uelocitate *q*) *Q* ‖ 18 diligentie tue locitate *Z* ‖ 20 redicule *Z* ‖ 21 medicis *Q pr.* ‖ profligatas inte quidem *ZX pr.* ‖ 22 nescio] inte nescio *Z* ‖ 23 inte *Z* te *q* ‖ inodit *QZ* mordet *ut vid. q* ‖ (§ 5) 25 qui] qđ (*male ex praec. iteratum*) *Z* ‖ dicunt] = *in ras. et ad mg. x* ‖ hii *Z* ‖ 27 sicuti M.] = *x*: sicutim. *X* ‖

consularibus. Eius verba haec sunt: Bellum adfectum videmus et, vere ut dicam, paene confectum. Item infra: Nam ipse Caesar quid est quod in ea provincia commorari velit, nisi ut ea, quae per eum adfecta sunt, perfecta reipublicae tradat. Idem Cicero in oeconomico: Cum vero adfecta iam prope aestate uvas a sole mitescere tempus est.

VI.

In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore et Aiace.

In libro M. Tulli, qui est secundus de gloria, manifestus error est non magnae rei, quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantum legerit Ὁμήρου τὸ Η΄. Quamobrem non tam id mirabamur, errasse in ea re M. Tullium quam non esse animadversum hoc postea correctumque vel ab ipso vel a Tirone, liberto eius, diligentissimo homine et librorum patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eo libro est: Apud eundem poetam Aiax cum Hectore con-

---

QZXOΠNTY

28 consularibus *X pr.* ‖ (§ 6) *Cic. de prov. cons. or.* 8, 19 ‖ 29 bene (*in mg.* ˚) *Z pr.* ‖ (§ 7) *ibid.* 12 § 29 ‖ 30 quid *Z* ‖ quod] cur *codd. Cic.* ‖ in ea] mea *Q pr.* in mea *Π* in *Cicero* (*Non. ed. Quich.*) ‖ 31 *post* adfecta sunt *in ras.* q̃ (*sup. lin.*) p eum adfecta sunt *X* ‖ 32 tradit *Π* ‖ (§ 8) *Cic. oecon. fr.* 21 *p.* 978 *Or.*²; 17 *p.* 310 *M.* ‖ oeconomico] *lac. rel. om. Z* oeconomicis *Non.* ‖ 33 uvas] *om. Non.* uas ϙ ‖ uvas a sole] *e.* uasa sole *QZΠN* uasasolse *X* ‖ uasa solemitescere tempus *O* ‖ 34 mitiscere *r. l.* (= *Harl. m. alt.*) *ap. Non.* ‖

VI: *ad calcem lemmatis* VII *Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 secundo] *om. QZ* ‖ erat ut in *QZ* ‖ 3 in] *om. Q* ‖ super] de *Π* ‖ haectore *X* ‖ (§ 1) 4 tullii *QZOΠN* ‖ que *X pr.* ‖ est] & *Q* = 7 *Π* ‖ 5 "est "error *Π* ‖ error est—quem] *ante* errorem *om. X* ‖ poscit *X* ‖ 6 aliquos (*ad* cognoscere *relatum*) *T pr.* ‖ OMHEOY *Z* ‖ 7 TOH *Z* TO* *X* TON *ΠNTx* ΓON *Y* ‖ (§ 2) .Quamobrem] quã ob rem *Y* ‖ tam admirabamur *Z* ‖ id] *om. X* ‖ 8 M.] in *Y* ‖ correptũq; *NY* correptũ *T* ‖ 9 nel*abipso (l) *X* ‖ atirione *Q pr.* ‖ tyrone *ZX* tytone *T* cicerone *Π* ‖ 10 librũ *X pr.* ‖ patrono (*propter* liberto *etc.*) *T* ‖ (§ 3) in eo libro scriptum *Z* ‖ 11 librũ *X pr.* ‖ est apud *ONY* ‖ *Cic. de glor. lib.* II *fr.* 1 *p.* 989 *Or.*²; 9 *p.* 70 *B.-K.*, *p.* 331 *M.* ‖ *Hom. Il.* VII 89—91 ‖ poetam aiax *OY* paetamiax *Z* ‖ congredi*ens *X* ‖

grediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus, declaratque, se velle, ut suum tumulum multis etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur:

Hic situs est vitae iam pridem lumina linquens,
Qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
Fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet.

4 Huius autem sententiae versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Aiax apud Homerum dicit neque Aiax agit, ut sepeliatur, sed Hector dicit et Hector de sepultura agit, priusquam sciat, an Aiax secum depugnandi causa congressurus sit.

VII.

Observatum esse in senibus, quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione exemplum adpositum epistulae divi Augusti ad Gaium filium.

1 Observatum in multa hominum memoria expertumque est, senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitae annum cum periculo et clade aliqua venire aut corporis morbique gra-
2 vioris aut vitae interitus aut animi aegritudinis. Propterea, qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum aetatis annum appellant 'κλιμακτηρικόν'.

QZXOΠNTY

12 de pugnandi *Π Y* ‖ sepelliat *Y* ‖ 13 velle] utile *T* ‖ 14 sic loquantur] *om. N* ‖ locantur *Q* ‖ 15 *sqq. in AL recepit PBurmann lib.* I *n.* CVI (I *p.* 89); *n.* 60 (I *p.* 15) *HM.* ‖ 16 haetoreo *X* hectorei *Π* ‖ pelusus *Z* = *Franeq.* (*non* perculsus, *quod inde affert Burm. l. l.*) percussus *PPithoeus epigramm. et poem. vett.* (*ed. Par.* 1590; *praetermissor. p.* 482 ‖ 17 hoc *X ex sil.* ‖ (§ 4) 18 quo *Z* ‖ latinam linguam uertit *O* latinam uertit linguam *TY* ‖ 20 ut sepeliatur—sciat] *om. N* ‖ sepelliatur *Y* ‖ hectore de sepulchra *Q* ‖ 21 Aiax] *om. X ? 5 part., e* ‖ sede pugnandi *Q* ‖ de pugnandi *ZTY* ‖ cassa *X pr.* ‖ sit Aiax: Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα—οὔποτ' ὀλεῖται. (*versus Homerici supra l.*) *5 unus alterve* (*ante versus add.* Ὁμήρου - *s.* Homerus - ἐν τῷ Η) *e* (*add. in fine ut solent, versuum Homericorum versione Latina*) ‖

VII: VIII *post lemma Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 aetatis] = *q:* aetate (*sic*) *Q* ‖ 4 atq;ue] = *x:* atq;:atq; *X* ‖ 5 Caium *N* iagum *Π* ‖ (§ 1) 7 plerũq; *X* ‖ 8 morbi μ. *at v. hra 70 sq.* ‖ 9 agratudinis *X pr.* ‖ (§ 2) 10 enm] eũ *Z* ‖ 11 ΚΛΕΙΜΑΚΤΗΡΙΚΟΝ *XON*: ΚΑΕΙΜΑΚΤΗΡΤΚΟΝ *Z* ΑΛΕΙΜΑΚΤΗΡΙΚΟΝ *T* ΑΑΕΙΜΑΚΤΝΡΙΚΟΝ *Y* cleimacterion *Π* ‖

Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum epistularum divi Augusti, quas ad C. nepotem suum scripsit, legeremus duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam epistula super eodem anno scriptum offendimus, eiusque epistulae exemplum hoc est:

IX. Kal. Octobris.

Ave, mi Gai, meus asellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cum a me abes. Sed praecipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Gaium, quem, ubicumque hoc die fuisti, spero laetum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Nam, ut vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. Deos autem oro, ut mihi quantumcumque superest temporis, id salvis nobis traducere liceat in statu reipublicae felicissimo, ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων stationem meam.

QZXOΠNTY

(§ 3) 12 *a lin. litt. init.* N *rubra tamquam novum caput inc.* *T* ‖ Noctem *X pr.* ‖ *inde a* Cum *totum cap. descripsit A Weichert imp. Caes. Aug. scriptorum vell., epp.* IV *fr.* 18 *p.* 155 *sq.* ‖ 14 mor*sa *X pr.* ‖ 15 anxias (*propter sq.* s) *Z* ‖ facile *X pr.* ‖ 18 nono *Π* ‖ kl *omnes* ‖ octobres *OX* octobr. *Y ex sil.* octob. *XΠT* ‖ 19 haue *ZOX* ‖ migai *ZX* migai *T* ‖ gaii *O pr. ut vid.* *Y* ‖ asellus] = 'v. c.' *ap.* σ: agellus 'al. m.' *ap.* ϛ asellus *XΠ* ocellus *Ph. Beroaldus ed. Bonon. a.* 1503 ‖ 20 desiderio *Q* ‖ a me] *om.* *Y* ‖ abest (. *T*) et *TY* abes et *q* abesset *QZ* ‖ 22 Gaium] = *x:* graue *X* ‖ 23 fuistis peroletum (p oletū *Q*) *QZ* ‖ laetum *X pr.* ‖ ualente celebras sequar tum *X pr.* ‖ 25 ΚΛΕΙΜΑΚΤΗΡΑ *XN* ΚΛΙΜΑΚΤΗΡΑ *ZOY* cleīmactera *Π* ‖ .Cōmunem *Z* ‖ 26 ϑος αὖ *oro (oro *in ras.*) *Z* ‖ 27 mihi] *om.* *QZ* ‖ id] ut *Z* ‖ 28 salvis] salusti *Y* ‖ uobis *OΠNTY* ‖ statu] *om.* *T* ‖ statnrei. p. *X pr.* ‖ 29 ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥΝΤΩ *ON* ‖ ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥΝΤΩΝΜΩΝ *Z* ΑΝΔΡΑΓΑΘΟΥΝΤΩΝΜΑΝ *Π* ΑΝΔΡΑΓΕΟΥΝ ΤΩΝΜΑΝ *X* ‖ ἀνδραγαθούντων— meam] *om.* *Y* .GR. *T* ‖ ΔΙΑΔΕΧΟΜΕΝΩΝ *O pr. Π* ‖ 30 stationem meam] *om.* *Π* ‖

VIII.

Locus ex oratione Favoni, veteris oratoris, de cenarum atque luxuriae obprobratione, qua usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit.

1 Cum legeremus orationem veterem Favoni, non indiserti viri, qua oratione * * * totum, ut meminisse possemus odio esse 2 hercle istiusmodi sumptus atque victus, perdidicimus. Verba haec, quae adposuimus, Favoni sunt: Praefecti popinae atque luxuriae negant cenam lautam esse, nisi cum lubentissime edis, tum auferatur et alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nunc flos cenae

---

QZXOΠΧΤΥ

VIII: *numerum om. Z; § 2 ab init. usque ad voc.* habere *lin.* 18 *exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 Favonii *v. d. in exempl. Salmasiano teste i ac sic tacite Mich. Virdungus comm. in Tac. Agr. ad calcem Agr. ed. MBernegger* (*Argent.* 1617) *p.* 137 (*M. scil. Favonii, Catonis Vticensis illius simiae, de quo cf. Drumann Gesch. Roms etc.* III 32 *sqq., Haakh in Pauly RE* III 437 *sqq.*) *prob. HMeyero ORF*[1] *p.* 184 *sqq., qui sententiam mutavit p.* 208 *et* 470[2], *AWestermanno hist. eloq. R.* § 70, 32 *p.* 218, *Fr. Ellendtio ed. Cic. Brut.*[3] *p.* 123; *intellegenda est lex Licinia-Pompeia sumptuaria a. u.* 699, *quam coss. Cn. Pompeius Magnus* II *et M. Licinius Crassus* II *promulgaverunt quidem, a qua tamen perferenda - τὴν νομοθετησιν - monitu QHortensii destiterunt*): fauorini *libri* Fannii *PPithoeus* PAugurini *pessime i* ‖ orationis. (*ex* oratione *iterat.*) *Π* ‖ 3 obprobatione *Z* obprobriatione *X pr.* ‖ est] *** *Q pr.* ‖ cum] *om. QZ* ‖ suptū *X* sūpto *QZ* ‖ (§ 1) 5 veterem] *om. Vat.* 3452 *SGerm.* veteris *Scriverius* ‖ Favoni] *cf. lemm. lin.* 2: fauorini *libri; f.* (*post* m *in* neterem) M. Favoni ‖ 6 qua oratione *** totum] *lacunam coll. lemmate sic fere expleturus* legem Liciniam de sumptu minuendo suasit, atque inibi locum invenissemus de cenarum atque luxuriae obprobratione, eum locum *h:* qua oratione totum (totam *O ex sil.?*) *libri* quam orationem totam *e. rg.* qua oratione usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit, *** totum (locum *HIMüller symb. ad emend. scr. Lat.* II *p.* 14 = *Festschr. . . . des Fr. Werd. Gymn. zu Berlin* 1881 *p.* 40) *h*[1] ‖ qua oratione totum ut meminisse possemus. — victus perdidicimus. verba haec, quae Favorini sunt, adposuimus *g* ‖ miminisse *Π* ‖ adio *Π* ‖ 7 ercle *X* ‖ atque—quae] *om. N add. n* ‖ (§ 2) Verba haec quae] uerbaq; *n PScriverius* verba quae *e* ‖ 8 Favoni] *cf. lemm. lin.* 2: fauorini *libri* (Favorini) *Scriverius* ‖ haec sunt *e* ‖ *M. Favonii fr. p.* 186 *sq. HM*[1], *Favorini fr. p.* 209 *sqq.*[2] ‖ 9 negan* *O* ‖ lauta *Q* ‖ nisi si cum *g* ‖ 10 lubendissime *X* libentissime *QZΠTY* ‖ esca *Tx* ‖ 11 succenturi (enturi *in ras. Z*) et uris (eturis *Z*) nunc *QZ* ‖ tlosca enae *Z* ‖

habetur inter istos, quibus sumptus et fastidium pro facetiis procedit, qui negant ullam avem praeter ficedulam totam comesse oportere; ceterarum avium atque altilium, nisi tantum adponatur, ut a cluniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere, superiorem partem avium atque altilium qui edint, eos palatum parum delicatum habere. Si proportione pergit luxuria crescere, quid relinquitur, nisi ut delibari sibi cenas iubeant, ne edendo defetigentur, quando stratus auro, argento, purpura amplior aliquot hominibus quam dis inmortalibus adornatur?

IX.

Quod Caecilius poeta 'frontem' genere virili non poetice, sed cum probatione et cum analogia appellavit.

Vere ac diserte Caecilius hoc in Subditivo scripsit: f

QZXOΠNTY

12 suptus *Q pr.* ‖ 13 faceciis *ΠYx* faceciis|is *X* facetris *Z* facetis *Q, ubi ab hoc voc. alius librarii manus inc.* ‖ negantulam *Z* ‖ 14 comes seoportere *Q pr.* ‖ 15 opponatur *Y* ‖ a] ad *Z* ‖ aduniculi *T* ad uniculis *Y* ‖ 16 inferiori *N* ‖ 17 sordene *Q pr.* sorde *Z* ‖ 18 edint] *om. Y: edunt Tx* ‖ Eos *Π* ‖ eis (*f.* eos *i*) palatum hebere *g* ‖ palatum parum delicatum habere] parum delicatum *post* palatum *facillime excidere potuisse ratus h:* palatum (paulatū *T pr.* palatim *Z*) habere *libri* (= *σ*) palatum non (*de* haud *cogitabat i*) habere *e, vg.* ‖ *in* habere *k. l. expl. TY* ‖ 19 pergit luxuria crescere] *QZ* (luxuria pergit crescere *x*): crescit (*ex sq.* crescere *ortum*) luxuria crescere *XOΠN* ‖ 20 uti (*inter* nisi *et* delibari sibi) *ZXO* ‖ delibari] *q:* deliberari *QZ* delibrari *XOΠN* ‖ nec dendo *X pr.* ne ea dendo *Z* ‖ defatigentur *q* ‖ 21 quando] quem ad modum *HMeyer*[1] *l. l.* ‖ 22 aliquod *ZX* aliqua *tacite Scaliger ad Manil. V p. 456 ed. 1600; p. 413 ed. 1655 'an aliquanto?' HMeyer*[2] *l. l.* ‖ diis *QZΠ* ‖ dissimor|talib; *X* dissimilior|talib; *x* ‖

IX = *QZ in lemm., q in inscr. capitis, ubi* * (V) *Q* XVIIII *Z. Exstat in TY* ‖ (*lemm.*) 2 potice *X pr.* ‖ s; com(con *Q*)probatione *QZ* ‖ 3 analogiū *ut vid.* (*propter* cum) *X* ‖ (§ 1) 4 ac] *om. Q* disserte *T* ‖ lr (i. e. haec) *X* ‖ in] *om. XOHN* ‖ *Caecilii Statii Hypobolimaei s. Subditivi fr. V p. 49 Ribb.*[2] *cf. Non. s. v.* frontem *p.* 204, 27, *qui tamen hos versus non hausit ex Gellio v. k* 35; *h. ann. phil.* 85, 785; *satis corrupti exstant in florilegio cod. Mon.* 17210 *f.* 80 (*cf. praef.*), *unde descripsit LSpengel C. Caec. Stat. fr. p.* 27 ‖

Nam hi sunt inimici pessumi, fronte hilaro, corde tristi,
Quos neque ut adprendas neque uti dimittas scias.

2 Hos ego versus, cum de quodam istiusmodi homine sermones
3 essent, in circulo forte iuvenum eruditiorum dixi. Tum de gram-
maticorum volgo quispiam nobiscum ibi adsistens non sane igno-
bilis: 'quanta', inquit, 'licentia audaciaque Caecilius hic fuit,
cum fronte hilaro, non 'fronte hilara' dixit et tam immanem
4 soloecismum nihil veritus est?' 'Immo', inquam, 'potius nos et
quam audaces et quam licentes sumus, qui 'frontem' inprobe in-
docteque non virili genere dicimus, cum et ratio proportionis,
quae 'analogia' appellatur, et veterum auctoritates non 'hanc',
3 sed 'hunc frontem' debere dici suadeant. Quippe M. Cato in
quinto originum ita scripsit: Postridie signis conlatis,
aequo fronte, peditatu, equitibus atque alis cum

QZXOΠNTY

5 hli *Z* ‖ pessimi inimici *T* ‖ hilario (*ex v. l.* ri *et* ro *conflatum*) *Z* hylaro *X* ‖ 7 Quos neque uti dimittas scias neque autem ut adprehendas *FVFritzsche de Graecis fontibus Terenti* II (*Rost.* 1862) *p. 7* '*possis etiam* Quos neque ut adprendas tu scias neque ut mittas ... (*vel* dimittas ..)' *CDziatzko in senario iambico septenario insidenti offendentes, quod ad ipsum Caecilium magis quam ad G. mihi videtur spectare* ‖ ut] *om. Y aut x* ‖ apprendas *x*: ad(*s.* ap)pre(*s.* p)hendas *libri Gell. et Non. ceteri omnes* ad prebendas *Z* ‖ uti dimittas] *LSpengel l. l. p.* 28: ut dimittas *excerpt. Monac.* ut (aut *x*) mittas *libri Gell.* uitare *libri Non. fere omnes* ut uitare *ciusd. Vrb.* 308 ‖ (§ 2) ŏ ḡ (*i. e.* ergo) *TY* ‖ uersus ego *ΠX* ‖ homine* (s *ut vid. cf. voc. sq.*) ‖ 9 ciculo *Z* ‖ eruditionū *Z* ‖ (§ 3) 10 assistens ibi *TY* ‖ inobilis *Q* ‖ 11 audiciaq; *X* ‖ 12 hylaro *Y* ‖ hylara *Y* ‖ 13 soloecissimum *X* ‖ (§ 4) imo *Z* ‖ potius—audaces et quam] *post* inquam *om. Z* ‖ 14 fronte *Y* ‖ indocte queque *Z* ‖ 15 uirile *Z* ‖ cum] *om. Y* ‖ 16 anologia *O pr.* ‖ auctoritas *XOX* ‖ 17 debere] *om. TY* ‖ suadebant *T pr.* ‖ (§ 5) M.] * (a *?*) *X* ‖ *M. Porc. Cat. orig. lib.* V *fr.* 13 *p.* 26 *Iord.*; *fr.* 99 *p.* 86, *p.* 61 *ed. min. HPet.* ‖ in quinta *OTY* inquito *x* in pmo *QZ* ‖ 18 quinta origine *i* ‖ post tridie *ZII* Post tri die *Q* Postridiae *X* ‖ 19 p̊(p *x*)ditatu aequitibus atque alis *X* peditatu peditibus atque alis *Q* peditatu, velitibus, atque alis *i* peditatu atque alis (peditibus *in Q* et equitibus *in rell. pro gloss. ad* peditatu *et ad* alis *coll. Cincio ap. G.* XVI 4. 1; *Serv. ad VA* IV 121; IX 604 *habens*) *h** peditatu equitibusque alariis *ABormann lib.* I *fr.* 38 *p.* 10 *ed. Cat. orig. Brandenb.* 1858 ‖ alis] = *o*:

hostium legionibus pugnavimus. Recto quoque fronte idem Cato in libro eodem dicit'.

At ille semidoctus grammaticus: 'missas', inquit, 'auctoritates facias, quas quidem ut habeas posse fieri puto, sed rationem dic, quam non habes'. Atque ego his eius verbis, ut tum ferebat aetas, inritatior: 'audi', inquam, 'mi magister, rationem falsam quidem, sed quam redarguere falsam esse tu non queas. Omnia', inquam, 'vocabula tribus litteris finita, quibus 'frons' finitur, generis masculini sunt, si in genetivo quoque casu eadem syllaba finiantur, ut 'mons', 'fons', 'pons', 'frons''. At ille contra renidens: 'audi', inquit, 'discipule, plura alia consimilia, quae non sint generis masculini'. Petebant ibi omnes, ut vel unum statim diceret. Sed cum homo voltum intorqueret et non hisceret et colores mutaret, tum ego intercessi et 'vade', inquam, 'nunc et habeto ad requirendum triginta dies; postquam inveneris, repetes nos'. Atque ita hominem nulli rei ad indagandum vocabulum, quo rescinderet finitionem fictam, dimisimus.

X.

De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum.

Plutarchus in librorum, quos περὶ ψυχῆς inscripsit, primo, cum de morbis dissereret in animos hominum incidentibus,

---

QZXOΠNTY

aliis = *ZY* (*cf. adn. praec.*) ‖ 20 pugnavimus] *QZ:* pugnauit ‖ fronte] *om.* *Y* ‖ *Cato orig. lib. V fr.* 14 *Iord.*, 100 *HPet. II. II.* ‖ (§ 6) 23 facies (*propter praec.* auctoritates) *Z* ‖ ut habeas] non habeas (*propter sq.* non habes) *Z* ‖ 24 qua *T* ‖ (§ 7) his] *om.* *Y* hiis *QT* usus *Z* ‖ cū *Q* tu *Y* ‖ 25 tas *Π* ‖ 26 quam] dam *X pr.* ‖ falsum *ZTY* ‖ ēet (*sq. sc.* t) *TY* ‖ .tū *Y* ‖ (§ 8) 28 **generis *X* ‖ quoque] *om.* *TY* ‖ causu *Q* ‖ 29 fons] *Π: om.* ‖ (§ 9) renitens *T et in mg. iteratum x* ‖ 30 audi] = q: aut (i *propter sq.* inquit *om.*) *Z et, ni* aut *ibi fuit, quod satis dignoscere non potui.* *Q* ‖ discipulo *X pr.* ‖ 31 sunt *ZΠ* sit *N* ‖ (§ 10) homines *O* ‖ 32 intorqueret hō uoltum *Q* ‖ intor queret *X* ‖ hiesceret *TY* disceret *X pr.* ‖ et] *post* hisceret *om.* *Q* ‖ 34 tringinta *X* ‖ (§ 11) 36 res scinderet *Z* ‖ dimisim. *Z* ‖

X = *QZ in lemm. et q in inscr. cap., ubi* VI *Q* XI. *Z. Exstat in* *TY* ‖ (*lemm.*) 2 uontario *X pr.* ‖ nūitu *Z* ‖ (§ 1) 3 *Plut. π. ψυχῆς lib.* I *fr.* V *p.* 8 *Dübn.* ‖ ΠΕΡΙΨΥΧΗ. *Z* ‖ ΡΕΡΙΨΥΧΗCIN (*litt. tres extr. sup. lin. add. x*) scripsit *XOΠ* ΠΕΡΙΨCΧΗCIN scripsit, *Y* ΠΕΡΙΨΥΧΗCIN. scripsit *T* ‖ 4 disseret (*haplograph.*) *Q* disserere *XT* ‖

virgines dixit Milesii nominis fere quot tum in ea civitate erant repente sine ulla evidenti causa voluntatem cepisse obeundae 2 mortis ac deinde plurimas vitam suspendio amisisse. Id cum accideret in dies crebrius neque animis earum mori perseverantium medicina adhiberi quiret, decrevisse Milesios, ut virgines, quae corporibus suspensis demortuae forent, ut hae omnes nudae cum eodem laqueo, qui essent praevinctae, efferrentur. Post id decretum virgines voluntariam mortem non petisse, pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

XI.

Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item verba edicti censorum, quo inprobati et coerciti sunt qui disciplinam rhetoricam instituere et exercere Romae coeperant.

1 C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala coss. senatusconsultum de philosophis et de rhetoribus factum est: M. Pomponius

---

QZXOΠNTY

5 uirginis *T* uirginẽ *QZ* uirginum *h*ᵉ ‖ milesi in hominis *X* ‖ qđ *QZ* ‖ ciuitatem *X* ‖ 7 ac] ad (*sq.* d) *T* ‖ amississe *X* ‖ (§ 2) 8 in dies *ZN* ‖ 9 me|medicina (*prius* me *del. x*) *X* ‖ adiberi *Y* ‖ quiret] .cui rei *TY* cui res *Z* quisisset (*ob sq.* decrevisse) *Q* ‖ decreuis semilesios *X pr.* ‖ 10 demortuo *Q pr.* ‖ hec *Z* ęę *T* et *Y* ‖ 11 qui] *om. Q* quo *T* ‖ p̃cinctę *q* p̃cincto *ut vid. Q* ‖ efferentur *ZX pr.* offerrentur *Y* offerent *T* ‖ 12 poetisse *X* ‖ *ante* pudore *in init. fol. nori spat. litt. initiali relictum, extr. cap. cum proxime insequente cap.* 12 *om. litt. init.* C *scriptura continua* funeris grachus *coniunctum Y* ‖ 13 tam] nam *Z* ‖ inonesti *X* ‖

XI: *inde ab* item *lemm. lin.* 2 XII *omnes, inde ab* Haec *cap.* § 2 *lin.* 20 XII *XOΠNq;* XII *in inser. cap.* XIII *inde a l. l. Z* VII *et* VIII *iisdem locis Q* ‖ *(lemm.)* 3 īprobantur *Π* ‖ cohereiti *ZΠ* ‖ 4 et] (*ante* ex) *om. Q* ‖ coeperunt *O pr.* ‖ (§ 1) 5 G* (, *ut vid.*) *Q* G *Z* ‖ faunio *Z* ‖ ualerionessala *X* ‖ Messala] = *x:* mesala *Z* ‖ cos.s. *Z* cõs. *s. Q* coũs. *Π* cos s *X* cõs *x* ‖ 6 et] ut *O pr.* ‖ etdere thorib; *X pr.* ‖ Latinis *post* rhetoribus (*s.* rethoribus) *add. libri, quod deest in ipso SC. lin.* 8 *et ap. Suet. de rhet. c.* 1, *ex cuius libris recentilnus vv. ll. ad totum h. l. accurate ab AReifferscheid Suet. rell. p.* 119 *sq. descriptae sunt, unde pauca tantum excerpsi: h. l., nisi Gellii errorem statuere velis, veluti Bachrius HLR* I⁴ 55, 9: *Dirksenius opusc.* I 24. 14, *translatum videtur ex* § 2 *lin.* 17; *suspectum primum fuit Pighio ann. Rom.* II 410, *qui fort. pro* inquilinis *supposititum putat; eiecerunt certatim alii: CGHeyne opusc.* IV 425 *adn. d; FAWolf ad l. Suet. l.: IACeHeusle de Aelio Stil. p.* 28, 1; *FOsann ed. Suet. de gramm. et rhet. p.* 84 *sq. etc.* ‖ ponponi' *Q* ‖

praetor senatum consuluit. Quod verba facta sunt de philosophis et de rhetoribus, de ea re ita censuerunt, ut M. Pomponius praetor animadverteret curaretque, uti ei e republica fideque sua videretur, uti Romae ne essent.

2 Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. Domitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus censores de coercendis rhetoribus Latinis ita edixerunt: Renuntiatum est nobis, esse homines, qui novum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuventus in ludum conveniat; eos sibi nomen inposuisse Latinos rhetoras; ibi homines adulescentulos dies totos desidere. Maiores nostri quae liberos suos discere et quos in ludos itare vellent instituerunt. Haec nova, quae praeter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent neque recta videntur. Quapropter et his, qui eos ludos habent, et his, qui eo venire consuerunt, visum est faciundum, ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere.

3 Neque illis solum temporibus nimis rudibus necdum Graeca
4 disciplina expolitis philosophi ex urbe Roma pulsi sunt, verum etiam Domitiano imperante senatusconsulto eiecti atque urbe et

---

QZXOΠN

8 et drethoribus *X pr.* ‖ 9 uti *Π ex sil.?* ‖ põponius *h. l. Q* ‖ 10 uti] ut si *libri Suet. ap. Reiff. praeter Ottobon.* ‖ uti ei e republica (re. p. *et* re .p. *libri*)] uti eicerentur *q* ut eicere pre *Suet. Ottobon.* ‖ uti romane *x* utiro mane *X* ‖ (§ 2) 12 aliquod *Z* aliquid *X* ‖ possit dese natus consultu: *X* ‖ id] in *Q* ‖ .CN. *N:* gn. *et* gn̄ ‖ domicius *Z* ‖ 13 Ahenobarbus] *Nef. CIL* I 571; 1344; *Henzen ind. act. fr. Arv. p.* 185: aenobarbus *ZO* enobarbus *QXΠ* ‖ decohercendis *x* deco ercendis *X* ‖ cohercendis *ZΠ* choercendis *Q* ‖ 14 edixerunt] = *Suet. Ottob.:* dixerunt *QΠ. Suet. rell.* ‖ 17 re(rhe *x*)toris (*an* - res *?*) *X* ‖ rethora sibi *Z* ‖ hibi *X* ‖ 18 desire *Z* ‖ maioris (*an* - res = *rell. ?*) *N* ‖ nr̄i q; liberos *X* ‖ 19 et quos in ludos itare] *post* re *om. Q* ‖ lodos *Π pr.* ‖ institnerent *X* ‖ 21 maiorē (*ob* morem) *ZO* ‖ 22 hiis *Z* ‖ hiis *Z* hi *q* ‖ 23 eos *X* ‖ consuerunt] = *Suet. Vat.* 1862 *Ottob.:* consueuerunt *Π* (*ex sil.*) *Suet. Periz. Neap. Guel. Vat.* 1518 ‖ faeundū *Z* ‖ 24 placere neque *N* ‖ (§ 3) 25 nondum *Z* necnum *Q* ‖ 26 expoliti (*propter* philosophi) *q* expositis *X* ‖ expolitis exacti philosophi et ex (*cf. adn. sq.*) *i* ‖ et ex *QZ* ‖ (§ 4) 27 impertante *X* ‖ urbi *X* ‖

5 Italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoque philosophus propter id senatusconsultum Nicopolim Roma decessit.

XII.

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

1 C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, orationem ad
2 populum in contione habuit. Ea verba haec sunt: Versatus sum, inquit, in provincia, quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, et in convivio liberi vestri mo-
3 destius erant quam apud principia. Post deinde haec dicit: Ita versatus sum in provincia, uti nemo posset vere dicere, assem aut eo plus in muneribus me accepisse aut mea opera quemquam sumptum fecisse. Biennium fui in provincia; si ulla meretrix domum meam introivit aut cuiusquam servulus propter me

---

QZXOΠNTY

(§ 5) 28 epitetus *Q* ‖ 29 senatusconcultum *Q pr.* ‖ Nicopolim] *v. ll. a Zellero Ph. Gr.* III 1[4], 738, 3 *ll.*: neopolim *Q* neapolim *q* ‖

XII: XIII *in lemm. QZXOΠN, in cap. inscr.* ***XOΠNq*** XIIII. *Z* IX *Q. Exstat in TY; totum cap. descripsit HMeyer ORF*[2] *p.* 231 *sq.: C. Gracchi or. ap. censores in concione ad populum fr.* 4 ‖ (*lemm.*) 2 exortione *X pr.* ‖ pucitia *X pr.* ‖ (§ 1) 4 C.] *om. QY* (*cf. c.* 10 *extr.*) G. *Tx* ∗ (C.?) *X* ‖ exardinia *ZX pr.* ‖ orationem] = *x:* orationꝫ (*i. e.* num) *X* ‖ 5 contionē *ZT* concionē *QY* ‖ (§ 2) Ea] *f.* eius *c* ‖ sunt hęc *T* ‖ 6 sum] sicut (sicꝫ *sc. pro* sūt) *TY* ‖ prouintiā *Y* ‖ nr̄o *ZX* ‖ 7 quodo *X pr.* ‖ arbitrabar conducere *TY* ‖ 8 Nulla] nulla *T* ‖ apuld *X* ‖ pompina *X pr.* ‖ 9 et] *om. Π* sed (*s. s.*) *NTYi f.* sed et *c* ‖ 10 errant *X pr.* ‖ principia] = 'ms. fideleque exemplar' (*N*) *ap. PVictorium VL* III 6 (principem *c*) ‖ (§ 3) 11 uti] = *X:* ut *x ut vid., c* ‖ possit *x* ‖ 12 asse *Y* ‖ eo] *f.* adeo *c* ‖ 13 quempiam *N* (*ex sil.*) *c* ‖ 14 Biennium] τριετίαν *Plut. C. Gracch.* 4, *unde aut eum corruptum aut h. l.* triennium *scribendum esse censet Lipsius AL V* 4; *explicare differentiam studet Pighius ann. Rom.* III 49 *cf. etiam v. d. Rechtsfrage zw. Caesar u. d. Senat p.* 28, 65 ‖ fui] = ϭ: enim (ẽim *ed. mai.*) fui *utraque ed. Colon. a.* 1526 ‖ pri(o *x*)∗∗∗uincia *X* ‖ ulla∗ *X* ‖ 15 introibit *Z* ‖ seruus *Z* ‖ praeter *Π* ‖

sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote. Cum a servis eorum tam caste me habuerim, inde poteritis considerare, quomodo me putetis cum liberis vestris vixisse. Atque 4
ibi ex intervallo: Itaque, inquit, Quirites, cum Romam profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento repletas domum reportaverunt.

XIII.

De verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis communia vocantur.

'Vtor' et 'vereor' et 'hortor' et 'consolor' communia verba 1
sunt ac dici utroqueversus possunt: 'vereor te' et 'vereor abs te', id est 'tu me vereris'; 'utor te' et 'utor abs te', id est 'tu me uteris'; 'hortor te' et 'hortor abs te', id est 'tu me hortaris'; 'consolor te' et 'consolor abs te', id est 'tu me consolaris'; 'testor' quoque et 'interpretor' significatione reciproca dicuntur. Sunt autem verba haec omnia ex altera parte inusitata et, an 2
dicta sint in eam quoque partem, quaeri solet.

QZXOΠNTY

16 sollicitatus] *Q* (*Falsterus am. phil.* III 307): sollicitus *ZXOΠTY* solicitus *N* ‖ natorum *Lipsius elect.* II 3 hominum natorum *WBeloe* latronum *i* raponum *HNettleship transact. of the Oxf. philol. soc.* 1880—1881 *p.* 17; *journ. of philol.* XI 106 ‖ 17 nequisissimūq. (*per dittograph.*) *T* me nequissimumque *HJMüller l. c.* 8, 1 *l.*: *CDziatzko, in quod et ipse olim incideram* ‖ existimatote cū *T* ‖ 19 .Cum] *om. Z* cū *Y* ‖ (§ 4) 20 ex] *om. Π* ‖ atq; (*cf. lin.* 19) itaque *Z* ‖ 21 argenti* *X* ‖ ex prouinc(t *T*)ias *ZX pr. Ty* in prouincia *Q* in prouincias *q* ‖ 22 rettuli *O* retulli *X* ptuli *TY* ‖ 'an uino ?' *e* ‖ anforas *x* amporas *O* anchoras *Π* inforas *X* ‖ 23 attulerunt *Trillerus ap. Falsterum l. l.* ‖ argenti *TY* ‖ plenas *XOΠN* ‖

XIII: XIIII *in lemm. QZXOΠN, in inscr. capitis Z* (*ut in cap. praec.*) *XOΠNq* X *Q* ‖ (*lemm.*) 2 agramaticis *Z* ‖ 3 dicuntur (*ex lin.* 2 *iterat.*) *Π* ‖ (§ 1) 4 Vt oret *X pr.* ‖ ueror *Z* ‖ hortori consolor *Z* ‖ consolor.¦Communia *Q pr.* ‖ cōmunio *X pr.* ‖ 5 ac] et *Q* ‖ nere orte *X pr.* ‖ *prius* te] *om. Z* ‖ 6 ab *N* ‖ id est tu me uteris] *e:* pro id factum *Q* id factum *ZXO* .id factum. *ΠN* ‖ 8 consulor *utrobique Z* ‖ (§ 2) 10 verba] *om. Π* ‖ 11 dita *X* ‖

3 Afranius in Consobrinis:

Hem istó parentum est vita vilis liberis,
Vbi málunt metui quám vereri se áb suis.

Hic vereri ex ea parte dictum est, quae est non usitatior.
4 Novius in Lignaria verbum, quod est utitur, ex contraria parte dicit:

Quia supellex múlta, quae non útitur, emitúr tamen,
5 id est 'quae usui non est'. M. Cato in quinta origine: Exercitum, inquit, suum praesum, paratum, cohortatum
6 eduxit foras atque instruxit. 'Consolor' quoque in partem alteram, praeterquam dici solitum est, scriptum invenimus in epistula Q. Metelli, quam, cum in exsilio esset, ad Cn. et ad L. Domitios dedit. At cum animum, inquit, vestrum erga me video, vehementer consolor et fides virtusque
7 vestra mihi ante oculos versatur. 'Testata' itidem et 'interpretata' eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro

---

QZXOΠN

(§ 3) 12 affranius *QZ* Afrannius *ON* Afranis *X* ‖ consolobrinis (ꝯ *litt.* lo *spscr.* o) *XOΠ* ‖ *Afran. Consobr. fr.* 1 *p.* 170 *Ribb.*[3] ‖ 13 Em *ORibbeck* ‖ hemisto *Z* he-misto *X* hemusto *Q* ‖ vita vilis] *Lipsius VL* II 28: nitabilis *Q* uitabilis *rell.* ‖ 14 me cuiquam *Z* ‖ vereri se] uerisse *X* ‖ a *Z* ‖ 15 parte] patria *Z* ‖ quae] *Π* (*ex sil.*) *Gryph. a.* 1537: qua ‖ qua est non usitatius *ed. Colon. Hittorp. a.* 1526 qua est non usitatum *ORibbeck l. l.* ‖ (§ 4) 16 in Lignaria] *PLambecius prodr. p.* 73 *sq. coll. Prisc.* V § 41 *p.* 657 *P.*: in ligat archiam in lignariam *Q* inligat archa iam in lignariam *Z* in ligatarea *ON* (Liciniaria *n in mg.*) in ligatarcha *Π* in ligot tarea *X*; *erat eum* in Legataria *conicerem* (legatario *pro* Ligario *praebet pr. m. cod. Vind. N ap. Prisc.* XVIII § 297 *p.* 1209 *P.*) ‖ *Nov. Ligur. fr.* II *p.* 261 *Ribb.*[3] ‖ 18 suppellex *QZOΠx* sub pellex *X* ‖ .tam id ẽ. *Q* ‖ 19 usui (*in mg.* ?) *Z* ufui *X* ‖ (§ 5) x. originum *Π* ‖ *Cat. orig. V fr.* 11 *p.* 25 *Iord.*; *fr.* 101 *p.* 86, *p.* 61 *ed. min. Pet.* ‖ 20 exercitu *Z* ‖ pratũ *Z* ‖ paratumque cohortauit. *Π* ‖ cohertatũ *X* cohartatũ *x* & hortatum *Q* ‖ cohortatum eduxit] = *Z in ras.* ‖ 21 instru*it *Z pr.* ‖ (§ 6) consulor *Z* ‖ partem in *Π* ‖ 22 alteram] *om. Z* ‖ dicis olitum *Z* ‖ solitum, est in λ *cf. adn. sq.* ‖ scriptum invenimus] *om. XOΠN* ‖ 23 eplaeq: *X* ‖ que *Z* quę *Q* ‖ m.etell' *q* ‖ quam cum] quamquam *QZ* ‖ .CN. *X*: gn. *et* gn̄. *et sim.* ‖ 24 domitium ẽ. ś. (*c.* 11, 2 *non satis accurate memor?*) *q* ‖ animũ *X pr.* ‖ 25 fides uirtus *Q* fides & uirtus *q* ‖ (§ 7) 27 intp̄ta*ta (ta) *X* ‖ eadem] = *q*: itidem *Q* ‖ .M. TVL. *X* m. tull' *O* ‖ libro primo *Π* ‖

de divinatione, ut 'testor' 'interpretor'que verba communia videri debeant. Sallustius quoque eodem modo: dilargitis proscriptorum bonis dicit, tamquam verbum 'largior' sit ex verbis communibus. 8

'Veritum' autem, sicut 'puditum' et 'pigitum', non personaliter per infinitum modum dictum esse, non a vetustioribus tantum videmus, sed a M. quoque Tullio in secundo de finibus. Primum, inquit, Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere. 9

'Dignor' quoque et 'veneror' et 'confiteor' et 'testor' habita sunt in verbis communibus. Sic illa in Vergilio dicta sunt: 10

Coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,

et:

cursusque dabit venerata secundos.

invicem pro argumento sumi potest, si quis adfirmet, homines
beneficos liberalesque esse debere, non spe aliqua compendii, set
amore et studio honestatis. Poterit enim consimiliter ita dicere. 7
Namque, ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur, sic benefici
liberalesque non gratiae reciperandae studio esse debemus. Poterit 8
sane', inquid, 'ita dicere, sed neque amicitia liberalitati neque
liberalitas amicitiae praebere argumentum potest, cum de utraque
pariter quaeratur'.

Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur perite 9
et scienter, sed videlicet eum vocabula rerum vera ignoravisse.
Nam 'beneficum et liberalem' Cicero appellat, ita ut philosophi 10
appellandum esse censent, non eum, qui, ut ipse ait, beneficia
faeneratur, sed qui benigne facit, nulla citatus ratione ad utilitates
suas redundante. Non ergo obscuro neque ambiguo argumento 11
usus est, sed certo atque perspicuo, siquidem, qui vere beneficus
liberalisque est, qua mente bene aut liberaliter faciat, non quaeritur.

QZXOΠN

39 ipam *Z* ‖ (§ 5) 42 controuerso *X pr.* ‖ apodix inuocari *Q* ‖ 43 inlustrantur atq; *in ras. x* ‖ (§ 6) 44 benefitios *Z* ‖ 45 oportet. *Q* ‖ 46 simulachro *N* simulacrho *Z* argumento *al. m. adscr.* ꝙ (= *fv om. ꝛ hv*) *cf. lin. sq.* ‖ et eadem *XOΠN* ‖ 47 affimet *Q* ‖ 48 speciali qua *Z* ‖ cōpendiis & *QZ* conpendi ise (d *in fine spscr. x*) *X* ‖ 49 amorē *Z* ‖ (§ 7) id addicere (*quod quodammodo defendi possit coll. P. D. s. v.* addicere *p.* 13, 2 *M., at cf. lin.* 52) *Q* id adicere *Z* ‖ 50 non] nam (*praec.* namque) *Z* ‖ s*pe (e) *X* ‖ ãpletimur *X* ‖ sic] s: *Z* ‖ 51 libarlesqꝫ *X pr.* ‖ non] *spscr. z* ‖ recuperandae *x O m. rec.* recipiendę (e *Z*) *ZN* ‖ (§ 8) 53 amicitiae] amicicia *Z* ‖ utraqne] *Q* (*Longolius*): utroque ‖ (§ 10) 57 beneficium *QZX pr. Π* ‖ apellat (*sic*) — esse *in mg. add. x* ‖ 58 ait—argumento] *al. m. scripta in Z* ‖ 59 nullata cita *X* ‖ citatus] *h:* citate *Q* citate *q* tacita *rell.* incitandi *rel* incitatus *Salmasius* ‖ (§ 11) 60 neque] atque *Π* ‖ 61 pspipuo *Z* ‖

12 Aliis enim longe nominibus appellandus est, si, cum talia facit,
13 sui potius quam alterius iuvandi causa facit. Processisset autem argutatori isti fortassean reprehensio, si Cicero ita dixisset: 'ut enim benefice liberaliterque facimus, non ut exigamus gratiam'; videretur enim benefice facere etiam in non beneficum cadere posse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non per ipsam
14 perpetuae benignitatis constantiam. Sed cum 'beneficos liberalesque' dixerit neque alius modi isti sint, quam cuius esse eos supra diximus, 'inlotis', quod aiunt, 'pedibus' et verbis reprehendit doctissimi viri orationem.

VI.

Falsum esse, quod Verrius Flaccus in libro II. quos de obscuris M. Catonis composuit, de servo recepticio scriptum reliquit.

1 M. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est: Principio vobis mulier magnam dotem adtulit; tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non committit; eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum receptician sectari atque flagitare virum iubet.

QZXOΠX

(§ 13) 64 pces(*aut* **)sisset *X pr.* ‖ 65 argumentatori *ZO pr. qe* ‖ fortasse ăn *O, ubi rasura in mg., X* (fortasse *ex* an *add.* ϙ) ‖ ϕhensio *X* ‖ 66 liberaliterque—beneficc] *post* benefice *om. QZ* ‖ ut] *om. Π* ‖ 67 uideremur *Π pr.* ‖ iñ *Z* ‖ beneficium *O* ‖ 68 si id] su (d *in fin. spscr. x*) *X* ‖ (§ 14) 70 sunt *XΠ* ‖ 71 inlotis] = *q:* inlatis *Q pr.* inlutis *XOX* (illutis ped: *o in mg.*) ‖ 72 viri] = *cod. Torn.:* hominis *XOΠX* ‖

VI. *Adhibuit Non. s. v.* receptic(t *al.*)ium *p.* 54, 9 *M. cf. k* 32 *h ann. phil.* 85, 713 *sq.* ‖ *(lemm.)* 2 ueri' *Z* ‖ librorum *s (SGerm.* 643) *c* (= II 8, 1) ‖ quos] = *x:* quod *QZN pr.* quo* (*non* d *ut vid.*) *X* ‖ 3 deser uore ceptio *X pr.* ‖ recepticio] = *libri fere plerique lin.* 8: 10: 12: 20; 36: receptino *Ny* recepto *Q* receptii *Z* ‖ (§ 1) 4 M.] *spat. rel. om. Z* ‖ uocaniam *Z* ‖ uerb' sce *Z* ‖ usu *Q* ‖ *Catonis or. pro lege Voconia fr. p.* 99 *sq. HM.*; suasion. leg. Voc. fr.* 1 *p.* 54 *Iord.* ‖ 5 nobis *c* ‖ attulit (*praesenti sc. tempore*), magnam *LFruterius scrisim.* II 7 ‖ tum] cum *Z* ‖ 6 recepit *ZII* ‖ potestate *c* ‖ 7 committit *ZXOΠX:* committat (*propter sq.* dat *ut vid.*) *Q* ‖ 8 u rapta *Q* nisi (u *sc. pro* u) rapta *Z* ‖ ubi irata—iubet] = *Fest. s. v.* recepticium servum *p.* 282* *M.* ‖ receptitium *ZN* receptiui *Q* ‖ 9 iubet querebatur. *Z*

Quaerebatur, 'servus recepticius' quid esset. Libri statim quaesiti allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis. In libro secundo scriptum et inventum est, 'recepticium servum' dici nequam et nulli pretii, qui, cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium receptusque sit. Propterea, inquit, servus eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa conpellaret.

Cum pace autem cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit. 'Recepticius' enim 'servus' in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est quam Verrius scripsit. Atque id cuivis facile intellectu est; res enim procul dubio sic est: quando mulier dotem marito dabat, tum quae ex suis bonis retinebat neque ad virum tramittebat, ea 'recipere' dicebatur, sicuti nunc quoque in venditionibus 'recipi' dicuntur, quae excipiuntur neque venennt. Quo verbo Plautus quoque in Trinummo usus est in hoc versu:

Posticulum hoc † recipit, cum aedis vendidit,

QZXOΠN

(§ 2) 10 recepticius] = *x*: receptius *X* receptur' *Z* ‖ 11 **laccei *X pr.* ‖ *Verrii Flacci de obsc. Cat. fr.* 29 *p.* 20 *sq. Egger.; coll. Fest. l. supra l. posuit OMüller praef. ed. Festi p.* XVI *cf. n.* 660; 661 (*Muelleri sententiam non satis recte intellexit HEDirksen opp. post.* I 69) ‖ catonis *in Q* ‖ 12 et] *Q. quod vix crediderim ex* et *lin. sq. originem duxisse: om.* ‖ recep recepticiu *Q* ‖ 13 nulli' *q O m. rec.* ‖ qui] qd *Z* ‖ reddit' *x* reddi** (*s.* ***) *X* ‖ (§ 3) 15 sertari (*prace.* servus) *X pr.* ‖ uidebatur *ZN* ‖ 16 7 maior 7 *Z* ‖ 17 nihil *X pr.* nichil *QZ* ‖ 18 conpelleret cū *Q* compellet cum *Z* ‖ (§ 4) 19 Cōpace *X pr.* ‖ uenistorum *X* ‖ (§ 5) 20 receptius *Z* ‖ 22 enius *N* = cui *Z* ‖ (§ 6) 23 tumq; ex *X* ‖ 24 transmittebat *q* trasmittebat *x* ‖ 25 recipere] *e:* reci(u *o*)perare *libri* = *x* ‖ Sicut in unoquoq; *X* ‖ recipi dicuntur] *QZ cod. Torn.* (*Thysius*): *ante* quae excipiuntur *om.* ‖ 26 ueniunt *Z* ‖ (§ 7) 27 hoc] *om. Z* ‖ *Plauti Trin.* I 2. 157 (*c.* 194 *Fl.*) *cf. Non. l. l. p.* 54 *et s. v.* recipere *p.* 383, 26 ‖ 28 recipit] *QZOΠN* (*de X v. adn. sq.*), *Non. Par.* 7667 *p.* 54 *l. ex G. hausto. Plauti Ambr., ut ita G. ipse scripsisse videatur:* recepit *emendatum rell. Plauti et Non. codd. scripturam exhibent e* ‖ recipeumedisuendidit (t *in* s *mut. x*) *X* ‖ cum] = *Plaut. Ambr., rell.:* quem (quam - *num recte an typographi vitio? - scr. Ritschelii ed. Trin. alt.*) *Plaut. Vetus* ‖ eumediis *Non. Par. p.* 54 ‖ edis *cum nonnullis libris Gell. et* ediis *v. l. ap. Non.* ‖ uenderet *libri Non. p.* 383

id est: cum aedis vendidit, particulam quandam, quae post eas aedis
8 erat, non vendidit, sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demon- 30
strare locupletem volens: mulier, inquit, et magnam dotem dat
et magnam pecuniam recipit, hoc est: et magnam dotem dat
9 et magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur re familiari, quam sibi
10 dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam
cum viro forte irata repetere instituit, adponit ei flagitatorem 35
'servum recepticium', hoc est proprium servum suum, quem cum
pecunia reliqua receperat neque dederat doti, sed retinuerat;
non enim servo mariti imperare hoc mulierem fas erat, sed pro-
prio suo.
11 Plura dicere, quibus hoc nostrum tuear, supersedeo; ipsa 40
enim sunt per sese evidentia et quod a Verrio dicitur et a nobis;
quod utrum ergo videbitur cuique verius, eo utatur.

VII.

Verba haec ex Atinia lege 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto', P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cavisse.

1 Legis veteris Atiniae verba sunt: Quod subruptum 5

QZXOΠN

29 id est: cum aedes vendidit] *post* vendidit *om. Q* ‖ id est—non vendidit] *om. X* ‖ particulam—non vendidit] *post. alt.* vendidit *om. Z* ‖ quandam, quae] quã- que *Q* ‖ edeserat *Q* ‖ (§ 8) 30 Cato: mulier et—retinet (*sic pro* recipit *cf. adn. lin.* 32 *et Quich. adn. Non.*) *Nonius p.* 54 ‖ mulieri *Π* ‖ 31 nolent *N pr.* ‖ milier *N* ‖ magnē (*sq.* dotē) *X* ‖ 32 recipit, hoc est: et magnam dotem dat et magnam pecuniam] *ante* retinet *om. QZ* ‖ recipit, hoc est. retinet *delctis mediis g* ‖ (§ 9) 33 sibi] = *Non. l. l. p.* 54: *om. cod. Torn.* ‖ 34 retimuit *X* ‖ (§ 10) Eam] & *q* ẽ (*i. e.* etiam) *ut vid. Q* ‖ 35 forte ** *Q* ‖ ; Adponit *X* . Apponit *Π* ‖ ei] *Nonius, Salmasius, g:* et *QZ om. XOΠN* ‖ 36 repeticiū *Z* ‖ servum] *om. libri Non.* ‖ cum] = *Non. Harl. m. pr.: del. id. m. alt., om. rell. Non. codd.* ‖ 37 reliqua pecunia *Nonius* ‖ 39 suo plura *QZ* ‖ (§ 11) 40 quib; quib; *Z* ‖ super se do *O* ‖ 41 auerio *Q* auerrios (; *ut vid.*) *X* ‖ nobis quod atrum *X* ‖ 42 debitur *Q* ‖ . Cuiq: *X* tuiq: *Z f.* cunque *i* ‖

VII. (*lemm.*) 2 subruptum] *ZOΠN* (*cf. lin.* 5; 11; 24; 28; 29; 31). *Ritschelius mus. phil.* 8, 494 (*opusc.* IV 68) *coll. prolegg. ad Plaut. Trin. p.* XCV; *mus. phil.* 8. 155 *n.*, 451, 1 (= *opusc.* V 350; II 544 *n.*; IV 67 *n.*); *Fleckeiseno ann. phil.* 66. 328: subrutum *QX* subreptum *ubique edd. ante h-* ‖ cui' *Q* ei *X* ‖ ueterna *Π* ‖ 3 autoritas *X pr.* ‖ nigio *X pr.* ‖ Q.] *om. Q* que *QZ* ‖ sciuole *Q* ‖ visa] facta *Q* ‖ (§ 1) 5 Leges

erit, eius rei aeterna auctoritas esto. Quis aliud putet in hisce verbis quam de tempore tantum futuro legem loqui? Sed Q. Scaevola patrem suum et Brutum et Manilium, viros adprime doctos, quaesisse ait dubitasseque, utrumne in post facta modo furta lex valeret an etiam in ante facta? quoniam subruptum erit utrumque tempus videretur ostendere, tam praeteritum quam futurum.

Itaque P. Nigidius, civitatis Romanae doctissimus, super dubitatione hac eorum scripsit in tertio vicesimo grammaticorum commentariorum. Atque ipse quoque idem putat, incertam esse temporis demonstrationem, sed anguste perquam et obscure disserit, ut signa rerum ponere videas ad subsidium magis memoriae suae quam ad legentium disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere, suum verbum et 'est' esse et 'erit'; quando per sese ponuntur, habent atque retinent tempus suum, cum vero praeterito iunguntur, vim temporis sui amittunt et in praeteritum contendunt.

QZXOΠN

O pr. ‖ ueteres *X pr.* ‖ atíme *Q* atimiae *X* atiniane *Z* ‖ subruptum] = ꝛ (*item bis infra annot.* ꝯ): surruptum (*'ita v. l.' Ob. Gifanius obss. singul. in l. L. s. v.* Surruptus *pro* surreptus) ‖ 6 erat *Π pr.* ‖ rei] = *q:* re *ut vid. X* ‖ (§ 2) aliud] *e:* alius *QZOΠN*ᵒ aliis *X* (*propter* quis *utrumque*) ‖ 7 de** (de) *Q* ‖ (§ 3) 8 que *QX* quę (*s.* quae) *ONx* ‖ seenola *Q* ‖ *Q. Mucii Scaev. de iur. civ. libror. fr.* 3 *p.* 13 *sq. Huschk. IA⁴ cf. ASchneider die drei Scaevola Cicero's p.* 83, 1 ‖ patrem suum] *om. Π* ‖ bruttum *O* butū *Q pr. Z* ‖ manlium *XOII* ‖ 9 viros] *om. Q* ‖ ab prime *Q pr.* asprime *Z* ‖ 10 ual*eret (u) *X* ‖ 11 subrutum *Q* ‖ uitrumq; *X pr.* ‖ ostendere] *libri, edd. tantum non omnes, quod tanquam suam emendationem proferre posse sibi visus est HAlanus obss. in loca aliquot Cic.* (*Dublinii* 1863) *p.* 13: offendere *sine adn., typothetae ut vid. errore* λ ‖ (§ 4) 13 pnigidius *q* ‖ 14 hac] *e:* hec *QZX* haec (*s.* hęc) *OΠNx* ‖ .III. et .XX. *Π* quartonicesimo *e* ‖ grammaticorum] *om.* ϛ (*SGerm.* 643; *Vat.* 3452) com(*s.* cō)maticorum (*propter* commentariorum) *ZOΠNqs* comaticorum *Q* ‖ commentariorum co(ca *x*)maticorum, *nisi verborum collocationem significare neglexi* (commentariorum grammaticorum *vg.*), *X* ‖ *P. Nigidii Fig. comm. gramm. lib. XXIII fr. p.* 263 *Rutgers. VL* III 16 ‖ (§ 5) 17 obcure *X* ‖ dixerit *Q* ‖ signare*rū (o *ut vid.*) *X pr.* ‖ videatur *IKlein mus. phil.* 18, 480 indices (*sic certe, non* iudicet) *Salmasius* ‖ (§ 6) 19 suum verbum et 'est' esse] *h*ᵉᵃ 74 *a* μ *monitus:* suum ůbū et esse *QZ* uerbum esse *XOΠN* (ē & erit *in mg. o*) suum est verbum et 'est' μ ‖ 20 retinentt̄ pus *X pr.* ‖ 21 iungantur *x* iugantur *X* ‖ admittunt *Q* ammittant *X pr.* ‖ concedunt *mg. Gryph.* 1542 (*non*

7 Cum enim dico 'in campo est' et 'in comitio est', tempus instans significo; item cum dico 'in campo erit', tempus futurum demonstro; at cum dico 'factum est', 'scriptum est', 'subruptum est', quamquam 'est' verbum temporis est praesentis, confunditur tamen cum praeterito et praesens esse desinit'.

8 'Sic igitur', inquit, 'etiam istud, quod in lege est; si dividas separesque duo verba haec 'subruptum' et 'erit', ut sic audias 'subruptum erit', tamquam 'certamen erit' aut 'sacrificium erit', tum videbitur lex in postfuturum loqui; si vero copulate permixteque dictum intellegas, ut 'subruptum erit' non duo, sed unum verbum sit idque unitum patiendi declinatione sit, tum hoc verbo non minus praeteritum tempus ostenditur quam futurum'.

VIII.

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitarique eiusmodi solita 'cur oleum saepe et facile, vina rarius congelascant, acetum haut fere umquam', et 'quod aquae fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur'.

1 Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cena plerumque 2 ad id diei, ubi iam vesperaverat; id enim est tempus istic cenandi. Frequens eius cenae fundus et firmamentum omne erat aula una lentis Aegyptiae et cucurbitae inibi minutim caesae.

3 Ea quodam die ubi paratis et exspectantibus nobis adlata atque inposita mensae est, puerum iubet Taurus oleum in aulam

---

QZXOΠNT

concedit; *atque illud hercle, non hoc, placuit g*r) ‖ (§ 7) 22 et] *om.* *XOΠX* ‖ cõmitio *X* ‖ intans *X pr.* ‖ 23 significatio item *Z* ‖ 25 *alt.* est] *Q* (:). *quod possit ex* est *praec. originem ducere: recte f. igitur* sit *XOΠN om. Z* ‖ (§ 8) 28 supruptũ *X pr.* subrutũ *Q* ‖ 29 sub rupiũ ('duo verba' *scil.*) *XN* ‖ erit] *addendum, non supplendum esse credidi* ‖ certamtũ (*cf.* tum *lin. sq.*) *Z* ‖ sacrifitiũ *Z* ‖ 30 . Tum *XΠ* ‖ 31 intellegis *X* ‖ ut] uis *QZ* ‖ subruptum] *certe = N, de quo ad* subreptum *h. uno l. nil enotatum habeo:* supruptũ *X* ‖ 32 itq; *Z* itaq; *Q* ‖ unitum] *h:* unita (*propter* declinatione) ‖ 33 minas *X pr.* ‖

VIII. *Adhibuit inde a* § 8 *Macr. Sat.* VII 12, 28 *sqq.; exstat in T* ‖ (*lemma.*) 3 congelescant *Z* ‖ 4 nũquam *Z* ‖ eaque *X* ‖ 5 gelũ *Z* ‖ (§ 1) 6 thenis *X pr.* ‖ 7 addeci *X* ‖ vesperaverat] = *x et x mg.:* uesperat *X* ‖ (§ 2) 8 frequentis (*sqq. genet.*) *Q* ‖ et fundamentum *OΠ* ‖ omne *X* ‖ in aula *X ex sil.* ‖ aula] = *ΠT cf. lin.* 11; 16; 18; 24; 48: olla *q O m. rec.* ·i· aula *spscr. T* Aula ·i· olla *in mg. π* ‖ 9 aegiptiacae *Π* ‖ minutatim *T* ‖ (§ 3) 10 paratus *X pr.* ‖ at(l *x*)lata *X* ‖ 11 est. Puerum *T* ‖ taur* *Q* ‖ in oleũ in *Z* ‖ alã *X pr.* ollã *q* ‖

videre. Erat is puer genere Atticus, ad annos maxime natus octo, festivissimis aetatis et gentis argutiis scatens. Gutum Samium ore tenus inprudens inanem, tamquam si inesset oleum, adfert convertitque eum et, ut solitum est, circumegit per omnem partem aulae manum; nullum inde ibat oleum. Aspicit puer gutum atrocibus oculis stomachabundus et concussum vehementius iterum in aulam vertit; idque cum omnes sensim atque summissim rideremus, tum puer Graece, et id quidem perquam Attice, 'μὴ γελᾶτε', inquit, 'ἔνι τοὔλαιον· ἀλλ' οὐκ ἴστε, οἷα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον; κεκρυστάλλωται'. 'Verbero', inquit ridens Taurus, 'nonne is curriculo atque oleum petis?'

Sed cum puer foras emptum isset, nihil ipse ista mora offensior: 'aula', inquit, 'oleo indiget et, ut video, intolerandum fervit; cohibeamus manus atque interea, quoniam puer nunc admonuit solere oleum congelascere, consideremus, cur oleum quidem

---

QZXOΠNT

12 indere *O*(indo *o mg.*)*ΠNe* (μ, *at v. h*^{ra} 74 *sq.*) inde re *Z* *edere (a) *X* ‖ (§ 4) atic' *Q pr.* altius *X pr.* ‖ 13 festinissimus is (*ex v. l. ortum*) *T* ‖ argu**tus *X pr.* ‖ scarens *Q* carens *q* ‖ scatens gutum *Z* ‖ (§ 5) *f.* Is (IS *post* NS *om.*) scatens *h*^{ra} 75, 206 ‖ gustum *Q* ‖ ortenus *XΠ* or*enus *x* ‖ 14 protinus prudens μ, *at v. h*^{ra} 75 *sq.*; 91 ‖ 16 olle *q* ‖ (§ 6) 17 stomacabundus *T* ‖ concussum sensim sūmū uehementius *X* ‖ 18 ollam *x O m. rec.* ‖ (§ 7) cum] eam *Q* ‖ omnis *O* ‖ summissim] *QZT, quo voc. utitur Suet. Aug.* 74: summussim, *ἅπ. λεγόμ., quod per se non displiceret,* *O* (= *o mg.*) *ΠN, Bentleii codd. prob. IHOnions journ. of philol.* XI 79 ‖ summussi inridemus *X* ‖ 19 id] hic *XΠ* ‖ MN *T* ‖ inquit—κεκρυστάλλωται] 3 *lin. vac. rel. om. X* ‖ 20 ἔνι—κεκρυστάλλωται] .GR. *T* ‖ τοὔλαιον] ς *unus alterve:* ΤΟΥΛΕΟΝ *ZOΠN* ‖ εἶτα] *iam praetuli indicante Meinekio philol.* 14, 407: εἶτα *vg.* ‖ ΟΙΑΦΡ.ΕΙΚΗ *N* ΟΙΦΡΕΙΚΗ *Z* ‖ φρίκη] ς *part.:* ΦΡΕΙΚΗ *OΠ cf. adn. prace.* ‖ ΟΡΟΡΟΝ *Z* ‖ 21 ΤΕΜΕΡΟΝ *Z* ‖ καὶ κεκρυστάλλωται (κεκρυστάλληται *etc. al.*) ς *part.* e ‖ ΚΕΚΡΥΣΤΑΛΛΩΤΑΙ *OΠN* ‖ (§ 8) ridens] *in mg. add. n* ‖ taurus ridens *Z* ‖ Taurus) *sup. lin. add. x* ‖ 22 none *N* ‖ curriculū (*sq.* oleum) *X* ‖ petiss; cum *Z* ‖ 23 Sed] & *T* ‖ foris *T* ‖ nihil enim ipse *T* ‖ 24 olla *O m. rec.* aulam *Q* ollam *q* ‖ et] *post* indiget *om. QZ* ‖ intollerandū *Z* intolerandā *X pr.* intoleraͭ̃ti dū *Q* (*ti. add. q. i. e.* intolerati dum *pro* intolerandum *Q* intoleranter dum *q*) ‖ 25 feruet *Q* ferunt *N pr.* ‖ choibeamus *Q* ‖ 26 ; Consideremus *X* ‖ . Cur *Q* ‖

9 saepe et facile, set vina rarenter congelascant?' atque aspicit me
10 et iubet, quid sentiam, dicere. Tum ego respondi, coniectare me, vinum idcirco minus cito congelascere, quod semina quaedam caloris in sese haberet essetque natura ignitius, ob eamque rem dictum esse ab Homero 'αἰθοπα οἶνον', non, ut alii putarent, propter colorem.

11 'Est quidem', inquit Taurus, 'ita ut dicis; nam ferme con-
12 venit, vinum, ubi potum est, calefacere corpora. Sed non secus oleum quoque calorificum est neque minorem vim in corporibus
13 calefactandis habet. Ad hoc, si istaec, quae calidiora sunt, difficilius gelu coguntur, congruens est, ut quae frigidiora sunt facile cogantur.
14 Acetum autem omnium maxime frigorificum est atque id numquam
15 tamen concrescit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in levitate est? faciliora enim ad coeundum videntur, quae levgtiora levioraque sunt'.

16 Praeterea id quoque ait quaeri dignum, cur fluviorum et fontium aquae gelu durentur, mare omne incongelabile sit? 'tametsi Herodotus', inquit, 'historiae scriptor, contra omnium ferme, qui haec quaesiverunt, opinionem, scribit, mare Bosporicum, quod

---

QZXOΠNT

27 faciles et *Z* facile stet (; *X* . *Π* : *e*) *XOΠNe cf. Lambecius prodr. p. 85 sq.* ‖ Nam uina *X* ‖ congelascent *x* ‖ (§ 9) 28 quod *XOΠN* ‖ sententie *Q*iam *QX* ‖ (§ 10) Tunc *T* ‖ me uinum. Idcirco *Z* ‖ 29 congelascere] *Q cf. lin.* 26; 27 (*Macr. l. l.* § 28): connalescere *ZT* coalescere *OΠN* calescere *X* ‖ femina *X pr.* ‖ 30 caloris *Zo Macr.* ‖ hr̄e *Z* ‖ *essetque—rem*] *in mg. add. x* ‖ ignitius] *om. Z* Ignitus *O pr. N pr.* ‖ 31 esse] *om. T* ‖ *Hom. Il.* I 462 *etc.* ‖ ΑΙΤΟΠα *Z* ‖ ΑΙΘΟΠΑΟΙΝΟΝ *N* ‖ 32 calorem *Macr. Par.* ‖ colorem ee quidem. Inquit *T* ‖ (§ 11) 33 Est] Et *Q* ‖ dicisamin ferme *Q* ‖ 34 ibi *QZ* ‖ (§ 12) 35 quoque oleum *XOΠN* ‖ vim] uin (*propter sq.* in) *Q* ‖ in] *om. z* (*Vat.* 3452; *SGerm.* 643) ‖ 36 calefactandis] — *T* (calefatandis *T teste i*) *Macr.*: calefacandis *Q* calficandis *Z* calefaciendis *XOΠN*, *e. l. ap. Macr.* ‖ (§ 13) ista haec *XΠ* ita hec *Z* ita ꝫ *Q* ita *T* ‖ ita est, ut quae . . . coguntur *Salmasius* ‖ quā calidi ora *Z* ‖ difficilius—frigidiora sunt] *post* calidiora sunt *om. Z* ‖ 37 coguntur *Π pr.* ‖ (§ 15) 39 Num] Nam *spacr.* I haec *X* non *Q* ‖ 40 faciuora *T* ‖ eni aū quoeundum (*in mg.* ?) *Z* ‖ coedundum *X* ‖ 41 densioraque *Macr.* ‖ (§ 16) 43 aq̄s *X pr.* ‖ Tam et si *Q* Tamet si *Z* ‖ 44 erodotus *X* ‖ *Herodot. hist.* IV 28 ‖ scripsit *X pr.* ‖ 45 bos poricū *Z* bosphoricum *QXΠN* (*cf. AFleckeisen ann. phil.* 99, 656 *sqq.*; 101, 458; *WSchmitz mus. phil.* 25, 163 (= *Beiträge etc. p.* 136); *CGBrandis*

'Cimmerium' appellatur, earumque partium mare omne, quod 'Scythicum' dicitur, gelu stringi et consistere'.

Dum haec Taurus, interea puer venerat et aula deferbuerat 17
tempusque esse coeperat edendi et tacendi.

IX.

De notis litterarum, quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur; deque aliis clandestinis litteris ex vetere historia petitis; et quid σκυτάλη sit Laconica.

Libri sunt epistularum C. Caesaris ad C. Oppium 1
et Balbum Cornelium, qui rebus eius absentis curabant. In 2
his epistulis quibusdam in locis inveniuntur litterae singulariae sine conagmentis syllabarum, quas tu putes positas incondite; nam verba ex his litteris confici nulla possunt. Erat autem conventum 3
inter eos clandestinum de commutando situ litterarum, ut in scripto quidem alia aliae locum et nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus et potestas restitueretur; quaenam vero littera pro 4
qua scriberetur, ante is, sicuti dixi, conplacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est adeo Probi grammatici commentarius 5

QZXOΠNT

de aspir. Lat. p. 7 sq.) bosforicū *Macr. P* ‖ quod et Cimmerium (cimeriū *P*) appellat *Macr.* ‖ 46 Cimmerium] s *ap. G.* (*SGerm.* 643), *Macr., vg.:* cimmirium *XONT* cymmirium *Π* omireū *QZ* ‖ 47 scithicum *Π, Macr. P* scyticū *T* scilicū *QZ* ‖ constringi *Macr.* ‖ (§ 17) 48 ****| puer (puer) *Q* ‖ olla *q O m. rec.* ‖

IX: XVIIII *et in lemm. et in cap. inscr. X* ‖ (*lemm.*) 2 cęsaris *X* ‖ repperiuntur *QΠ* ‖ aliis] *om. Π* ‖ 3 chaldestinis *QZ* ‖ uctis (*prace.* - is - is *et sq.* - is) *Q* ucti *q* ‖ petiss; quid *Q* petiss; quod *Z* ‖ σκυτάλη] *c cf. lin.* 39: scytale (scitale *XΠ*) ‖ 4 laconia *Q* iaconia *Z* ‖ (§ 1) 5 *prius* C.] *om. QZ* ‖ oppidum *QXOΠ* opidū *Z* oppidium *q* ‖ *descripsit* § 1—5 *CNipperdey inter Caes. fragmenta ed. Caes. a.* 1847 *p.* 766 *ante epistularum reliquias; cpp. ad Balbum et Oppium fragmenta ibid. composuit p.* 773 *sqq.* ‖ 6 res *XOΠ* ‖ (§ 2) 7 hiis *Z* ‖ singulare *X pr.* ‖ 8 coagū *X pr.* ‖ esse positas *Π* ‖ positos *ut vid. X pr.* ‖ 9 uerbe ex hiis *Z* ‖ (§ 3) 10 claudestinū *Q* ‖ commutando *Z* ‖ si tulit terrarum in (ut *om.*) *Z* ‖ inscripto *ZX* ‖ 11 tenet *Z* tenerent (aliae *sc.*) *Π* ‖ 12 potestes (*sqq. litt.* res) *Q pr. Z* ‖ (§ 4) .Quę nā *Q pr.* ‖ ; quaenam—qua]. Subderetur. *X* (*cf. adn. lin.* 13) ‖ littera] *om. O* ‖ 13 scriberetur] = *O* (∵ *not. ante* scriberetur *o*) *N:* in (∵ ī *o*) ā (*i. e.* alio) subderetur *o mg. n mg.* ‖ iis *XON* his *Π* ‖ dixit non facebat (i *Q*) *QZ* ‖ (§ 5) 14 Est (∵ *o*) adeo] = *ON:* in ā est autem *n mg.* ∵ ē autem *o mg.* Est autem adeo *X* ‖ cōmentario *Q pr. Z* ‖

satis curiose factus de occulta litterarum significatione in epistularum C. Caesaris scriptura.

6 Lacedaemonii autem veteres, cum dissimulare et occultare litteras publice ad imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus eae captae forent, consilia sua noscerentur, epistulas id
7 genus factas mittebant. Sūculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento eiusdemque longitudinis, derasi atque ornati consimi-
8 liter; unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum
9 domi magistratus cum iure atque cum signo habebant. Quando usus venerat litterarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicae tenuitatis, longum autem, quantum rei satis erat, con-
plicabant, volumine rotundo et simplici, ita uti orae adiunctae
10 undique et cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent. Litteras deinde in eo loro per transversas iuncturarum oras, versibus a
11 summo ad imum proficiscentibus, inscribebant; id lorum litteris ita perscriptis revolutum ex surculo imperatori commenti istius
12 conscio mittebant, resolutio autem lori litteras truncas atque mutilas reddebat membraque earum et apices in partis diversissi-
13 mas spargebat; propterea si id lorum in manus hostium inciderat,

---

QZXOΠN

15 *occulta (h) X* ‖ significationē *Z* ‖ in] *om. XOΠN e vg.* ‖ 16 G. *q* ‖ scriptura] *hr:* scriptarum *libri e vg.; 'aut excidit ad quos vel quemadmodum epistolae scriptae essent aut ipsum* scriptarum *corruptum est' Nipp.* ‖ (§ 6) 17 lacedemonū (u s = iu *ut vid. Q*) *Zq* ‖ occulta re *Z* occultate *X pr.* ‖ 18 missus *X pr.* ‖ 19 honestib; *Z* ‖ hęc *Π* ‖ eae captae] exceptae *ς unus alterve (Barh. A - spscr.* I hee capte -, *Palat. teste IGebhardo AL* II 18 eae exceptae *id. ad Liv.* XXII 42, 11 ‖ capite *Z* ‖ forent capte *Q* ‖ 20 gene *X pr.* ‖ (§ 7) singuli *ZON* I surculi *o mg.* Si ut surculi (*ubi* Si *pro indicio v. l.* Singuli *in archet. habendum est*) *X* ‖ terentes *O* terretes *Q* terra et es *Z* ‖ et oblonguli *Π* obloculi *QZ* ‖ 21 grassamento *X* ‖ derassi *Z* detasi *Q* ‖ tornati *mg. Gryph.* 1537 *Salmasius* ‖ (§ 8) 22 imperatori ** *X* ‖ in] .hii *Q* hīi *Z* ‖ proficiscente *ut vid. X pr.* inproficiscenti *Z* ‖ 23 iure] *cf. hr* 76 *sq. (al. HHagen in Bursiani nunt. ann. phil. a.* 1873 *p.* 1416): loro *CGoettling comm. alt. de monum. Plat. Ien.* 1862 *p.* 4 *n.* * cura μ ‖ (§ 9) 24 circa *Π* ‖ loco♣ *Z* ‖ 26 simplici ita] = *x:* simplicita *X* ‖ Ore *X* ᵇOrę *x* ‖ 27 co(*u *Q ?*)hirent litteras. Deinde *QZ* ‖ (§ 10) 28 oras] = *o:* horas *Q* oris (*sq.* versibus) *OΠN* ‖ 29 inscribant *X pr.* ‖ (§ 11) 30 illius *XOΠN* ‖ (§ 12) 32 multilas *Q pr. Z* ‖ aspices (*in mg., quod et ad* multilas *pertinebit utroque voc. in eadem lin. scripto*) *Z* ‖ inpartis *X* ‖ partes *QZ* ‖ (§ 13) 33 ostium *X* ‖

nihil quicquam coniectari ex eo scripto quibat; sed ubi ille, ad 14
quem erat missum, acceperat, surculo conpari, quem habebat, a
capite ad finem, proinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat,
atque ita litterae per eundem ambitum surculi coalescentes rursum
coibant integramque et incorruptam epistulam et facilem legi
praestabant. Hoc genus epistulae Lacedaemonii 'σκυτάλην' 15
appellant. Legebamus id quoque in vetere historia rerum 16
Poenicarum, virum indidem quempiam inlustrem - sive ille
Hasdrubal sive quis alius est non retineo -, epistulam scriptam
super rebus arcanis hoc modo abscondisse: pugillaria nova, non- 17
dum etiam cera inlita, accepisse, litteras in lignum incidisse, postea
tabulas, uti solitum est, cera conlevisse easque tabulas, tamquam
non scriptas, cui facturum id promiserat, misisse; eum deinde
ceram derasisse litterasque incolumes ligno incisas legisse.

Est et alia in monumentis rerum Graecarum profunda 18
quaedam et inopinabilis latebra, barbarico astu excogitata. Histiaeus 19
nomine fuit, loco natus in terra Asia non ignobili. Asiam tunc 20
tenebat imperio rex Darius. Is Histiaeus, cum in Persis apud Darium 21
esset, Aristagorae cuipiam res quasdam occultas nuntiare furtivo
scripto volebat. Comminiscitur opertum hoc litterarum admirandum. 22
Servo suo, diu oculos aegros habenti, capillum ex capite omni

---

QZXOΠN

34 quiquam *X pr.* ‖ (§ 14) 35 erat missum] = *O:* trans missum *O* ‖ compara *Π pr.* ‖ a capite] μ: capite ‖ 36 ut] *om. Q* ‖ fieret *Q pr.* ‖ 37 ambitum eundem *ΠN pr.* ‖ habitū *X* ‖ surculi] *om. Q* ‖ surculico alescentes *X* surcu licoalescentes *neglegenter corr. x* ‖ (§ 15) 39 σκυτάλην] = *O:* ΕΚΥΤΑΛΗΝ *o mg.* ϹΚΥΠΑΛΗΝ *Π* ϹΚΥΤΑλΕΝ *Z* ‖ (§ 16) 40 ueterum (*sq.* rerum) *Q* ‖ 41 pecuniarū *Q* pectinirū *Z* ‖ virum indidem] iudidē *Q* ‖ illustre *Q* inlustram *X pr.* ‖ 42 aut rubal *QZ* ‖ 43 creb; *Z* ‖ archanis *QXΠ* ‖ abscondis se pugillari á *Z* ‖ (§ 17) Pabillaria *X pr.* ‖ 44 certa *X pr.* ‖ 45 easque] absq; (*prace.* e) *Z* = a**q; *Q ?* atq; *q* ‖ 46 cuius *X* cuiuis *x* ‖ id p̄dixerat *OΠN* ‖ mississe *X* ‖ misisse eum. Deinde *Z* ‖ *f.* ,eam ‖ de inde *X* ‖ 47 derasse *Z* derarisse *X* derosisse *Q* ‖ incisos *Π* ‖ (§ 18) 49 barbarice *Q* hastu *Z* ‖ (§ 19) histeus *Π* histicus *X* histeus *x* hisitaeus *Q* hisitraeus *q* ‖ 50 ignobili asiam *Z* ‖ (§ 20) 51 imperio. Rex *Z* ‖ darus *X pr.* ‖ (§ 21) isitrachus *Q* ⁺isitrachus *q* ‖ Histiaeus] *v. adn. lin.* 49: histeus *XOX* istheus *π* isteus *Π* histacus *Z* ‖ impsis *Z* ‖ 52 aristogorae *Ox* aris togore *X* ‖ occultas *x* ‖ (§ 22) 53 Comminiscitur*q. Π* ‖ haec (*spscr.* I hoc) *X* ‖

tamquam medendi gratia deradit caputque eius leve in litterarum
23 formas conpungit. His litteris, quae voluerat, perscripsit, hominem
24 postea, quoad capillus adolesceret, domo continuit. Vbi id factum
25 est, ire ad Aristagoran iubet et 'cum ad eum', inquit, 'veneris,
mandasse me dicito, ut caput tuum sicut nuper egomet feci,
26 deradat'. Servus, ut imperatum erat, ad Aristagoran venit man-
27 datumque domini adfert. Atque ille, id non esse frustra ratus,
quod erat mandatum fecit. Ita litterae perlatae sunt.

X.

Quid de versibus Vergilii Favorinus existumarit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnae Pindarum poetam secutus est; conlataque ab eo super eadem re utriusque carmina et iudicata.

1 Favorinum philosophum, cum in hospitis sui Antiatem villam aestu anni concessisset nosque ad eum videndum Roma venissemus, memini super Pindaro poeta et Vergilio in hunc
2 ferme modum disserere: 'Amici', inquit, 'familiaresque P. Vergilii in his, quae de ingenio moribusque eius memoriae tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus more atque ritu ursino.
3 Namque ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque

---

QZXOΠN

55 gr̃ae (*i. e.* gratiae) *X* ‖ 56 cũpungit *Q* conpingit *X pr.* ‖ (§ 23) hiis *Z* ‖ litteras *QZ* ‖ uoluera**scripsit *Z* ‖ pstringit *l* pscripsit (*v. l. in verb. ord. inserta*) *Q* scripsit *Π* ‖ 57 quoad] = *q:* que ad *Q* q̃ead *Z* quod *O* (*G.Scioppius lect. susp.* IV 6 *ad eundem spectat:* '*sic enim ibi - h. sc. l. - Giphanius in v. l. reperit*') ‖ adulesceret *N* ‖ (§ 24) 58 est,] *om. Z* ‖ adaristagoram *X* ‖ aristagoram *QΠ* ‖ (§ 25) ueteris *Q pr.* ‖ 59 sic *X pr.* ‖ 60 deradat] = *q in litura ?:* dederat *Q* ‖ (§ 26) aristagoram *Xq* ‖ (§ 27) 61 ille] *om. Q* ‖ 62 perlectae *coni. z* ‖

X. *Inde a* § 8 *adhibuit Macr. Sat.* V 17, 7 *sqq.* ‖ (*lemm.*) 2 indescribenda *Z* inde scribenda *QX* ‖ 3 flagant ac non tisa 7 ne *QZ* ‖ *montis (a) *X* ‖ aethnae *Π* ethnę *x* etne *X* ‖ p*darum (ē ?) *Q pr.* ‖ 4 iudicata] *altera archet. lectio, h:* indiiudicata (*ex v. l.* iudicata *et* indicata *conflatum*) *QZ:* diiudicata *XOΠN edd.* ‖ (§ 1) 5 F *litt. init. spat. rubricatori vac. rel. om. Z* ‖ Fauorinus philosophus *q* ‖ hospieiis *Z* ‖ hospitisui *X* ‖ 7 su p'indaro *X* sup. p'indaro *x* ‖ pindato (ᵗ *in mg. z*) *Z* ‖ 8 fere *XOΠN* ‖ diserere *Q pr.* ‖ (§ 2) P.] *om. Q* p. *aspser. q* ‖ 9 hiis *Z* ‖ 10 solutũ *X pr.* ‖ seruersus *X pr.* ‖ ore *Q* ‖ et q̃ritur sinom̃q; *Z* ‖ *litt.* u ursino nã *in ras. q* ‖ (§ 3) 11 fętum *X* ‖ informenque *Q pr.* ‖

labendoque id postea, quod ita edidisset, conformaret et fingeret, proinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie et inperfecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et vultus liniamenta. Hoc virum iudicii subtilissimi ingenue atque vere dixisse, res', inquit, 'indicium facit. Nam quae reliquit perfecta expolitaque quibusque inposuit census atque dilectus sui supremam manum, omni poeticae venustatis laude florent; sed quae procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, et absolvi, quoniam mors praeverterat, nequiverunt, nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque iudicio digna sunt. Itaque cum morbo obpressus adventare mortem videret, petivit oravitque a suis amicissimis inpense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, adolerent.

'In his autem', inquit, 'quae videntur retractari et corrigi debuisse, is maxime locus est, qui de monte Aetna factus est. Nam cum Pindari, veteris poetae, carmen, quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est, aemulari vellet, eiusmodi sententias et verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima pinguique esse facundia existimatus est, insolentior

---

QZXOΠX

12 labendoq; *Z* ‖ que] *om. Q* ‖ dedisset *X* ‖ 13 .Proinde *Q* ‖ ingnii *X pr.* ‖ pareus *Q* ‖ recenrudi *X* recensentes rudi *x* ‖ 14 inpfeta *X pr.* ‖ tranctando *X* ‖ redderetis se *QZ* redderet eis sut *q* ‖ 15 unltu *X pr.* ‖ laniamenta *QZ* liniamentum *X* ‖ (§ 4) virum] *e:* uerum (*sq.* uere) *QZXOΠN*ϛ uerbum ϛ (*Vat.* 3452) ‖ iuditii *X* iuditiis *Q* ‖ 16 dixisse res] dixisses *Z* dixiss; *Q* dixiss; e *q* ‖ indicium] = ϛ: inditium *QXΠ* iudicium *ZO* ipsa uerum indicium ϛ (*Vat.* 3452; *SGerm.* 643) *e* ‖ (§ 5) 17 expolit atque *Q pr. Z* ‖ 18 suprema (*sq.* m) *Π* ‖ poetica e *Z* petice *X pr.* ‖ forent *Z* ‖ (§ 6) 19 perastinati *X pr.* ‖ 21 elegamtissimi *X* elegantissime *QZ* ‖ nomine] *om. QZ* ‖ iuditio *QX* ‖ (§ 7) 22 petunt *Z* ‖ suis amicis suis *Π* ‖ 23 eneidā (*sq.* quam) *Q* ‖ statisse limauisseŭt *Z* ‖ elimasset *XO* ‖ 24 adolerent] = ϛ, *v. d. misc. obss.* IV 439: adoelerent *Z* abolerent ϛe *A*(*breschius*) *l. l. p.* 439 *sq.* ‖ (§ 8) 25 hiis *Z* ‖ uide******tur (de ; *vell. dignoscere nequibam*) *X* ‖ corrige *X pr.* ‖ 26 his *Q pr.* .hiis *Z* ‖ aethna *XΠ* ethna *QZ atque haec et sim. in sqq.* ‖ 28 mortis *Q* ‖ emulare *Q pr.* ‖ uellet & *Π* ‖ 29 pindoro *x* pindora *X* ‖ ipso] = *Macr. l. l.*: *om. Q* ‖ 30 pinguidq; *Z* ‖ facundiam *X pr.* ‖ insolentior. hoc *Q* insolenti *q* ‖

9 hoc quidem in loco tumidiorque sit. Atque uti vosmetipsos', inquit, 'eius, quod dico, arbitros faciam, carmen Pindari, quod est super monte Aetna, quantulum est mihi memoriae, dicam:

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἀγνόταται
Ἐκ μυχῶν παγαὶ ποταμοὶ δ' ἀμέραισιν μὲν προχέοντι ξόον καπνοῦ
Αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθείαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετόν
Δεινοτάτους ἀναπέμπει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι, θαῦμα δὲ καὶ παρεόντων ἀκοῦσαι.

10 Audite nunc, inquit, Vergilii versus, quos inchoasse cum verius dixerim quam fecisse:

Portus ab accessu ventorum immotus et ingens
Ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis

QZXOΠN

(§ 9) 31 uti] *om. Π* ‖ uos met ipsos *X* nosmet ipŏs *Z* ‖ 32 faciem *Z* ‖ carman *Q pr.* ‖ quod] ẅ (*i. e.* hoc) *Q* ‖ *Pind. Pyth.* I 21 (40) *sqq.* ‖ 34—42 ΤΑCΕΡΕΥ *sqq.* 10½ *lin. vac. X* ‖ 34 ΕΓΕΥΓΟΝΤΑΙ *Z* ‖ ΑΠΛΑΤΟΥΠΥΡΟC *Z* ‖ 35 ΠΑΥΓΧΩΝΙΠΑΤΑΙ *Z* ‖ ΠΑΓΑΙ *OΠ* ‖ ·] *om. Π* ‖ ξ'] *Pind., Macr.:* ΔΕ *OΠN* ‖ ΔΕΡΑΜΕΡΑΙCΙΝ *Z* ‖ ἀμέραισιν ς *unus alterve, Pindari fere omnes, Macr. P* ‖ 36 ΡΟΟΙΙ *Z* ‖ 37 αἴθων᾽] *Pindarus:* ΕΘΩΝΑ *ΠNo* ΕΘΩΝΑ *O* αἴθονα *et* αἴθονας *v. l. ap. Pind.* ‖ ΕΘΩΝΑΛΛΑ *Z* ‖ ΑΙΘΩΝΑΛΛΕΝ *Macr. P* ‖ ·] *om. Π* ‖ ὄρφναισιν ς *unus alterve, Pind. fere omnes, Macr. P* ‖ πέτρας] *Ald. ex Pindaro: om. libri Gelliani* (= o) *et Macr. P* ‖ 38 ΚΙΛΙΝΔΟΜΕΝΑ *Z* ‖ *post* κυλινδομένα *distinx. ΠO* ‖ ΒΑΤΕΙΑΝ *Z* ‖ 39 ΠΛΑΚΑ *Z* ΛΑΚΑ *O* ‖ 40 κεῖνο δ'] ΚΕΙΝΟΑ (. *N*) *OΠN* ‖ *post* Ἀφαίστοιο *distinx. OΠ* ‖ ΚΟΥΝΟΥC *Z* ‖ 41 ΔΕΙΝΟΤΑΤΟΥC *OΠ* ‖ ·] *om. Π* ‖ ΜΗΝ *Π pr.* ‖ ΘΑΥΜΑCΙΟΝ᾽ *O* ΘΑΜΑΙΟΝ. *Π* ΘΑΥΜΕCΙΝΟΝ *Z* ‖ προσιδέσθαι] *e cum aliquot Pind. codd. et Macr. P (cf. Boeckhius opusc. V 369. encycl. phil. p. 196):* ΠΡΟCΕΙΔΕCΘΑΙ *N* ΠΡΟΕΙΔΕCΘΑΙ *O cf. adn. sq.* ἰδέσθαι *et* ἰδέσθαι *v. l. ap. Pind.* ‖ ΠΡΟΕΙΔΕCΘΑΥΘΑΙΜΑ *Π* ΠΡΟΕΙΔΕCΘΑΙΘΑΙΜΑ *Z* ‖ 42 ΔΕ *Z* ‖ παρεόντων] *e cum paucis Pind. codd. et Macr. P et sic aut* παρόντων (ο *ad* παρέντων *spscr.*) ς *unus alterve pro v. l.:* ΠΑΡΕΝΤΩΝ *ZOΠNς* παρόντων *codd. Pind. plerique; recentiorum conatus v. ap. Bergkium* ‖ *post Graeca* 4 *lin. vac. rel. O* ‖ (§ 10) 44 perfecisse *Macr., Cobetus Mnemos. n. s.* 6, 112 *recte fort., cf. tamen FRühl ann. phil.* 117, 320 ‖ *Verg. Aen.* III 570 *sqq.* ‖ 45 ab] & (*sq.* et ingens) *Q* ‖ immotus *N* ‖ ingens, ipse sed *O* ‖ 46 se dorrificis *X* se horrificis *x* ‖ hortificis *Z* ‖ ,. Narninis *Z* & nauinis *X pr.* ‖

Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
Turbine fumantem piceo et candente favilla,
Attollitque globos flammarum et sidera lambit;
Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.

Iam principio', inquit, 'Pindarus, veritati magis obsecutus, id dixit, quod res erat quodque istic usu veniebat quodque oculis videbatur, interdius fumare Aetnam, noctu flammigare; Vergilius autem, dum in strepitu sonituque verborum conquirendo laborat, utrumque tempus, nulla discretione facta, confudit. Atque ille Graecus quidem fontes imitus ignis eructari et fluere amnes fumi et flammarum fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos angues, luculente dixit; at hic noster, 'atram nubem turbine piceo et favilla fumantem' βόον καπνοῦ αἴθωνα interpretari volens, crasse et inmodice congessit, globos quoque flammarum, quod ille κροῦνούς dixerat, duriter et ἀκύρως transtulit. Item quod ait: sidera lambit, vacanter hoc etiam', inquit, 'accumulavit et inaniter'. Neque non id quoque inenarrabile esse ait et propemodum insensibile, quod 'nubem atram fumare' dixit 'turbine piceo et favilla candente'. 'Non enim

---

QZXOΠN

47 ab ethera *Z* ‖ 48 pice*o (r) *X* ‖ *cadente Z* ‖ 49 Adtolletq: *X pr.* Attolliq: *Z* ‖ flammarum *X* ‖ 50 uiscere *Q pr.* ‖ montis. *O* ‖ 51 Erit *Q pr.* ‖ erigit. Eructans *Π* ‖ erutans *X* ‖ lique factaq: *X* ‖ saxa] *om. QZ* ‖ 52 *fondoq: Q* ‖ exaestiuatimo *X* ‖ (§ 11) 53 Iam] fani *QZ* fanit *q* in *Macr.* ‖ 54 reserat *Π* ‖ 55 i(.I *X*)nterdiu *OΠN Macr.* intdii *X* ‖ flamigare *XΠN* ‖ (§ 12) 56 strepitus onituq; *X pr.* ‖ 57 confundit *x libri Macr.* ‖ (§ 13) 58 grecos (*propter* fontes) *Π* ‖ fontem (*praec.* em) *Z* ‖ imitus] *X ex sil., Lipsius elect.* II 3 *cf. g ad G.* II 30. 4 *adn.* (*immerito hic quoque improb. VFKopp l. ibi l.*): imitatus *QZOΠN codd. Macr.* ‖ eructare (i *ut vid.*) *X* eructare *O pr. Macr. AS* eructuari *Π* eructuare *Macr. P* ‖ amnes] *Ascens.* 1517. *libri Macr.*: omnes (s. oūs) ‖ 59 flamarum *X* ‖ 60 angues] amnes (= ānes *P*) *codd. Macr.* ‖ (§ 14) ad *Z* ‖ 61 turbineo (*sq.* piceo) *OΠN* picco *Q* ‖ fabilla *O* fabula *Q pr. Z* ‖ AIθωNa *X* ‖ 62 concressit *Q* conerescit *Z* ‖ (§ 15) 63 flammarum] ferarum *Macr. P* ‖ flammarum—quoque] *lin.* 65 *post* quoque *om. QZ* ‖ KPYCNOYC *X* KPOYNOIC grunus *Π* ‖ (§ 17) 66 insensibilem *Q* inuisibilē *Z* ‖ atram] ātra (= aterra *pro* atrā) *X* ‖ 67 scouilla *X* ‖

fumare', inquit, 'solent neque atra esse, quae sunt candentia; nisi si 'candenti' dixit pervulgate et inproprie pro ferventi favilla, non pro ignea et relucenti. Nam 'candens' scilicet a candore dictum, non a calore. Quod 'saxa' autem 'et scopulos eructari et erigi' eosdemque ipsos statim 'liquefieri et gemere atque glomerari sub auras' dixit, hoc', inquit, 'nec a Pindaro scriptum nec umquam fando auditum et omnium, quae monstra dicuntur, monstruosissimum est'.

XI.

Quod Plutarchus in libris symposiacis opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi fistulaeque eius, quae τραχεῖα dicitur, adversum Erasistratum medicum tutatus est, auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

1 Et Plutarchus et alii quidam docti viri, reprehensum esse ab Erasistrato, nobili medico, Platonem scripsere, quod potum dixit defluere ad pulmonem eoque satis humectato demanare per eum, quia sit rimosior, et confluere inde in vesicam, errorisque istius fuisse Alcaeum ducem, qui in poematis suis scriberet:

Τέγγε πνεύμονα οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

QZXOΠN

(§ 18) 68 cent (*propt.* solent) *Z* ‖ 69 candenti] = *Macr.*; *exspectes* candente ‖ puulgata *QZ* ‖ inproprie. *Π* ‖ feruendi *X pr.* ‖ 70 scilicit *Q* ‖ 71 a] *Macrobius* (*h*): et a (et *bis praec.*, *ter sq. post* scilicet *repetito*) *QZXON* est a *Π* ee a *g* ‖ (§ 19) 72 lique fieri *X* ‖ 73 aras *X pr.* ‖ a] *spser. x* ‖ pindoro *X* ‖ 74 nec umquam] quam *X* ‖ fando *X* ‖ 75 monstruosimum *X pr.* ‖

XI. *Adhibet Macr. Sat.* VII 15 ‖ (*lemm.*) 2 simposiacis *XΠ* simphosiacis *Z* ‖ de] sed *X* ‖ 3 stomachi] est**machi *X* est *-|stomachi *x* ‖ τραχεῖα] ce: trachia *QZOΠN* = *Macr. P* § 2 (§ 5 ΤΡΑΧΕΙΑ, § 7 ΤΡΑΧΕΙΑΝ *idem*) trachia *X* ‖ aduersa *ut vid. X pr.* ‖ 4 erasis tratum *X pr.* ‖ 5 hypocratis *QZ* *ippocratis (i ?) *X* ‖ (§ 1) 6 E *litt. init. om. Z V inscruit z* ‖ *Plut. sympos. quaest.* VII 1 ‖ reprensum *ZOΠ* ‖ *Plat. Tim.* c. 44 *p.* 91 *A St.* ‖ 7 potum] = *o* (= po *o ng.*) *π:* plotum *QZOΠN*ᵠ plopotnm *utraque lectione permixta X*; plotum *ortum esse videtur ex praec.* Platonem, *possis tamen etiam de* Plato potum *cogitare* ‖ 8 ad] & *Q* ‖ umectato *ON* inlectato *Q* ‖ dimanare *ZOΠN* ‖ 9 primosior *QZ* remosior *X pr.* ‖ in vesicam] siucca. *Q* (si *syll. ut vid. in archet. om., tum non suo l. inserta*) siue ca *Z* ‖ .Errorisq. *X* ‖ ducē (*i. e.* ducere *pro* ducē) *Q* dicē *q* ‖ *Alcaei scol. fr.* 39 *v.* 1 *p.* 163 *Bgk PLG*⁴, *ubi v. accuratam vett. testium enumerationem* ‖ 11 TENTE *libri* ‖ ΠNEIMONA *Π* Π***(*s.* **** = * *s.* ** ON)NEYMONA *X*

ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculenta omnia et poculenta ex eoque ferri in ventriculum, quae Graece appellatur 'ἡ κάτω κοιλία', atque ibi subigi digerique, ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Graece 'κόλον' dicitur, humidiora per renes in vesicam. Per alteram autem fistulam, quae Graece nominatur 'τραχεῖα ἀρτηρία', spiritum a summo ore in pulmonem atque inde rursum in os et in nares commeare, perque eandem viam vocis quoque fieri meatum ac, ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, prociderit ex ore labereturque in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione intercluderetur animae via, impositam esse arte quadam et ope naturae inde apud duo ista foramina quae dicitur 'ἐπιγλωττίς', quasi claustra quaedam mobilia, conventia vicissim et resurgentia, eamque 'ἐπιγλωττίδα' inter edendum bibendumque

---

QZXOΠN

πνεύμονας *Phil. l. l.* 1, 1 πλεύμονας *Athen. X p.* 430^{b} ‖ Οἶνῳ πνεύμονα τέγγε *Macr. l. l.* § 13 *Ath.* I *p.* 22^{e} *al.* ‖ CAP *Z* ‖ ΠΕΡΙΤΕΜΕΤΑΙ *Z* ‖ (§ 2) 12 erasis tratum *X* ‖ canaliuillas *X* ‖ 13 quasdā̄ *X* ‖ fitulas *Q* ‖ 14 stomacū̄ *QZ* ‖ ęsculenta *Π* ‖ 15 posculenta] *Z cf. adn.* IV 1, 17: poculenta *XO*(= *o mg.*)*Π Macr. P* potulenta *QN*ɔ ‖ q; *Z pr.* qui *OΠNq Macr. P* ‖ 16 apellatur *X* appellantur *QZ* ‖ ΚΟΙΑΙΑ *Z* ‖ degeriq; *ZON* ‖ 17 hiis *Z* ‖ recreamenta *ZO*(= *o mg.*)*ΠNq* recreatmenta *Q* ‖ alveum] *x:* alium *ut vid. X* alliū̄ *Z* ‖ 18 κόλον] = *s:* ΚΟΛΝ *Q* ‖ κόλον—Graece] *post* grece (*sic*) *om. Z* ‖ . Umidiora *O* ‖ per(*s. p*)lennes *XOΠN* plennes *π* ‖ (§ 3) 19 τραχεῖα] *sc:* trachia *QZXOΠn* thrachia *N* ‖ ΑΡΤΕΡΙΑ *XΠ* GR. *ut assolet Q* ‖ 20 rursum] = *Macr. P:* sursum *Q* (*hr*) ‖ nares] = *Macr. P:* naris *XOΠN* ‖ 21 ñ *Z* ‖ (§ 4) 22 cibusve] = *Macr. P:* cibusq; *OΠN* cybusqu*e (a) *X* ‖ quem] = *Macr. P:* que *X pr.* = q; *Π* que *x* ‖ oportere *Q pr. Z* ‖ stomacū̄ *Z* ‖ prociderit] = *Macr. P:* procederet *QZ* ‖ 23 ex] in *Q* ‖ 24 ex eaque *Macr.* ‖ interclauderetur *X* ‖ uiā̄ *Z* ‖ interpositam (*propter* intercladeretur *cf. i*) *Π* ‖ 25 ope] = *Macr.:* opere *Q* ς (*Guelf.*), *h*^{e} ‖ inde—resurgentia] *non omnino sana esse videntur:* ἐπιγλωττίδα quasi claustrum mutuum utriusque fistulae, quae sibi sunt cohaerentes, *Macr.* ‖ ista duo *OΠ* ‖ 26 ἐπιγλωττίς] = *π:* ΕΠΙΓΛΩΤΤΙC *XΠ* ΕΠΙΓΛΩΤΤΙC. *Z* ‖ conuentia *Q* ‖ (§ 5) 27 ΕΠΙΓΛΩΤΤΕΙΔΑ *N* ΕΠΙΓΛΩΤΤΗΙΔΑ *Π* ΕΠΙΓΛΩΙΤΕΙΔΑ *O* ΕΠΙΓΛΩΤΤΕΙΔΑ. *Z* ΕΠΙ*ΓΑΤΤΗΙΔΑ *X* ‖ īnt̄ dendum *X pr.* ‖ atque bibendum *Π* ‖

operire atque protegere 'τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν', ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi aestuantis animae iter; ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriae communito.

6 Haec Erasistratus medicus adversum Platonem. Sed Plutarchus in libro symposiacorum auctorem Platonis sententiae Hippocraten dicit fuisse idemque esse opinatos et Philistiona Locrum et Dioxippum Hippocraticum, veteres medicos et nobiles, atque illam, de qua Erasistratus dixerat, 'ἐπιγλωττίδα' non idcireo eo in loco constitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam: nam pulmoni quoque fovendo rigandoque utiles necessariosque humores videri, set adpositam quasi moderatricem quandam et arbitram prohibendi admittendive, quod ex salutis usu foret, uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria

---

QZXOΠN

28 TEX *Π* ΓEN *X* ‖ τραχεῖαν] se: TPAXIAN *ZOΠN* ‖ TPAXIANA PHPIAN *X* ‖ exes capotiue *X pr.* ‖ esca *Π* ‖ 29 inciderat *QZ* ‖ inter *Z* ‖ 30 nichilū oris *Z* ‖ umoris *ON* ‖ 31 ad uersū *Z* aduersus *Π* ‖ (§ 6) *Plutarchus l. l.* 3, 11 ‖ 32 libro] septimo *coll.* III 6, 1 *R Volkmann obss. misc. Iavor.* 1872 *p.* 5 (*Symposiaca praeterea affert G.* III 5, 1, *ne titulo quidem adscripto, et* IV 11, 13 'in symposiacis'; *de* 'libro' *cf. hac p.* 45 *add. G.* XVI 19 *lemm., ERohde nuntii d. Gott.* 1882, 49, 1542 *sqq.*) ‖ simposiachorum *Π* sim(n *Q*)phosiacoꝝ *QZ* simphosiachorum *X* ‖ 33 Hippocraten] *Hippocrates nunc non nominatur ap. Plut. l. l. in editionibus praeter Duebnerianam, ubi ad nomina alibi tradita* Φιλιστιωνά τε τὸν Λοκρὸν . . . καὶ Διόξιππον τὸν Ἱπποκράτειον *ante Dioxippi mentionem mera coni., ut vid., additum est* καὶ Ἱπποκράτην. *Volkmannus l. l. p.* 4 *sq. censet quaest. illas convivales non integras ad nos pervenisse; equidem h. certe l. post* Ἱπποκράτειον *voce.* καὶ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην *aut sim. excidisse censuerim:* hipocraten *QXΠ* hipocratem *Z* ‖ 34 philistona *Q pr.* philistiana *O pr.* philistriona *Z* philastiona *X* ‖ locum *Q pr.* lo**(*s.* *** *sq.* 3—4 *litt. spat. vac.*)chrum *X* ‖ dio xipum *X* diosippum *Π* diosyppū *Q* ‖ hippo craticum *X* hipocraticū *Z* ypocraticū *Q* ‖ 35 erastratus *Z* ‖ dixerit *XOΠN* ‖ 36 ΕΠΙΓΑΩΤΤΙΔΑ. *Z* ΕΠΙΓΑΛΩΤΤΙΔΑ *X* ΕΠΙΓΑ-ΛΟΤΤΙΔΑ *Π* ‖ GR. et nobiles (ex *lin. praec. iterat.*) non *Q* ‖ in eo *XOΠN* ‖ loco] libro *XOΠN* ‖ constitua *Z* ‖ 37 in arteriam: nam] materiam iā *QZ* ‖ pulmom *Q pr.* ‖ movendo *Trillerus ap. Falsterum am. phil.* 3, 328 ‖ 38 utiles] *om. XOΠN* utile *Z* ‖ que] *om. N* ‖ umores *ΠN* ‖ uideris *& QZ* ‖ 39 et] *om. XOΠN* ‖ arbitram. *O* ‖ admittendive] *Accens. a.* 1536 (*VAcidalius ad Vell.* II 64 *p.* 985 *sq. Ruhnk.*): admiscendiue ‖ 40 salu-tis (s) *X* ‖ , uti] in *Z* ‖ edilia *XON* edulia *Π* ‖

depelleretque in stomachum, potum autem partiretur inter stomachum et pulmonem et quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet, non rapidum id neque universum, sed quadam quasi obiice sustentatum ac repressum sensim paulatimque tramitteret atque omne reliquum in alteram stomachi fistulam derivaret.

XII.

De materiis infamibus, quas Graeci ἀδόξους appellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

Infames materias, sive quis mavult dicere 'inopinabiles', quas 1
Graeci 'ἀδόξους ὑποθέσεις' appellant, et veteres adorti sunt, non sophistae solum, sed philosophi quoque, et noster Favorinus oppido quam libens in eas materias se deiciebat, vel ingenio expergificando ratus idoneas vel exercendis argutiis vel edomandis usu difficultatibus, sicuti, cum Thersitae laudes quaesivit et cum febrim 2
quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa et non facilia inventu in utramque causam dixit eaque scripta in libris reliquit.

Sed in febris laudibus testem etiam Platonem produxit, 3

QZXOΠNT

41 sthomachum *X* stomacū *Q* ‖ potum—stomachum] *post* stomachum *om. QZ* ‖ patiretur *X pr.* ‖ stomacū *Q* ‖ 42 et in (*ex sq. praecept.*) pulmonem *Q* ‖ 44 acre pressum *X* ‖ *sensin X pr.* ‖ 45 trasmitteret *X* ‖ omne] μ (*cf. hr° 77 sq.*): omnem *QXOΠN* om in *Z* ‖ relicū *O* relictum *X* ‖ in] *om. Z* ‖

XII. *Exstat in T* (*post cap. huius libri* 18) *usque ad voc.* valiturum *lin.* 15 ‖ (*lemm.*) 2 matherils *Z* materil *Q* ‖ ἀδόξους] *spat. vac. vel. om. X* ΑΔΟΞΟΥC *Z* ἀδόξους καὶ ἀτόπους s *part.* ‖ & exercendi *QZ* ‖ 3 dis(*om.* putatis) *X* ‖ (§ 1) 4 inopimabiles *X* ‖ 5 «greci (a *ut vid.*) *X* ‖ ἀδόξους καὶ ἀτόπους s *part.* (*SGerm.* 643 *al.*) ‖ ΑΔΟΞΟΥCΥΠΟΘΕCΕΙC *Z* ΑΔΟΞΟΙCCΠΟ T CCCe(eCCe *x*)IC *X* ‖ ΗΠΟΘΕCΕΙC *Π* ‖ 6 sophyste *T* ‖ & *T* ‖ quoque] *om. T* ‖ *Favorin. diss. sophist. fr.* 65 *p.* 128 *sq.* (*cf.* 83 *sq.*) *Marres* ‖ 7 se deliciebat μ: deiciebat *T* deicebat *O* deicebat *QZΠN*$_{\gamma}$ dicebat *X e vg.* descendebat *ECAOtho* ‖ (§ 2) 9 *prius* cum] tum *O* ‖ thresite *Q* thessitę *T* ‖ laude *X et x* laudę *iterum mutatum x* ‖ febrē *T* ‖ 10 recurentē *Z* ‖ laudauit recurrentē *T* ‖ Lepida *Π* ‖ et] *om. T* ‖ 11 utraq. *T* ‖ (§ 3) 13 etiam testem *Π* ‖ Platonem] *om. Q* ‖ *de febri quartana uno loquitur l. Plato Tim. c.* XL *p.* 86 A, *quem a G. significatum esse eo libentius credas, quod cap. quoque prace. locus ex eodem dialogo a Plutarcho desumptus tractatur; argumentum*

VIII = *ΠO m. rec.: om. ZXON* III *Q;* § 6 *usus est Nonius s. v.* delicia (delicium *codd.*) *p.* 100. 24 *et s. v.* inimicitia *p.* 129, 25 *M. v. ann. ph.* 85, 717 (*lemm.*) 2 Qd C. Caesar in libris de analogia, quos ad Ciceronem con[ad *al.*]scripsit, vitiose dici ha[a *al.*]renas existimat et circa alia nomina secundum analogiam multa pertractat *al.* ‖ arena *al.* ‖ (§ 1) 5 Adulescentulis *N pr.* ‖ prius *O* ‖ 6 obeundi sotium *Q* obeundi socium *Z* ‖ 7 cornesii *Q* ‖ plucimis bonarumque doctrinarum penis *Q* ‖ 8 fruebar nec *Z* ‖ Neque *Π* ‖ 9 audeemus *X pr.* ‖

fere cultiores doctioresque. Veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re, sed a Latinae tamen linguae studio non abhorrens. Nam, cum quispiam familiaris eius, bene eruditus homo et tum poeta inlustris, liberatum esse se aquae intercutis morbo diceret, quod 'harenis calentibus' esset usus, tum adludens Fronto: 'morbo quidem', inquit, 'cares, sed verbi vitio non cares. Gaius enim Caesar, ille perpetuus dictator, Cn. Pompei socer, a quo familia et appellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris, quos ad M. Ciceronem de analogia conscripsit, 'harenas' vitiose dici existimat, quod 'harena' numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque 'caelum' neque 'triticum'; contra autem 'quadrigas', etiamsi currus unus, equorum quattuor iunctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat, sicut 'arma' et 'moenia' et 'comitia' et 'inimicitias', nisi quid contra ea dicis, poetarum pulcherrime, quo et te purges et non esse id vitium demonstres.'

'De 'caelo'', inquit ille, 'et 'tritico' non infitias eo, quin singulo semper numero dicenda sint, neque de 'armis' et 'moenibus' et 'comitiis', quin figura multitudinis perpetua censeantur; vide-

---

QZXOΠX

10 doctioresque ueluti *Z* ‖ (§ 2) sermonatio *X pr.* ‖ 12 abhorens *Q* ‖ abhorrens nam *Z* ‖ (§ 3) 13 tum] *om. Π* ‖ se esse *Π* ‖ aquae—esset] *post* esse *om. X, in mg. sup. add. x* ‖ 14 inter cutis *Z* ‖ arenis *QZ* atenis *Z* ‖ 15 adludens] = *o* ‖ fronton *X* ‖ 16 C. *N* ‖ CN. *N:* gn. (*s.* gñ.) *ZXOΠ* .GR'. *Q* ‖ 17 pompeii *X* ponpeii *Q* ‖ cesare (*prace.* a quo) *Z* ‖ 18 ppagata *O* ‖ propagitatē *ut vid. X pr.* ‖ procellentis *Q pr.* ‖ *C. Iulii Caesaris de analogia lib. I fr. ex § 3 sq. et 8 composuit CNipperdey ed. Caes. p. 755; fr. VII p. 15 Schlitt.* ‖ 20 arena suitiose *X pr.* ‖ 21 unquam *Z* ‖ sicut *Π* ‖ (§ 4) 22 quadririgas (*dittogr.*) *X* ‖ 23 equorum] = *x sup. lin: om. X* ‖ quattuor] *om. Q* ‖ 24 dicendas *X* ‖ sicut circa arma *Q: in* circa *aliud quoddam nomen latere opinatur* λ, castra *Th. Vogel ann. phil.* 111, 575: *mihi coll.* § 5 *aliud nomen praeter ea, quorum iterum ibi mentio fit, addendum esse non videtur;* circa *autem illud ex prava lectione* cir *pro* ar, *tum inter verba scriptoris inserta et, ut assolet, in verbi alicuius speciem amplificata ortum esse crediderim* ‖ cōmitia *X* ‖ 25 inimiticias *Z* ‖ ni *XOΠN* ‖ quod *Q pr. Z* ‖ contra edicis *X* contra e edicis (*voluit certe* ea dicis) *x* ‖ dicas *Π pr.* ‖ quo] *e:* quod *QZOΠN om. X* ‖ 26 demonstres de *Z* ‖ (§ 5) 27 infinitius *X* ‖ qui in *X* ‖ 28 moeniis (*sq.* comitiis) *ON* meniis *Π* ‖ 29 qui in *Q* quī in *q* ‖ censeantur uidebimus *Z* ‖

bimus autem post de 'inimicitiis' et 'quadrigis'. Ac fortassean de 'quadrigis' veterum auctoritati concessero, 'inimicitiam' tamen, sicuti 'inscientiam' et 'inpotentiam' et 'iniuriam', quae ratio est, quamobrem C. Caesar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a nobis non putat, quando Plautus, linguae Latinae decus, 'deliciam' quoque ἐνιχῶς dixerit pro 'deliciis':

Méa, inquit, voluptas, méa delicia?

Inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit:

Eo ego, inquit, ingenio natús sum: amicitiam átque
inimicitiam in frontem
Promptám gero.

Sed enim 'harenas' parum Latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit aut dixit? Ac propterea peto, ut, si Gai Caesaris liber prae manibus est, promi iubeas, ut quam confidenter hoc indicat, aestimari a te possit'.

QZXOIIN

(§ 6) 30 inimicis tuis *X* ‖ fortasse an *QOX*: fortasse hanc *Π* fortasse ac *X cf. adn. sq.* ‖ fortasse ande *Z* ‖ 31 inimiciti anriam q: 32 secuti *X* ‖ ratio est] ratio nē *X* ‖ 33 .G. *Π* ‖ *l* esse (*ex praec. iterat.*) dicendam *Z* ‖ 34 a] *sup. lin. add. q* ‖ putatat *X* puta *Z* ‖ Plautus] = *O*: Plato *o mg., sed eras.* ‖ "latine "linguc *Z* ‖ 35 delitiam *QX* diliciam *Π* ‖ ἐνιχῶς] *ge*: enicos *QZXON*s eniquos *Π* ‖ delitiis *ZX* ‖ *Plaut. Poen.* 1 2. 152 (v. 365 *G.-L.*) ‖ 36 mea delicia] = *Nonius h. l.*: meae deliciae *Plaut. ABC* ‖ 37 inimicitias *Z* inimiciti.*** (con ? *X* ‖ ęennius *X* que ennius *QZ* ‖ libro] *ad satiras refert i: 'Achilles vel Neoptolemus' ad fragm. adscripsit PScriverius collect. vett. trag. p.* 34; *Enn. trag. inc. nom. fr.* III *R p.* 52[1], *p.* 63[3] *coll. Il.* IX 312 *sq. recte de Achille cogitans p.* 274[1]; *p.* 63 *adn.*[3]; *d. viim. Trag. p.* 115, *denique adversus Bergkium phil.* 32, 312 (*opusc.* 1 377) *mus. phil.* 29, 246 *sq.*; *Achill. fr.* IV *p.* 89 (91) *Vahl. cf. etiam Fleckeisenus z. Krit. etc. p.* 46 *sq.*: loco *Oiselius* ‖ *In octonariis anapaesticis constituendis Fleckeisenum secutus sum, accuratissime ad Gellii Noniique libros sese applicantem; troch. sept.* eo ego ingenio natus sum: ‖ Aeque inimicitiam atque amicitiam in frontem promptam gero *Ribbeckius, anapaestos illos suis quidem parum placere auribus suo iure addens* ‖ 39 ego] *Nonius, Scriverius l. l.*: om. ‖ ingenio *X pr.* ‖ atque] odo *Non. Leid.* ‖ 40 frontem] *X, Nonii fere omnes* (*Mercerus, Scriverius*): fronte *QZOIIN, Nonii Montepess., vg. ante hr* ‖ 41 prompta *o* perpromptam *K. v. O[relli]. act. litt. Ien. a.* 1817. 24. 185 ‖ gero sed *Z* ‖ 42 enim] *om. X* ‖ 43 at *X pr.* ‖ ptęrea *O pr.* ‖ fi *X* ‖ gaff *Q C. N g. Π* ‖ 44 indicat] *QZi*: dicat *XOIIN f.* edicat *Salmasius* ‖ 45 possit cum prolato *Z* ‖

Tunc, prolato libro de analogia primo, verba haec ex eo pauca memoriae mandavi. Nam, cum supra dixisset, neque 'caelum' neque 'triticum' neque 'harenam' multitudinis significationem pati: num tu, inquit, harum rerum natura accidere arbitraris, quod 'unam terram' ac 'plures terras' et 'urbem' et 'urbes' et 'imperium' et 'imperia' dicamus, neque 'quadrigas' in unam nominis figuram redigere neque 'harenam' multitudinis appellatione convertere possimus? 7 8

His deinde verbis lectis ibi Fronto ad illum poetam: 'videturne tibi', inquit, 'C. Caesar de statu verbi contra te satis aperte satisque constanter pronuntiasse?' Tunc permotus auctoritate libri poeta: 'si a Caesare', inquit, 'ius provocandi foret, ego nunc ab hoc Caesaris libro provocassem. Sed quoniam ipse rationem sententiae suae reddere supersedit, nos te nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes et in 'quadriga' dicenda et in 'harenis''. Tum Fronto ita respondit: ''Quadrigae' semper, etsi multiiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur, quoniam quattuor simul equi iuncti 'quadrigae', quasi 'quadriiugae', vocantur, neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem'. Eandemque ra- 9 10 11 12

QZXOIIX

(§ 7) 46 *dianologia Q pr.* ‖ haec] h *Z* ‖ 47 memoriemendani *X pr.* memoriã mendaui *Q* ‖ mendaui nam *Z* ‖ (§ 8) *Caes. de analog. lib. I fr. cf.* § 3 *adn.* ‖ 48 neque triticum] triticum *ZXO* triticumue *IIX* ‖ neneque *O* ‖ arenam *Q* harena *Z* ‖ 49 patiuum *Z* ‖ num] non *Q* ‖ naturæ *q* ‖ accedere *O* acce dere *X* ‖ 50 ac plures] *h:* adplures *QZ* et plures *XOIIXq* ‖ 51 ad urbes (*ni* 50 *sq.* ad urbem, *quod ex coll. non satis apparet*) *Z* ‖ dicamus. neq: quadrigam dicamus neq; quadrigas *Z* ‖ 52 quarigas *X* ‖ 53 arenam *Q* ‖ in multitudinis appellationem *QZOII* ‖ 54 possumus *Q* ‖ possumus hîs *Z* ‖ (§ 9) 55 lętis *X* ‖ ibi] *Salmasius:* sibi (*praec.* s) ‖ uidetur ne *Zq* uidetur. ne *Q* ‖ 56 G. *Q pr.* ‖ cos(ar) *X* ‖ 57 (cons)tantur *X* ‖ pronunciasse tunc *Z* ‖ § 10) Tum *X ex sil.* ‖ 58 inquitius *Z* ‖ 59 ipsi *X* ‖ 60 superse(dis**) *X* ‖ nocte interrogamus *Z* ‖ 61 quariga *X* ‖ 62 harenis] *X ex sil.* (?) * arenis *Ascens. a.* 1536): harena *QOIIX cf. adn. sq.* ‖ harena tum *Z* ‖ (§ 11) 63 7 simultuiuge *Z* ‖ 64 tenent** (ur *ut vid.*) *X* ‖ 65 quadri nigę *r* quadra nigę *X* quadrige *Z* ‖ appelatio *Q* ‖ 66 in] *sup. lin. add. z* ‖ unitatem eandemque *Z* ‖ (§ 12) Eandemq; que *X* ‖ Eandem quoque de arena rationem habendam *e* eamdemque ibi rationem habendam * ‖

tionem harenae habendam, sed in specie dispari; nam cum 'harena' singulari in numero dicta multitudinem tamen et copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium, indocte et inscite 'harenae' dici videntur, tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed haec ego', inquit, 'dixi, non ut huius sententiae legisque fundus subscriptorque fierem, sed ut ne Caesaris, viri docti, opinionem
13 ἀπαραμύθητον destituerem. Nam cum 'caelum' semper ἐνικῶς dicatur, 'mare' et 'terra' non semper, et 'pulvis', 'ventus' et 'fumus' non semper, cur 'indutias' et 'caerimonias' scriptores veteres nonnumquam singulari numero appellaverunt, 'ferias' et 'nundinas' et 'inferias' et 'exsequias' numquam? cur 'mel' et 'vinum' atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, 'lacte' non capiat?
14 quaeri, inquam, ista omnia et enucleari et extundi ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin his quoque ipsis, quae iam dixi, demoratos vos esse video alicui, opinor,
15 negotio destinatos. Ite ergo nunc et, quando forte erit otium, quaerite, an 'quadrigam' et 'harenas' dixerit e cohorte illa dumtaxat antiquiore vel oratorum aliquis vel poetarum, id est classicus adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius?'

16 Haec quidem Fronto requirere nos iussit vocabula non ea

QZXOΠN

67 harenae habendam] *h*^{re} 84: habendam *libri* habet arena μ ‖ in specie dispari] = *O:* in speciē dispari *o mg.* ‖ 68 in] *Q: inter* i *et* n *om.* ‖ coppiā *X* ‖ 69 par*um *x* pur*um *X* ‖ insitene (*sq.* harenae) *X pr.* ‖ 70 dici *Q* ‖ muneri *Z* ‖ 71 *num* (ei) *f* ‖ *dicto* μ ‖ *num* ingeniata ? ‖ multitudo set ego (*om.* haec) *Z* ‖ 73 ne Caesari*] necessariis *X* ‖ 74 ΑΠΑΡΑΜΥΘΗΤΟΝ *Z* ‖ destitu*erē *X* ‖ destituerem nā *Z* ‖ (§ 13) cum] cur *K. v. O. l. ad lin.* 41 *l.* ‖ ΕΝΚΟΙΚ. Dicatur *Z* ‖ 75 et puluis et uentus *Π* ‖ 76 cus *X pr.* ‖ 77 ūuū(q) *X* num numquam *Q* ‖ appellauerint *ZXOΠN* ‖ 78 melecuinū *Z* ‖ 79 ingenus *Z* ‖ num *Z* ‖ lacte (*cf. adn. sq.*)—queunt] *post* capiunt *om. O, in mg. add. o* ‖ lac *XΠNo* ‖ capiat q̄ri *Z* ‖ (§ 14) 80 enudeari *Z* ‖ extundi] *P Wesseling obss. I 16 p. 49 Fr., in quod et ipse olim incidi (h*^{e}*):* extudi *QZΠNo*ς excudi *X* excuti *x* ‖ 81 tam] *om. Π* ‖ qui in *QZ* ‖ hīs *Z* ‖ 82 dixi* (t ?) *Q* ‖ demoratos] *Q:* demoratus ‖ 83 ne|gotii (got *in schedula quadam abscissa*) *X* ‖ destinatos ite *Z* ‖ (§ 15) 84 quaerite an quadrigam] = *o sup. lin.:* in quadrigam *O* ‖ 85 oratorē *Z* ‖ classius *X* ‖ 86 proletarius hec *Z* ‖ (§ 16) 87 Nec *Q pr.* ‖ fronte *Q pr. Z* ‖ requireret *Z* ‖ nos] = *q:* non *Q* ‖ iusit

re, opinor, quod scripta esse in ullis veterum libris existumaret, sed ut nobis studium lectitandi in quaerendis rarioribus verbis exerceret. Quod unum ergo rarissimum videbatur, invenimus 'quadrigam' numero singulari dictam in libro saturarum M. Varronis, qui inscriptus est Ecdemeticus. 'Harenas' autem πληθυντικῶς dictas minore studio quaerimus, quia praeter C. Caesarem, quod equidem meminerim, nemo id doctorum hominum dedit.

IX.

[Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio.]

Adulescens e terra Asia de equestri loco, laetae indolis moribusque et fortuna bene ornatus et ad rem musicam facili ingenio ac lubenti, cenam dabat amicis ac magistris sub urbe in rusculo celebrandae lucis annuae, quam principem sibi vitae habuerat. Venerat tum nobiscum ad eandem cenam Antonius Iulianus rhetor, docendis publice iuvenibus magister, Hispano ore florentisque homo facundiae et rerum litterarumque veterum peritus. Is, ubi eduliis finis et poculis mox sermonibus tempus fuit, desideravit exhiberi, quos habere eum adulescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce et qui psallerent.

QZXOΠN

nos *Π pr.* ‖ 88 inullis *Z* xuliis *X* ‖ 89 uersis *Z* ‖ 90 exerceret quod *Z* ‖ (§ 17) 92 Ecdemeticus] *IVahlen mus. phil.* 18, 319 *sq.*: exdemeticus *Z* exdemetricus *OΠN* exdimiticus *Q* (exdem *s.* ex de m)etricis *X* ‖ *Varr. sat. Ecdemetici fr. p.* 118 *R., fr. sat.* 93 *p.* 172 *Büch.*[3] ‖ (§ 18) arenas *Q* ‖ 93 ΠΑΗΘΥ(Ι ×)ΝΤΥΚΩC *Π* ΠΑΗΘΙΝ(ΤΥ)ΚΩC (*litt.* ΤΥ *satis dignosci possunt*) *X* ΠΑΗΘΥΝΤΙΚΩC *Z* ‖ quia] q̃m *Π* ‖ 94 quid *Π* ‖ *f.* quoad equidem eius meminerim (*cf. adn. sq.*) λ ‖ exmeminerim *QZ* ‖ 95 edidit *g* ‖

IX = *O m. rec.: om. QZXON;* IIII *ante* § 7, V *ante* § 11 *Q* ‖ (*lemm.*) 2 Antonius Iulianus ex hi(y *al.*)spania iurgiosae rab(p *al.*)idaeque facundiae musarum (venerisque *add. al.*) indoctus deridiculatusque a plerisque, quod (*om. al.*) capite uelato uersus compluris ualerii editui (edita *al.*) portii li(lu *al.*)cinii et Q. Catulli ueterum poetarum cecinerit *al.* ‖ (§ 1) 3 Aolescens *Q pr.* ‖ 4 bone *X pr.* ‖ 5 amacis *Z* ‖ sub urbe] *om. XOΠN* ‖ 6 tusculo *N* Tusculo *s* ‖ celebrante *Q pr.* ‖ Lucis *N* ‖ quem *X* ‖ sui *X* suae *Π* ‖ habuerat uenerat *Z* ‖ (§ 2) 7 Venarat tũ *x* Venaratũ *X* ‖ 8 (. *Π*) ispano *QΠ* spano *ZOx* spono *X* ‖ 9 litterarum quineterũ *X pr.* ‖ 10 peritus is *Z* ‖ (§ 3) 12 satissimo *X* siticines *Fr. Daniel teste c* ‖ sensus *Z* ‖ 7 uoce psallerent ac (qui

4 Ac posteaquam introducti pueri puellaeque sunt, iucundum in modum Ἀναχρεόντεια pleraque et Sapphica et poetarum quoque recentium ἐλεγεῖα quaedam erotica dulcia et venusta
5 eccinerunt. Oblectati autem sumus praeter multa alia versiculis lepidissimis Anacreontis senis, quos equidem scripsi, ut interea labor hic vigiliarum et inquies suavitate paulisper vocum atque modulorum adquiesceret:

6 Τὸν ἄργυρον ταρεύσας,
Ἥφαιστέ, μοι ποίησον
Πανοπλίας μὲν οὐχί.
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;
Ποτήριον δὲ κοῖλον
Ὅσον δύνῃ βάθυνον,
Καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτό
Μήτ' ἄστρα μήτ' ἀμάξας·
Τί Πλειάδων μέλει μοι;

QZXOΠN

om.) *Z* ‖ qui psallerent] = *x*: qui &|allerent *X* ‖ (§ 4) 13 sunt] *om. X* ‖ 14 Ἀναχρεόντεια] *e* (*cf. Lobeckii ad Soph. Ai. v.* 108 *comm.*): ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΙΑ (. *X*) *XON* Anacreontia *Π* ‖ saphica *QZ* ‖ 15 ἐλεγεῖα] *non alio ducunt* adhese. lta *Z et* de se itaq. *Q, unde* ἄδηλα, illaque (*legebat sc.* adele) *et* idyllia *exsculpsit i* elegeia *Π* odaria elegiaque *RUnger L. Varii de morte eclogae rell.* II (*Hal.* 1878) *p.* 20 ‖ herotica *Q* ‖ 16 eccinerunt oblectati *Z* ‖ (§ 5) 17 lepidissime *Q* ‖ ana creontis *X* ‖ etquidem *in* ecquidem (*q*) *aut* ecquidem *in* etquidem *corr., quod satis dignosci nequit. Q* etquidem = *x* et quidem *ONz* et equidem *Z* ‖ 18 hic] *sc.*: huc *QZXOΠNς* ‖ uicialiarū (*in mg.* ?) *z* uicialiūrū *Z* ‖ sauitate *X* ‖ (§ 6) *Graecis* 9 *lin. spat. rel. X, non indicata om. QZ* ‖ *Anacreontcor. c.* 3 *Bergk PLG*⁴ III 298 *sq.*; σημειοσαχῶν ἡμιαμβίων 4 *p.* 4 *VR.* (*Lips.* 1868) = *Anth. Palat.* XI 48; *addidi v. l. potiorem et cod. Pal.* 23 (*a*), *unde exhibet Cramerus anecd. Par.* IV 376, *et cod. Paris. suppl. gr.* 384, *olim Palat.* (*b*) ‖ 20 ταρεῶν *b* ‖ 21 ΠOIΠCON *Π* ‖ 22 *sq. om. a* (*exhibet tamen v.* 22 *Max. Planudes cf. Bergkii adn.*) ‖ πανοπλίαν ς *ex meis unus. b* ‖ OIXI *Π* ‖ 24 ΠOTEPION *Π pr.* ‖ 25 BAΤΙΝ *Π* βαθύνας *b* ‖ 26 ποίει δέ μοι *ab* καί μοι ποίει *Bergkius ap. G.* ‖ KATAITO *Π* ‖ αὐτοῦ *ab* ‖ 27 Μήτ'] κι μή τ' *b* ΜΗΤΕ *OΠN* μηδ' *a* ‖ ΑCΤΡΑ' *O* ‖ μή χαράξας *a* μήτ' ἄραξαν *b* μήθ' ἄραξαν *VRose* ‖ *post v.* 27 Μή στοργέων Ὡρίωνα *ab, quod fort. propter simile initium ap. G. excidit; uncis incl. ei add. Bergkius* ‖ 28–34 Ἀλλ' ἀμπέλου χλοώσας Καὶ βότρυας γελώντας Σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ. *a* ‖ 28 Πλειάδων] *sc.*: ΠΛΙΑΔΩΝ *ΠN* ΠΛΙΑΔΟΝ *O* πληιάδων *b* ‖

Τί δ' ἀστέρος Βοώτεω;
Ποίησον ἀμπέλους μοι
Καὶ βότρυας κατ' αὐτῶν
Καὶ χρυσέους πατοῦντας
Ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ
Ἔρωτα καὶ Βάκχυλλον.

Tum Graeci plusculi, qui in eo convivio erant, homines 7
amoeni et nostras quoque litteras haut incuriose docti, Iulianum rhetorem lacessere insectarique adorti sunt tamquam prorsus barbarum et agrestem, qui ortus terra Hispania foret clamatorque tantum et facundia rabida iurgiosaque esset eiusque linguae exercitationes doceret, quae nullas voluptates nullamque muleedinem Veneris atque Musae haberet; saepeque eum percontabantur, quid de Anacreonte ceterisque id genus poetis sentiret et ecquis nostrorum poetarum tam fluentes carminum delicias fecisset? 'nisi Catullus', inquiunt, 'forte pauca et Calvus itidem pauca. Nam Laevius inplicata et Hortensius invenusta et Cinna inlepida et Memmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona'.

Tum ille pro lingua patria, tamquam pro aris et focis, animo 8
inritato indignabundus: 'cedere equidem', inquit, 'vobis debui, ut

---

QZXOΠN

29 τί γὰρ καλοῦ βοώτου; *b* ‖ ΒΟΩΤΕΟ *Π* ‖ 30 ΠΟΙΕCΟΝaΜΠΕΛΟΙC *Π* ‖ 31 αὐτῶν] *eb:* ΑΥΤΟΝ *ΟΠΝ* ‖ 32 Καὶ χρυσέους πατοῦντας] καὶ Μαινάδας τρυγώσας (*quod in libris G. inter duos versus ab eadem voc. incipientes excidisse arbitror*) ποίει δὲ λιχνὸν εἶναι, ληνοβάτας πατοῦντας τοὺς Σατύρους γελῶντας καὶ χρυσοῦς τοὺς Ἔρωτας καὶ Κυθήρην γελῶσαν *b* ‖ 33 καλῷ] *ba:* ΚΑΛΩC *ΟΠΝε* ‖ ΑΓΕΑΙΟ *N* ‖ 34 ἀφροδίτ *b* ‖ (§ 7) 35 Tunc *Q* ‖ 36 litterras *O* ‖ doti *X* ‖ 37 locessere *X pr.* ‖ que] *om. X* ‖ barbaq *Z* ‖ 38 hortus *O pr. N pr. z* ‖ clamatiorq; *Z* ‖ 39 rapida *Z* ‖ iurgiositque *X* ‖ que] *sup. lin. add. x* ‖ 41 mase *Q* ‖ habere *X pr.* ‖ 42 anacreunte *Q* ‖ ceteriq; *X pr.* ‖ et hᷤ (*i. e.* haec) quis *XΠ* et(. *Z*)quis *QZ* ?Ecquis *g* ‖ 43 delicias] *om. QZ* ‖ fecisse *X pr.* ‖ 44 catulus *Z pr.* ‖ Calvus] = *z in ras.* (*in mg.* ·) ‖ 45 Laevius] *praeeunte IScaligero lect. Auson.* II 27, *qui 'semper' ait 'ita scriptum apud Gellium invenio'. Oiselius:* leuius *QZXONπε* leuis *Π* neuius *ε* ‖ 46 menmius *x* menmus *X* ‖ 47 absonatum ille *ZX* absonatum. Ille *Q* ‖ (§ 8) 48 p** *X* ‖ foris *Π* ‖ 49 deui *O* debuit (*sq.* nt) *Z* ‖

in tali asotia atque nequitia Alcinum vincceretis et sicut in voluptatibus cultus atque victus, ita in cantilenarum quoque mollitiis anteiretis. Sed ne nos, id est nomen Latinum, tamquam profecto vastos quosdam et insubidos, ἀναφροδισίας condemnetis, permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socraten fecisse aiunt, et audite ac discite, nostros quoque antiquiores ante eos, quos nominastis, poetas amasios ac venerios fuisse*.

Tum resupinus, capite convelato, voce admodum quam suavi versus cecinit Valeri Aeditui, veteris poetae, item Porcii Licini et Q. Catuli, quibus mundius, venustius, limatius, tersius Graecum Latinumve nihil quicquam reperiri puto.

Aeditui versus:

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt,

QZXOΠN

50 in talia *sotia Π in talia socia Q* in italia sotia *O* in italia socia *Z* in italia**sotia(as) *X* ‖ Alcinum] *h mus. phil.* 6, 634 *sq.*: arcinū *Z* arcinum *QXOΠN*: artium *e* carminum *Oiselius* archimimum *i* Artemonem *RUnger progr. gratul. gymn. Friedlandens. ad Leuschnerum* (*N. Brandenb.* 1858) *p.* 3 *sq.* ‖ uinceeretis *Z* ‖ 51 cultis *X pr.* ‖ in cantilenarum *q* incantilenarum *Q* ‖ cantilanarum *Z* ‖ mollitiis] *h:* multis *libri* modulis *Oiselius* (*HPaldamus röm. Erotik p.* 19) ‖ 52 ante iretis *Z* anteire«tis *X* ‖ (§ 9) . Sed] sed *Z* ‖ 53 nascos *Salmasius exerc. Plin. p.* 124ª *ed.* 1629 bardos *in mentem olim venit LMuellero* ‖ insubitos *x* ‖ ἀναφροδισίας] *e:* anafrodisias *Π* ΑΝΑΦΡΟΔΕΙCΙΑC *ON* ΑΝΑΦΡΟΔΕΙCΙΑC *Z* ΑΝΑΦΡΟΔΕΙCΙΑC]** *X* ‖ Condempnitis *Z* ‖ pnitte *X pr.* ‖ 54 paulio *Q* ‖ prū *X* ‖ 55 socratem (*s. c̄, quod non adnotavi*) *X* ‖ fecuisse *Z* ‖ *Plato Phaedr.* c. XIII *p.* 237 *A* (*cf.* c. XX *p.* 243 *B*) ‖ 56 ante] autē *Z* ‖ 57 fuisse cum *Z* ‖ (§ 10) 58 tm̄ (*i. e.* tamen) *Q pr.* ‖ quamquam *QZ* ‖ suavi] suam *Q* ‖ 59 ualerii *QΠN* ‖ ualeria editui *Z* ‖ Aeditui] *e cf. Z adn. prace.*: editui ‖ portii *Z* ‖ 60 Licini] *h cf.* XVII 21, 45 *adn. et lin.* 76: licinii ‖ et Q.] etque *X pr.* atq: Q ‖ Catuli] *e*: catulli ‖ uetusti'limati's (t) *Z* ‖ tersius] *Salmasius g* (= *RBentley ad Hor. a. p.* v. 441): persius *Q* pessius *Z* pressius *XOΠN* ‖ (§ 11) 62 Aeditui] *e cf. adn. sq.* ‖ Editui uersus *Q*: uersus e(E *Π*)ditui (*col. rubro Z, litt. mai. XON*) *vell.* ‖ *AL* III 243 *t.* I *p.* 671 *Burm.*; *n.* 28 *t.* I *p.* 8 *HM. cf. HUsener mus. phil.* 19, 150 *sq.*(¹); 20, 147 *sqq.*(²); *CFWMüller et R. Peiper ibid.* 19, 311: *GKrüger Apul. de mag. ed. p.* 13; *Aem. Baehrens Catullian. p.* 61 *sq.* ‖ 63 cum] *om. X* = c̄ *spscr. x* ‖ phamphila *Q* ‖ cordis *X* ‖ 64 mi] *Ald.*: mihi (michi *Q*) *libri* ‖ abste *XN* ‖ quaeram ? *vg., at cf. Usenerum*¹ ‖ verba] *X o mg.* (*Iunt.*):

Per pectus manat subito subido mihi sudor:
Sic tacitus, subidus, dum pudeo, pereo.

Atque item alios versus eiusdem addidit, non hercle minus dulces quam priores:

Qui faculam praefers, Phileros, quae nil opus nobis?
Ibimus sic, lucet pectore flamma satis.
Istam nam potis est vis saeva exstingnere venti
Aut imber caelo candidus praecipitans,
At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nullast quae possit vis alia opprimere.

Item dixit versus Porcii Licini hosce:

QZXOΠN

mem(mē *Z* m̄ *QΠ*ç)bra *libri* (= ꝛ) ‖ labꝛris (o) *X* ‖ alienut *Q* obeunt *Baehrensius* ‖ 65 perpectus *Z* Per pectus miserum *e vg.* ‖ subito subido mihi] *Uscnerus*[2] *a me quoque olim adnotatum:* mihi subito *libri, e* subito mihi *Ald.* subido mihi ϰ subido subito mihi *GBecker ap. Us.*[2] subito, subito mihi *hr* subito stupido mihi *CFWMüller* subito gelidus mihi *Peiperus, Krügerus, Bachrensius* ‖ 66 Sic tacitus] *X* = -c *in mg. add. o.* ϰ: si tacitus *OΠN* sit acitus *Z* siticitus *Q* ‖ . Subidus *QZ* rubidus *Peiperus* cupidus *Krügerus* stupidus *CFWMüller* ‖ dum pudeo, pereo] *Uscnerus* (*cf. eund. poet. ap. Apulei. de mag. c.* 9: Ne metuas, nam me ignis et ignis torreat ut vult, Hasce duas flammas, dum potiar, patiar *ex certissima VAcidalii emendatione*): duplideo pereo *QZ* dupli deo pereo *XOΠN* duplo ideo perco *e vg.* supplico deo puero *CFWMüller* ‖ (§ 12) 67 aque item.] Alios *Z* ‖ addidit] *q:* addidi *QXOΠN* abdidi *Z* ‖ hercsle *X* ercle *O* ‖ *AL* III 242 *t.* I *p.* 670 *sq. B.; n.* 27 I *p.* 8 *HM.; GKrüger l. l.* ‖ 69 Quid *XOΠN* ‖ fabulam *Q* ‖ q̄ nil *Ascens.* 1536: que nichil *QZ* qua nihil (nichil *Π*) *XOΠN* qua nil *ed. Beroald.* quaest nil *hr* qua est nil *i* ‖ 70 nobis ?] *om. Π . O* ‖ 71 .Sic *Π* ‖ .satis istam *Q* satis istam *Π* ‖ 72 nam] *ATurnebus advers.* XIIII *c.* XVIII (*f.* nam ꝛ; *Salmasius; FMuixner act. gymn. Austr.* 1883 *p.* 405 *sqq.*, *nisi malis aut* non—praecipitans? *cum i aut* nonne potest — ?): non ‖ uisse ua *X* ‖ 73 autymb' *X* ‖ praecipitans] *suspectum memini fuisse grammatico alioqui erudito, at v. Uscnerum ann. phil.* 107, 398 *sq. coll. Madvigio emend. Liv.*[2] 169 *sqq.* ‖ 74 At] *sc.:* Ad *s.* ad (= ꝺ) ‖ nisi si] *v. c.* ſi non. *quod malim' fv ap. Burm.* ‖ si] *post* nisi *om. XOΠN* ‖ unus *Q* ‖ 75 Nulast *Z* Nulla est (= ÷ *Q*) *QXΠ* ‖ uisalia *Z* uis talia (t *in mg. add.*) *o* ‖ oprimere *X* opremere *Q* oppremere *q* ‖ oꝑmere item. Dix̄ *Z* ‖ (§ 13) 76 peilici nii *X* ‖ Licini] ꝛ *cf. adn. lin.* 60: lucinii *Q* licinii *ZOΠN cf. adn. prace.* ‖ hose *X* ‖ *AL* III 246 *t.* I *p.* 674 *B.; n.* 26 I *p.* 8 *HM.* ‖

Custodes ovium vernae propaginis, agnum,
Quaeritis ignem? ite huc. Quaeritis? ignis homost.
Si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
Omne pecus flammast, omnia qua video.
14 Quinti Catuli versus illi fuerunt:
Anfugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum
Devenit. Sic est: perfugium illud habet.
Qui, si non interdixem, ne illunc fugitivum
Mitteret ad se intro, sed magis eiceret?
Ibimus quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur,
Formido. Quid ago? Da Venus consilium.

X.

[Verba haec 'praeter propter', in usu vulgi prodita, etiam Ennii fuisse.]

1 Memini, me quondam et Celsinum Iulium Numidam ad Frontonem Cornelium, pedes tunc graviter aegrum, ire et

---

QZXOΠN

hosce custodes *Q*, hosce, quotiens custodes *X* ‖ 77 vernae] *h.*: uendere *libri* vernaeque *RUnger Stat. ecl. ult.* (*Neostrel.* 1868) *p.* 49 teneraeque *P Victorius* (1538) *VI.* XII *c.* XI *ATurnebus l. l.* (1564) *cf. Lachmanni ad Prop.*[4] *p.* 321 *adn.* mandrae *MHaupt* (1866) *opusc.* II 340 *sq.* ‖ 78 Queritis ignētem huc *Z* Queritis ig mnemtē huc *Q* ‖ itē *X* et? *om. O* ‖ Item huc queritis, homost *N* ‖ Quaeritis? ignis] quaeritis ite huc queritis ignis *O* q̄ritis ite huc. Queritis ignis *QZ* quaeritis si te huc queritis ignis *X* ‖ homo est (= ⋮ *Q*) *QXΠ* ‖ 79 atticero *Z* ataccro *Q* ‖ 80 flamma est (= ⋮ *Q*) *QXΠ* flaminast *Z* flammeis *Th. Korsch Nord. Tidskr. f. Filol.* 1877/8 *n. s.* III 134 ‖ qmideo *Z* ‖ quae (qua *Fran.*) *Fran.* ϛ quam ϛ ‖ (§ 14) 81 Q. *N* 9(**) *X* ‖ Catuli] *e:* catulli ‖ *AL* III 241 *t.* I *p.* 670 *B.*; *n.* 53 *t.* I *p.* 13 *HM. cf. IGHuschke anal. litt. p.* 47 *sqq.* ‖ 82 Offugit *XΠ:* Ffugit *codicis alicuius coll. ap. Huschkium, unde* Effugit *Huschkius* ‖ mi] *e:* mihi (*s.* michi) ‖ amimus *X* ‖ atheotimū *QX* ‖ 83 deuenit sic *ZΠ* ‖ habet qui *Z* ‖ 84 quid *OΠNx* ‖ Quid? quasi *Th. Korsch l. l. p.* 135 ‖ Quid? ni interdiss(*l.* x)em, nemo ne illunc *Huschkius* ‖ interdicsem *Π* interdixissem *QZ* ‖ illinc *O* illum g. *QZ* ‖ 85 eiceret ibimus *O* ‖ 86 .Verum] uerbum, *QZXOΠ* uerbum *N* (uerbum = ϛ) ‖ ne] *om. QZ* ‖ ipsi teneamur] *X*?ϛ (*Beroald.*): ipsiti-teneamur *QZONϛ* ipsiti teneamur *Π* ‖ 87 formido quid *ZΠN* ‖ ago da uenus *ZΠo* ago uenus *O* ‖

X = O m. rec., om. QZXON, in lin. continua pergunt QZ ‖ (*lemm.*) 2 Antiquissimum et usitatum verbum praeterpropter in Enniano carmine reperiri *al.* ‖ (§ 1) 3 Iuliam] i *cf.* § 11 *et c.* 7, 2: iulianum *XOΠN cf. adn. sq.* ‖ iulianū idā (*haplogr.*) *QZ* ‖

visere. Atque ibi ubi introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi, circumundique sedentibus multis doctrina aut genere aut fortuna nobilibus viris. Adsistebant fabri aedium complures, balneis novis moliendis adhibiti, ostendebantque depictas in membranulis varias species balnearum. Ex quibus cum elegisset unam formam speciemque veris, interrogavit, quantus esset pecuniae sumptus ad id totum opus absolvendum? cumque architectus dixisset, necessaria videri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis: 'et praeterpropter', inquit, 'alia quinquaginta'.

Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumptu instituerat, aspiciens ad eum amicum, qui dixerat, alia quinquaginta esse necessaria praeterpropter, eum interrogavit, quid

---

QZXOΠN

5 uisere atq; *Z* ‖ ibi ubi] *h:* ibi *QZ* ibi qui *XOΠN* ubi *Salmasius, HIMüller mus. phil.* 21, 429 ‖ sumus. Offendimus *Q* ‖ cuibantem *Z pr.* ‖ 6 inscinpondio *Z cf. adn. sq.* ‖ scimpodio] *Iunt.:* scinpodio *N* scinpondio *QXOΠ* ‖ se dentib' *X* ‖ 7 uiris assistebant *Z* ‖ (§ 2) Adsistebat *X pr.* ‖ fabric dium *X* ‖ aediuñ *Z* ‖ 8 baßneis *Q* ‖ adimbiti *X* ‖ que] qui *X* ‖ 9 men(uñ *Π*)branulis *QΠ* menbra nullis *x* membra illis *X* ‖ balnearum ex *Z* ‖ (§ 3) 10 speciemque, veris (*coll. Ter. Phorm. v.* 501) interrogavit *CDziatzko* ‖ veris] *i. e. balnearum vernarum. id quod satis explicari mihi videtur coll. locis Vitruvianis* hiberna triclinia et balnearia ad occidentem hibernum spetant *de architect.* VI 7, 1 *p.* 144, 14 *R-MSt.* triclinia verna et autumnalia ad orientem *ibid.* § 2 *p.* 144, 23; VII 5, 1 ceteris conclavibus id est vernis, autumnalibus, aestivis — constitutae sunt — certae rationes picturarum *p.* 172, 1, *etiamsi ipsarum balnearum vernarum ibi mentio non fiat; balneae s. thermae et aestivales et hiemales etiam alibi et apud scriptores et in inscriptionibus memorantur cf. quae affert Saglio dict. d. antiq. Gr. et Rom. s. v.* balneum *fasc.* 5 *p.* 662⁴, 215 ueneris *X* (*num recte? cf. balneum Venerium Pompeiis CIL* IV 1136) veteris *Falsterus am. phil.* III 12 *sq.*; 339, operis *Lipsius elect.* I 21 *x* erus (*del.,*) *Th. Vogel ann. phil.* 111, 570 ‖ 11 pecuniaę *X* ‖ sumptus] - *non* sumtus - *Q:* espectus *Z* conspectus *rell.* ‖ adsoluendum (*pced.* ad) *Π* ‖ absoluendumq; (eum *om.*) *Z* ‖ (§ 4) 12 necessa *X pr.* ‖ sexcia *Z* sestaria *X* ‖ 13 frontonus *X pr.* ‖ (§ 5) 15 Tum—quinquaginta] *post* quinquaginta *om. QZO, in mg. sup. add. o* ‖ fronte *X pr.* ‖ 16 sumptis *X* ‖ instituerat] *e. Th. Vogel ann. phil.* 111, 570: institerat ‖ alia] *Q: om. libri* (*e. vg.*) ‖ 17 esse necessaria] necess *litt. post* esse *excidisse, tum* aria *in* alia *mutatum esse censens h:* esse (. *Q*) alia *libri. e* esse alia opus *x* ‖ pter *X* ‖ eum—praeterpropter] *post* praeterpropter

6 significaret verbum 'praeterpropter'. Atque ille amicus: 'non
meum', inquit, 'hoc verbum est, sed multorum hominum, quos
7 loquentis id audias; quid autem id verbum significet, non ex me,
sed ex grammatico quaerundum est', ac simul digito demonstrat
grammaticum, haut incelebri nomine Romae docentem. Tum
8 grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate motus: 'quae-
9 rimus', inquit, 'quod honore quaestionis minime dignum est. Nam
nescio quid hoc praenimis plebeium est et in opificum sermonibus
quam in hominum doctorum disputationibus notius'.

10 At enim Fronto, iam voce atque vultu intentiore: 'itane',
inquit, 'magister, dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum
videtur, quo et M. Cato et M. Varro et pleraque aetas superior,
11 ut necessario et Latino usi sunt?' Atque ibi Iulius Celsinus
admonuit, in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia in-
scripta est, id ipsum, de quo quaerebatur, scriptum esse et a
12 grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. Quocirca
statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. In eius tragoediae
choro inscriptos esse hos versus legimus:

QZXOΠN

haec fere om. esse ratus add. h: om. libri, e quid hoc verbi esset, praeterpropter, interrogavit x ‖ (§ 6) 18 .Atque] atq: *Z* ‖ 20 loquentes *Q* ‖ audias quid *Z* ‖ (§ 7) 21 querundum *OΠ:* quae(s. que)rendum ‖ est] *om. Z* ‖ dicito *Z* ‖ 22 aut *ZX pr.* ‖ docentem] *coll. lin.* 6 sedentem *pro e. l. adscriptum esse ratus h:* docentem sedentem *libri* sedentem *c; possis etiam opinari in loco lacunoso inter* docentem *et* sedentem *excidisse quaedam indidem fere supplenda* ‖ (§ 8) 23 grā matieus *X* ‖ motus q̄rimus *Z* ‖ queremus *X* ‖ 24 hore *QZ* ‖ minime nimis (dignum—prae *om.*) *Z* ‖ (§ 9) 25 pre.nimis *Π* ‖ 26 quam in hominum doctorum disputationibus] *h:* quam *libri e* quam in hominum doctorum, x quam quidquam *ORebling Versuch einer Charakteristik d. röm. Umgangsspr.' Kil.* 1873 *p.* 10 *n.* * ‖ motius *X pr.* ‖ motius ad enim *Z* ‖ (§ 10) 28 dehonestum] = (deho)nestum *X:* de honestum *Z* ‖ 29 quo] = *x:* eo *X* ‖ *Cat. fr. inc. lib.* 51 *p.* 89 *Iord.: Varr. op. inc. fr. p.* 340 *Bip.* ‖ 30 sunt atque *Z* ‖ (§ 11) 31 admonit *Z* ‖ Q. Enni *et* Q. (*s.* Q) Ennii sc ‖ ennii *Π* ‖ enique *X* enniique *Z* omniq: *ut vid. in litura Q* homeri q̃ *q* ‖ iphygenia *Π* inphigenia *Z* phigenia *x* phigena *X* ‖ inscriptum *X pr.* ‖ agramaticis *Z* ‖ 33 solitum] *om. Π. ante* magis *sup. lin. add.* π ‖ enarrari quo circa *Z* ‖ (§ 12) quocir casta(tim *X* ‖ 34 iphigeniā̃q: *X* iphigeniamq; *Z* ephygeniamq: *Q* ‖ ennii *Q* enni i= *X* ‖ iubet in *Z* ‖ trago ędiae *X* tragoedia *Th. Bergk ind. lect. Marb. aest. a.* 1844 *p.* XIV (*opusc.* I 229) ‖ 35 inscriptae (tragoediae *scil.*) *X* ‖ inscripto esse *Q* in inscripto

Otio qui néscit uti
Plús negoti habét quam cum est negótium in negótio.
Nám cui quod agat institutumst, nil nisi negótium
Id agit, id studét, ibi mentem atque ánimum délectát suum.
Otioso in ótio animus néscit, quid velit.
Hóc idem est; em néque domi nunc nós nec militiaé sumus,
Imus huc, illúc hinc, cum illuc véntum est, ire illúc lubet,
Incerte errat ánimus; praeterprópter vitam vivitur.

QZXOΠN

sese *Z* ‖ *Ennii Iphig. fr.* III *p.* 33 *sq.* R^1 *p.* 39 *sq.* R^2 *coll. p.* XXVI *sq. cum Useneri et Buecheleri conatibus cf. eundem Ribbeckium d. röm. Tragödie p.* 96(3); *fr.* IV *p.* 120 *sq. cf. p.* XIII *V.* (1) *coll. ipso Vahleno mus. phil.* 14, 565 *sqq.* (2); *Herm.* 15, 262 *sqq.* (3); *cf. praeterea GHermanni ad Eur. Iph. Aul. v.* 818 *adn.; Th. Bergkium l. cum maxime l.* (1); *ann. phil.* 83, 630 *sq.* (*opusc.* I 301 *sq., cf. etiam philol.* 33, 253 = *opusc.* I 322 *sq.*). *Hic et alia quaedam, quae mihi memorabilia videbantur, adscripta sunt et quae nuper ad ea, quae in* R^2 *adnotata sunt, accesserunt; versuum distributionem olim* (h^e) *propositam, a* V^3 *probatam servavi* ‖ 36 *sqq.* Otio qui nescit uti plus negoti habet Quam cumst negotium in negotio *Vahlenus ind. lect. Berol. aest. a.* 1878 *p.* 10 otio qui nescit uti plus negoti habet | quam si quoist negotiosum quo utitur negotium R^3*: senarios duos iambicos proposuerat IMaehly ann. phil.* 75, 286 ‖ 38 ocio *Q* ocit *Z* ‖ 37 negoti] x: negotii ‖ negocium *QZ* ‖ necotio *HMüller l.* § 1 *l.* ‖ 38 *in ras. x* ‖ agitat *in* agat *corr. x* ‖ institutum] = *x corr.*: institum $x\varphi$ ‖ nil nisi (*cf. modo Lachmanni ad Lucr.* II 291 *adn., Fleckeisenum ann. phil.* 61. 46) negotium] *h:* in illis negotium *QZ* in illo negotium *ONφ* in illo negotio *Πx* in nullo negotio *GVossius castig. et not. p.* 34 non ullo negotio *Hermannus.* V^3 militi negotium (*deleta virgula praec.*) R^2 *p.* XXVI *et* ^{3} ‖ 39 Id agitat. studet ibi, mentem *Bothius. Hermannus* ‖ *alterum* id] *post* it *in libris om., add.* R^1 ‖ *de* studet id *cogitavit Bergkius*^{1} *adn.* * ‖ delec*** (tur ?) *X pr.* ‖ 41 ocioso *Xq* ociso *Q* ‖ in otio] *Lipsius AL* V 4. x: initio *QZOΠNx* sinitio (n) *X* ‖ animus hominis *Hermannus* ‖ quid agat, quid velit *probabiliter CDziatzko* ‖ uellit *Z* ‖ 42 idem est: em V^3*:* idem'st: hem *Bergkius*^{1} idem hic est: enim R^{2a} *cf. adn. sqq.* ‖ est; em] ẽ em *X:* estem *Z* eſſẽ (*sic*) *Q* est enim ϛ est eni: (eni φ) ϖ ‖ est em neque *OΠN* ‖ dominiẽ. *X* ‖ nec militiae] *e:* de militiae *Πφ* (de milit ϖ) de milicie *Z* demilitiae *XON* demilie *Q* ‖ 44 Imus] *post* sumus *om.* (*in mg.* ·) *Z* ‖ huc,] hunc. *Z* hunc *Q* ‖ illuc. hinc *Q:* hinc illuc *XOΠN* hinc. illinc (*in mg.* ·) *Z* ‖ illuc. *Q* ‖ illuc] *Q:* illinc *ZXOΠ*ϖ inlinc *N* ‖ 45 lubet]

13 Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: 'audistine', inquit, 'magister optime, Ennium tuum dixisse 'praeterpropter' et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur, dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, quis sit ignotus huiusce versus sensus:

'Incerte errat animus; praeterpropter vitam vivitur.

14 Et grammaticus sudans multum ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exsurgit et abiens: 'tibi', inquit, 'Fronto, postea uni dicam, ne insciliores audiant ac discant'. Atque ita omnes, relicta ibi quaestione verbi, consurreximus.

XI.

[Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum iuvenis lusit, dum tragoediis contendit.]

1 Celebrantur duo isti Graeci versiculi multorumque doctorum hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi et venustissimae
2 brevitatis. Neque adeo pauci sunt veteres scriptores, qui quidem eos Platonis esse philosophi adfirmant, quibus ille adulescens luserit, cum tragoediis quoque eodem tempore faciendis praeluderet:

QZXOΠΥ

Beroald.: iubet ‖ 46 erat *QZO* ‖ propter *sup. lin. add. x* ‖ vitam] *libri cf. ATurnebus advers.* XIIII *c.* XVIII: h^{ra} 84 *sq.*: V^3 *quemque l. Miklosichium coll. Haasio Vorlesungen üb. lat. Sprachwiss.* II 62: vita *Salmasius exerc. Plin. p.* 879^b *ed. a.* 1629 (*i; Handius Turscll.* IV 544 *sq.*; μ; *Th. Vogel ann. phil.* 111. 570: *L. Müller Q. Ennius p.* 207 ‖ uiuitur hoc *Z* ‖ (§ 13) 47 ibi *QZ* ‖ ē ibi . Tum *Z* ‖ tumde inde *X* ‖ 48 audisti ne *Z* ‖ 49 propter propter *Π* pret̄ *X pr.* ‖ quide mali quali *Z* quidem aliquali *Q* ‖ 50 solent petimus. igitur *Z* ‖ 51 quis (*s.* qui) sit ignotus] *dubitanter h:* quid sit motus *libri* quid (qui *Ascens.* 1536) sit notus(motus *al.*) *e* quis sit totius (*an* totus? *Th. Vogel l. l.*) μ; *erat cum de* qui(s) sit modo *cogitarem* ‖ 52 "incerte "sensus *Z* ‖ 53 erat *QZX* ‖ (§ 14) 54 prolixius plerique *Z* ‖ 55 habiens *X* ‖ 56 dicam, ne] dicamne *Q* ‖ insciliores *QZX* rusticiores *s part.* ‖ ac] aut si *Q* 'quasi *vellet* ac si' i ‖ discant atq; *Z* ‖

XI = *O m. rec.*; *decst num. nota in ZXOX* VI *Q. Adhibuit Macr. Sat.* II 2. 15 *sqq.* ‖ (*lemm.*) 2 Versus Platonis, dum admodum iuuenis luderet tragoediis, *al.* ‖ ludit *al.* ‖ (§ 1) 4 ista *Q pr.* ‖ 6 breuitatis neq. *Z* ‖ (§ 2) sunt. Veteres *Q* ‖ qui quidem] λ (*LMüller l. infra l.*): quidem *Q* quid *Z* qui *rell.* ‖ 8 Cum *Π* ‖ contrago edies (a *ut vid.*) *X pr.* ‖ quoque eodemq; tempo *Q pr. Z* eodem quoque tempore *Πq*

Τὴν ψυχήν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Hoc δίστιχον amicus meus, οὐκ ἄμουσος adulescens, in plures 3 versiculos licentius liberiusque vertit. Qui quoniam mihi quidem visi sunt non esse memoratu indigni, subdidi:

Dum semihiulco savio
Meum puellum savior
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima mea aegra et saucia
Cucurrit ad labeas mihi,

QZXOΠN

quoque tempore *X* quoque eadem aetate *Macr.* ‖ *Platonis epigr. exstat etiam ap. Diog. Laert.* III 23, 32 *et in Anth. Gr. Pal.* V 78 (*t.* I *p.* 106 *coll.* III 69 *sq. Iac. ed. Lips. a.* 1813; *t.* I *p.* 73 *Dbn.*) *cf. etiam excerpt. cod. Par. suppl.* 352 *in Crameri aneed. Par.* IV 384; *inscr. in cod. Pal.* 9 τ πλάτωνος εἰς ἀγάθωνα τὸν μαθητὴν (= μ α *cod.*) αὐτοῦ ‖ *Graeca* 3 *lin. vac. rel. om. X*; ς *in* Ἀγαθῶν (*sic plerique, ἀγαθός ex meis unus*) *desinunt fere omnes* ‖ 9 ΤΥΧΝ *Z* ‖ Ἀγάθωνα] *DL, AP cod. Par.:* ΑΓΑΤΩΝΑ *Macr. P* ΑΓΑΘΩΝΑ *Macr. B* (. *N*)ΑΓΑΘΩΝ *OΠX Vrb.* ΑΓΔΘΩΝ *Z* ‖ ΦΙΛΩΝ *Z* ‖ ἐπὶ χείλεσιν] *Macr.: DL; AP Par.:* ΕΠΕΧΕΙΝ *OΠX Vrb.* ΕΝΕΧΕΙΝ *Z* ‖ εἶχον *DL* ‖ 10 ΗΛΘΗ *Π* ΗΛΘΗ *Z* ΗΛΘΕ *Macr. P* ΕΛΘΕ *Macr. B* ‖ Ε *Z Macr. B* ‖ ἡ τλήμων ὡς (ἡ ξυσέρως *Berglius*) *Par.* ‖ τλήμων] *DL: AP:* ΤΑΗΜΩΝ *ZOΠN* ΤΑ ΗΜΩΝ *Vrb.* ΤΑΝΜΩΝ *Macr. B* ΤΑΜΩΝ *Macr. P* ‖ ὡς] *om. Macr. P* ‖ ΔΙΑΒΕCOΜΕΝΗ *Π* ΔΙΑΒΕCOΜΕΝΙ *Macr. B* διαβλησομέναν *Par.* διαβλησομένη *DL cod. Cantabr.* ‖ (§ 3) 11 Hoc δίστιχον] *om. QX* ‖ Hoc—ἄμουσος] *om. Z* ‖ δίστιχον] = *Macr.* § 15 ‖ 13 visi] nisi *Z* ‖ digni *Q pr.* indignis (*sq.* s) *X pr.* ‖ in = *O, tum* digni—suauio (*sic*) *in ras. o* ‖ subdit (i *ad proximum voc. annexo*) *Q* ‖ *AL* III 239 *t.* I *p.* 668 *sq. Burm.: n.* 1004 *t.* II *p.* 43 *HM; inc. auct.* I *ad calcem Rutil. Namat. ed. LMüller p.* 53 *sq.* ‖ 14 idem ipse michi uicos auio *Q* dempse m uicos auio *Z* dempse mihi uico [auio] *cod. Torn.* ‖ semihiulco] *quod vestigiis horum librorum indicatur, Scriverius:* semiulco *IIXo Macr. PB* semhiulco *c, LMüller* ‖ semiulcosa uio *X* ‖ suauio *o* ‖ 15 meo (*sc.* sauio) *QZ* ‖ savior] se *Macr. PB:* suauior (= ς) ‖ 16 rorem *Trillerus ap. Folsterum am. phil.* III 340 ‖ 18 Anima mea] *h:* anima *libri* σ *Macr.* anima tunc *Ascens.* 1536 animula ϰ anima intus *Scriverius* ‖ anima aegra amore *et Ioach. Camerarius* (*ed. Macr. Herrag. Basil. a.* 1535 *p.* 165) *prob. FRitschelio sent. controv. diss. de Agathone* VIII[a] (*opusc.* I 436); *paverg. p.* 83; *mus. phil.* 11, 612 *sq.* (*opusc.* III 794) ‖ 19 currit *QZXo* accurrit *i* ‖ labeos *Π* lebeas *QZN* labias *X pr. Macr. PB*

Rictumque in oris pervium
Et labra pueri mollia,
Rimata itineri transitus,
Vt transiliret, nititur.
Tum si morae quid plusculae
Fuisset in coetu osculi,
Amoris igni percita
Transisset et me linqueret
Et mira prorsum res foret,
Vt fierem ad me mortuus,
Ad puerum ut intus vivorem.

XII.

[Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris suaeque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit.]

1 Herodem Atticum, consularem virum, Athenis disserentem audivi Graeca oratione, in qua fere omnes memoriae nostrae universos gravitate atque copia et elegantia vocum longe praestitit.

QZXOΠN

20 luctumq; *QZ* rectumq. *Macr. PB* ‖ in oris] moris *Π* ‖ 21 molli *QZ* ‖ molliari mata *X* ‖ 22 armata (*praec.* a) *QZ* ‖ itinere *Z* itiner *Macr. PB* (*Meursius*) ‖ 23 Vbi transiliret σ ‖ trans(ss *O*)ileret *ON* transire *Macr. PB* ‖ 25 incetu *Z* ‖ co*tu (p ?) *X pr.* ‖ pseuli *Macr. P pr.* ‖ osculia moris *X* ‖ 26 igne *x* ‖ 27 me relinqueret *Macr. P* ‖ 28 miras *Π* ‖ prosum *X pr.* prſ *Macr. P* ‖ foret] *Macr. ed. Colon.* 1521 *fol.* LXXV^c H (= *Herwag. Bas.* 1535), *Gellii utraque Colon.* 1526: fieret *x Macr. PB* moueret *QZXOΠN*s moneret ς ‖ 29 fierem ad me mortuus] *LMüller de r. m. p. L. p.* 248 *et l. l.*: ad me (ame *X pr.*) fierem mortuus *libri* = *Macr. PB* intus ad me mortuus *FBücheler mus. phil.* 11, 610 *sqq.* ‖ 30 puerum ut] *JScaliger Virg. app. p.* 211: puerum *libri* = *Macr. PB* puerum at ϰ puerulum *h* ‖

XII = *O m. rec.*: *om. ZXON* VII *Q* ‖ (*lemm.*) 2 Disceptatio *al.* ‖ 4 bonas arbores detruncauit. ς ‖ (§ 1) 5 haerodem *X* ‖ 6 auddiui *X* ‖ omnis *X ex sil.* homines *g* ‖ 7 (universos) *HJMüller symb. ad emend. scr. Lat.* II *p.* 14 (*Festschr. des Fr. Werd. Gymn. zu Berlin a.* 1881 *p.* 40), *at v. RKlussmann emend. Fronton. p.* 55 *add. Varr. de l. L. X* § 10; *P. D. s. v.* axamento *p.* 3 *M. ex probabili Corsseni de orig. poes. R. p.* 46 *coni.* ‖ atque] ac *N* ‖ praestitit] = *x*: restitit (?) *X* ‖ ſstitit disceruit *Z* ‖

Disseruit autem contra ἀπάθειαν Stoicorum, lacessitus a quodam 2
Stoico, tamquam minus sapienter et parum viriliter dolorem ferret
ex morte pueri, quem amaverat. In ea dissertione, quantulum 3
memini, huiuscemodi sensus est: quod nullus usquam homo, qui
secundum naturam sentiret et saperet, adfectionibus istis animi,
quas 'πάθη' appellabat, aegritudinis, cupiditatis, timoris, irae,
voluptatis, carere et vacare totis posset, atque, si posset etiam
obniti, ut totis careret, non fore id melius, quoniam langueret
animus et torperet, adfectionum quarundam adminiculis, ut ne-
cessaria plurium temperie privatus. Dicebat enim, sensus istos 4
motusque animi, qui, cum inmoderatiores sunt, vitia fiunt, innexos
inplicatosque esse vigoribus quibusdam mentium et alacritatibus,
ac propterea, si omnino omnis eos inperitius convellamus, peri- 5
culum esse, ne eis adhaerentes bonas quoque et utiles animi in-
doles amittamus. Moderandos esse igitur et scite considerateque 6
purgandos censebat, ut ea tantum, quae aliena sunt contraque

QZXOΠN

(§ 2) 8 ἀπάθειαν] ϛ: απατιαν. *Z* απαθιαμ *ON* απατιαμ *XΠ* ‖ stoycorum *X* ‖ Stoicorum—quodam] *ante* Stoico *primum ut vid. om., in ras. X* ‖ 9 dolore *Z* ‖ 10 amaverat] *X ex sil. e:* amauerit *QOΠNϛ cf. adn. sq.* amabat ϛ ‖ amauerit in ϛ ‖ (§ 3) dissertatione *Beroald.* ‖ quantůlũ (˜) *X* ‖ 11 susquam (*praec.* s) *Z* ‖ 12 animi* (s. *praec.* istis) *Q* ‖ 13 ΠαΤΗ *Z* ‖ capiditatis *X* ‖ 14 totis] *altera archetypi, ut vid., scriptura, e cf. lin. sq.:* totius *libri* (= σ), *quod ex v. l.* totus *et* totis *conflatis ortum esse opinor* totus ϰ *cf. HIMüller mus. phil.* 21, 413 ‖ posset] ϰ: posset (et *add. X*) rhetor (rethor *QZ* rhetoris ϑ rethoris *Vat.*) non dolore (dolere *ΠN*ϑ) *QZXOΠN*ϑ *Vat.* 3452 (q̃ *in mg.* o), *ortum sc. ex gloss.* rhetoris non dolere *propter doloris absentiam inter adfectus aegritudinis, cupiditatis etc. hic nominatos* posset *et omnino non* dolere *e* posset et ξητῶϛ non dolere *v. d. misc. obss.* IV (1734) *p.* 441 ‖ si] = *q:* q̃ *ut vid. Q* ‖ ut iam *libri* ‖ 15 obmi ti uttotis *X* ‖ fore id] *HIMüller l. l. p.* 413 *sq.* μ: ex re id (id *sup. lin. add.* π) *libri* ex re fore id *h*ᵉ ex re id esse *e, vg.* ‖ ,quoniam] inde *Z num* iñ *post* quoniam *dependito* quoniam inde *?* ‖ 16 adfecionũ *Q* ‖ necessaria plurium temperie] μ: necessario plurum (= ϛ plurium ϛ) peri et (= π plurum periet *NϛX* plurumperiet *X* plurum periret *Πϖϛ*) *libri* (q̃ *in mg. o*) plurimum imperio *e vg.* ‖ 17 primatus (primatus *Q*) dicebat *libri* ‖ (§ 4) enim] *e:* eam ‖ 18 inm(imu *X*)oderationes *Q pr. X* ‖ 19 inplacatosque *X* ‖ (§ 5) 20 oños* oñs (s *ut vid.*) *Q* ‖ 21 ne eis] *e:* neeis (. *Π*) *QZOΠN* nec his *X* ne his *o mg.* ‖ binas *Z* ‖ 22 ammitamus *Q* ‖ amittamus moderandos *ZX* ‖ (§ 6) esse—purgandos] *post* moderandos *om. X, in mg. add. x* ‖ 23 'aliena 'q̃ *Z*

naturam videntur et cum pernicie adgnata sunt, detrahantur, ne profecto id accidat, quod cuipiam Thraco insipienti et rudi in agro, quem emerat, procurando venisse usu fabulast.

7 'Homo Thracus', inquit, 'ex ultima barbaria, ruris colendi insolens, cum in terras cultiores humanioris vitae cupidine conmigrasset, fundum mercatus est, oleo atque vino consitum. Qui nihil admodum super vite aut arbore colenda sciret, videt forte vicinum rubos alte atque late obortas excidentem, fraxinos ad summum prope verticem deputantem, suboles vitium e radicibus caudicum super terram fusas revellentem, stolones in pomis aut in oleis proceros atque derectos amputantem, acceditque prope et, cur tantam ligni atque frondium caedem faceret, percontatus 8 est. Et vicinus ita respondit: 'Vt ager', inquit, 'mundus purusque 9 fiat, eius arbor atque vitis fecundior'. Discedit ille a vicino gratias agens et laetus, tamquam adeptus rei rusticae disciplinam. Tum falcem ibi ac securim capit; atque ibi homo miser inperitus vites suas sibi omnis et oleas detruncat comasque arborum laetissimas uberrimosque vitium palmites decidit et frutecta atque virgulta simul omnia, pomis frugibusque gignendis felicia, cum sentibus et rubis purificandi agri gratia convellit, mala mercede

---

QZXOΠN

24 uiderentur *ZOs* ‖ ad gnata *Q pr.* adignatu *X pr.* ‖ detrahuntur *X* ‖ 25 traco *X* thsraseo *Q* ‖ inspicienti *Q pr. Z* ‖ 26 agro que memerat *X pr.* agroq; memorat *Z* ‖ procurrando *X* ‖ uenise *Z* ‖ usu] *e. rg.:* usus ‖ fabula est *QXΠ* ‖ .] *om. Z* ‖ (§ 7) 27 ruris] = *o et* ſ *r spscr. q:* rudis *QZOΠN* ‖ 28 cultiores] *Q:* cultioris *(sq.* humanioris) ‖ cominigrasset set *Z* ‖ 29 consitum] c (*Valsterus om. phil.* III 340, μ, *h Herm.* 8, 294, 33 *coll. Amm. Marc.* XXIV 3, 12; XVIII 6, 16; XXXI 10, 9): constitutum *libri* x ‖ .Qui] qui *Π* ‖ 30 uitae *O pr.* ‖ .Videt *Π* ‖ 31 rubo *X* ‖ orbatus *Q* ‖ 32 sumū *Z* ‖ subales *Q pr.* sohales *QΠ* suhales *X* ‖ 33 terrās (*dupl. scriptura. sq.* fusas) *X* ‖ reuelentem *X pr.* reuellentē *Q* ‖ 34 derectos] *he* directos ꝭ: decertos *QXOΠN*ꝭ *cf. adn. sq.* decerptos ꝭe ‖ decertosam putantem *Z* ‖ acciditq; *Q* ‖ 35 ligi *Q pr.* ‖ (§ 8) 36 uitin' *Z* ‖ ita] *om. X* ‖ 37 eius] *QZOΠX:* eiusque *X* et ut μ (*Cornelissen Mnemos. n. s.* 3, 80) ‖ fecundior discedit *Z* ‖ (§ 9) auicino *Z* ‖ 38 et laetus] = *x, spscr. praeterea* let᷑: edętus *X* ‖ reirusticę *x* ret *vel* erusticę *X* ‖ disciplinam tum *Z* ‖ 39 falcen *X pr.* ‖ capitatq; *Z* ‖ 40 oms *Q* ‖ detrancat *X pr.* ‖ laetissimas] s letissimas *X*ꝭ; lectissimas *QZOΠN; post* lectissimas 10—12 *litt. ras. O* ‖ 42 fecilia *Q* felitia fidutiũque peandi inmitatione *(cf. lin.* 44) *X* ‖ 43 gratia agri *Π pr.* ‖

doctus audaciam fiduciamque peccandi imitatione falsa eruditus. Sic', inquit, 'isti apathiae sectatores, qui videri se esse tranquillos et intrepidos et inmobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus vehementioris animi officiis amputatis, in torpore ignavae et quasi enervatae vitae consenescunt'.

XIII.

[Quos 'pumiliones' dicimus, Graece 'νάνους' appellari.]

